Chryſoſt. hom. 83. in eundem Euang. ſic ſcribit. *Auari ſepulchra ſunt quis non viderit? quid enim ſepulchrum eſt, nihil aliud quam lapis mortuorum corpora tegens? Quid igitur? an non illis lapidibus horum corpora miſerabiliora ſunt? Non lapides ſunt cadauera tegentes, ſed corpora ipſis lapidibus immitia magis, & inſenſata, mortuas animas tegentia. Præterea nemo errabit ſepulchra ipſos nominans, ſicut, & Dominus noſter Iudæos appellauit, & propter iſtud potiſſimum ſubiunxit dicens, intrinſecus autem rapina atquè auaritia pleni ſunt.* Itaque Chryſoſt. priorem Matthæi clauſulam ad poſteriorem trahit, & manifeſtè adluſum putat ad ritum ſepeliendi antiquis ſolemnem, qui magnam ſæpe vim pecuniarum cum ipſis cadaueribus defodiebāt. Itaque auaros ſepulchra appellat, quorum corpora immitia lapidum in morem demortuas animas contegunt. & inſuper rapinæ, & alia malè parta bona pro theſauris (liceat ſic dicere) B cum eorum ſimul animis humantur; erga rapinas verò, & alia malè parta bona perinde ſe habent, atque cadauera aliqua vitæ, & ſenſus expertia, nihil pecuniarum ſibi creditarum vnquàm inſumere valentia.

139 Cæterùm Ianſenij ſententia mihi magis probatur, qui nomine *inferni* iram, ſeu vindictæ libidinem notari exiſtimat, hoc autem verum reor ſiue *infernus* ſepulchrum, ſiue etiam gehennam ſonet: nam primò ira ſeu vindictæ libido ſepulchro non ineptè adſimilis eſſe dicitur, quia ſicut hoc C ad mortem paratur, ſic etiam ira ad mortem vſque ſæuit, & tota ad mortem ſpectat, nec priùs deſæuit, quam hoſtem ſuum neci dederit. Hinc *1. Ioan. 3.* Ioan. 1. can. cap. 3. *Qui iraſcitur fratri ſuo homicida eſt*, quia nimirum ex quo iram animo concipit fraternæ necis deſiderio teneri incipit, aut eiuſmodi deſiderium facilè ſubit. Propterea iram mortis parentem, cædis autorem, homicidij matrem vnus appellat Nazianz. in Iambic. de ira, deinde *Nazianz.* alio ex capite ira ſepulchri nomen fert, quatenus eum, quem corripit quodammodo defodit, & tumulatur. *Auguſt.* Vnde Auguſt. in ſermone de Lazaro illum, in quo ira diutius arſit, & poſt ſolis occaſum perſeuerans ad plures dies, cum Lazaro quatriduano componit. *Nam hominem*, inquit, *quatuor iam dies in iram, tamquàm in ſepulchro agen-* D *tem manſuetudini reſtituere diuinæ potentiæ portentum eſt*,
140 Quod ſi per *infernum* gehennam acci- *Pſalm. 28.* piamus, huic etiam iram, & vlciſcendi libidinem ſimilem eſſe nemo ambigit. Nam primo iræ incendium gehennalis ignis æmulum eſſe alibi diximus ex Chryſoſt. quatenus vrit, ſed non lucet. Baſilius enim ad illa verba. *Vox Domini intercidentis flammam ignis*; *Baſil.* *Deus*, inquit, *optimus maximus apud inferos ignem intercidit, aut interſecat, nam cùm ignis duplex facultas ſit, ſcilicet lucendi, & vrendi, ignem deſſecans vnam ab altera ſecernit, ita vt damnatos vrat, ſed cæcos illos inferni tractus minimè illuſtret.* Huic ergo ſimilis eſt ira, ignis eſt animum torrens, ſed non illuminans, imò tenebras Cym- E merias illi offundens. *Qui enim dicit ſe in luce eſſe* *1. Ioan. 2.* (verba ſunt Ioannis 1. can. cap. 2.) *& fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc. Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.* Quod ſi dicas apud inferos manes ab igne ad frigus per quandam viciſſitudinem tranſire, certè in iracundis friget charitas, quo frigore nihil acrius excogitari poſſit; atque adeò miſer animus ab iræ incendio, ad frigus charitatis per vices tranſit, hîc alget, & illic torretur. Rurſus in iracundi homi-



A nis pectore, quaſi in barathro quodam non deſiderabis ſæuos dæmones. Audi Baſilium in ho- *Baſil.* milia de ira. *Sicut qui charitatem habet, Deum in ſe habet, ita qui odium, & iram habet, dæmonem in ſe continet.* Et iterum. *Habetis*, inquit, *iram dæmonem peſſimum veſtris animabus innatum.* Et Chryſoſt. iram *voluntarium dæmonem* appellauit. Quid plura? non ſolùm in hoc irati hominis pectore tamquàm in orco ea contemplari licet, quæ fides vera apud inferos eſſe docet: ſed etiam illa quæ fabulæ ipſæ comminiſcuntur, nimirum Cerberum tricipitem, Megæram, Alecto, & alias furias. *Seneca.* Seneca in libr. 2. de ira. *Qualia*, inquit, *Poëtæ inferna monſtra finxerunt ſuccincta ſerpentibus, & igneo flatu, quales ad bella excitanda, pacemque lacerandam teterrimæ inferi exeunt Furiæ, qualem Cerberum tricipitem flammas vomentem, talem nobis iram figuremus.* Merito ergo ira, B & vindictæ cupiditas *inferno* ſimilis adſtruitur. 141

Ad extremum alij *inferni* nomine gulam capiendam eſſe dicunt, à quibus non multùm diſſentio, ſic tamen *infernum* ſepulchrum innuet. Nam 1. gula, & ebrietas homines quodammodo ſepe- *Seneca.* lit, hoc dicendi modo vſus eſt Seneca in Epiſt. *Virgil.* 12. ſic ſcilicet, *Sepeliunt ſe vino, & epulis*, & Virgil. 3. Æneid.

*Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus.*

Et Ouid. 1. de Rem. Amoris. *Ouid.*

C *Et ſtupeam multo corda ſepulta mero.*

Sunt qui ſimilitudinem ductam putant ex veteri ritu humandi: nam cum cadauere vini ac ciborum ingens copia conſepeliri ſolebat, ita vt vino, atque epulis obrueretur. Accedit Gregor. Nazianz. in carmine de diuerſis vitæ gene- *Nazianz.* ribus, vbi ſic canit. *Non epulum natale adiens vel funereum, aut connubiale, ne ſerò domum redeam, & ventrem, ſepulchri ad inſtar, viuus referam.* Eſt autem viri intemperantis venter ſepulchro ſimilis, primo quia in ipſo quodammodo defoſſa, atque ſepulta eſt anima. Accipe verba Ioannis Climaci in ſcal. grad. 26. *Climac.* *Quod ſi vndique corrupto vino fætet, & epulis* D *ſatur eſt, cogita infœlicem animam in tali corpore tamquàm in ſepulchro defoſſam.* Sed ante alios Chryſoſt. hom. 29. in Matthæum. *Certè*, inquit, *ſi poſſes animam hominis delitiis dediti cernere, non dubitares multò melius eſſe in ſepulchro iacere, quam his irretitum teneri, & graui inſenſibilitatis operculo, tamquàm ſaxo premi.* Et poſtquàm ebrios, & intemperantes cum mortuo quatuor iam dies in ſepulchro degente compoſuit, ſubdit. *Age igitur, videamus caput ipſorum vinctum: etenim cùm crebro ebrij ſint, perinde vt mortui multis velaminibus, & inſtitis ligantur; ita iſtis omnia ſenſuum organa concluduntur, & vinciuntur.* Ac denique poſt pauca ſit attexit. E *Vidiſtis mortuum nunc, & pollinctorem videte*, (eſt autem pollinctor vulgò *El que amortajalos muertos.*) *Quis igitur pollinctor eſt? nempe nullus alius, niſi diabolus, qui eos diligenter ita ſtringit, & polit, vt non homines, ſed ligna eſſe videantur.* Ergo pollinctor iſte nefarius animam gulæ, & ebrietatis vinculis adſtrictam non alibi, quàm in ventre tanquàm in ſepulchro tumulatur. Rurſus viri intemperantis venter alia de cauſa ſepulchrum dicitur, nimirùm ob inſatiabilem cupiditatum appetentiam, de qua hîc ſpecialiter ſermo eſt: Quia

ſicut ſepulchrum mandata ſibi hominum corpora excipit, tabefacit, abſumit, & aliis confectis ad alia denuò excipienda ſeſe comparat: ſic etiam venter guloſi carnes, atque omne epularum genus ſepulchri ad inſtar excipit, corrumpit, conſumit, & pluribus iam decoctis, & conſumptis plura concupiſcit.

142 Secundo loco adſcribitur *os vulua*, de cuius ſignificatione minus diſſidium eſt apud interpretes Caietanus Thargum, & Hebræorum veſtigia premens conuertit, *ſtringẽs vuluam*. Putat autem eo nomine ſterilem fœminam notari, quæ ſcilicet, matricem concepta prole numquam diſtendit: hæc enim longè meliùs inexplebilem veneris auiditatem ſignificat, quàm fœcunda. Nam fœcundæ mulieris libido, cum vterus prole ingraueſcit multum hebeſcit. Noſtri per *os vuluæ* nata ad libidinem membra notari volunt. Ego verò aliter exiſtimo per *vuluam*, ipſam meretricem, aut pellicem notari, nam Hebr. eſt, רחם *Rechem*, quæ vox aliquando pro ſcorto ſumitur, aut puella ſeſe exponente. Iudic. 5. *Forſitan nunc diuidit ſpolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei.* Hebræa ad verbum ſic habent, de plurali numero. *Forſitan nunc diuident ſpolium, & duæ matrices, aut vuluæ pro capite viri.* i. duæ fœminæ, aut pellices ſingulis contingent. Septuag. *amicas* conuerterunt, eſt autem Sinechdoche, pars videlicet pro toto; *os vuluæ*, pro meretricis ore. Cæterum cum hæc omnia allegorica ſint, & aliud aliquid ſonet, aliud verò ſignificent: veſtigandus eſt metaphoræ ſenſus. Primo igitur aliqui per *os vuluæ* gulam, & edendi intemperantiam notari voluerunt ſumpto effectu pro cauſa, quia epularum luxus libidinem acuit. Iuxta illud Hieron. *Semper ſaturati vicina eſt laſciuia: vicina igitur ſunt venter, & genitalia, pro membrorum ordine ordo vitiorum.* Sed tamen hæc interpretatio planè abſurda eſt; niſi fortè dicas *os vuluæ*, meretricem innuere: hanc autem gulæ ſymbolum eſſe. Hùc ſpectat illud Plutarchi in Moralibus. *Vt meretrices aborſum prouocant, vt rurſus impleantur, & voluptuentur, ita quidam in hoc ipſum corpus euacuant, vt rurſus liceat ingurgitare.*

Iudic. 5. — Hieron. — Plutarch.

143 Secundò alii ſunt qui his quatuor ſimilitudinibus ſolam auaritiã notari exiſtimantes, ſic accõmodant. Auaritia eſt *os vuluæ*, quia ſicut hæc nullis libidinibus expletur, ſic etiam auaritiæ nullis facultatũ incrementis fit ſatis. Nec multum abit ab hac ſententia Chryſoſt. hom. 29. in Matth. vbi auarũ ſimilem eſſe dicit ei, *qui luxuria corruptus, ac petulans, ad omnem corporis formam hiſcit.* Sed tamen longè aptiùs cadit accommodatio hæc, ſi per *os vuluæ* meretrix, & per hanc auaritia ſignificetur. Audiendus etiam hac de re Chryſoſtom. hom. 15. in Epiſt. ad Hebræos. *Proſtant in ædibus meretrices, & hoc eſt earum crimen, quia corpus ſuũ pecunia vendunt, ſed paupertas, & fames compellit, licet neque hoc idoneum ſit ad excuſationem, poterant enim opus facientes enutriri: hîc verò ſtat auarus non in domo, ſed in media ciuitate: non corpus, ſed animã ſuam proſtituens diabolo, vt voluptuetur cum ea, & intret ad eam, veluti ad meretricem, & impleta omni cupiditate egrediatur*, & rurſus addit. *Hoc propriũ eſt meretricum, quia eius ſunt, qui aurum dat, ſic & illorũ animæ*, &c. Hacten. Chryſoſt. auarum cum meretrice componens. Auaritiam autem ipſam meretrici adſimilem eſſe quis neget? quia ſicut meretrix alienis viris ſine diſcrimine ſuccumbens, numquam impletur, nec grauida fit: ſic auaritia dũm alienas opes, & bona conſectatur numquàm expletur, ſed meretricis in morem vacua ſemper, atque adeò inſatiabilis eſt: ſicut è contra parcitas ſuis contenta ſimilis eſt nuptæ fœminæ, quæ viro tantùm proprio ſui copiam faciens citiùs impletur: parcitatem. n. propria bona exſatiant, & affatim explent.

Chriſoſt.

Tertio reliqui fermè interpretes per *os vuluæ* Venereum amorem ſignificari autumant. 144 Beda, Hugo, Caietanus, Ianſenius, Arboræus, & alii, qui huius inſatiabilem auiditatem per fœminæ matricem notari volunt, ſed maximè ſterilis hæc. n. veneris appetentior eſſe conſueuit, quàm fœcunda, tum propter prolis deſiderium, tùm etiam quia, vt nuper dixi, fœmina grauida concubitum faſtidire, & detrectare ſolet, quia vt tradit Galenus, matrix ingraueſcens ſimilis eſt ſtomacho pleno, atque adeò epulas faſtidienti. Itaq; hac ſimilitudine ſterilis *vuluæ* Venereæ concupiſcentiæ mira, & inexplebilis auiditas adumbratur, turpia ſemper appetens, numquam faſtidiens. Huic expoſitioni ſubſeruit lectio Septuag. quæ pro illis verbis. Et *os vuluæ*, ſubiicit *amor mulierum.* Cæterùm vt dicam quod ſentio, non ſatis placet hanc metaphoram in eas anguſtias coniici, vt amorem tantummodò venereum adumbret, ſed in vniuerſum omnem carnis delectationem, turpem voluptatem ſignificari mallem; nam pellicis, aut meretricis ſimilitudo, quæ hîc latet, in eam aptiſſimè quadrat. Nihil. n. familiare magis ſanctis patribus quam voluptatem cum ſcorto conferre. Lege. Ambroſium lib. 1. de Abel, & Cain. c. 4. ſed ex multis hæc accipe. *Duæ mulieres vnicuique noſtrum cohabitant, inimicitiis ac diſcordiis diſſidentes, velut quibuſdam zelotypiæ contentionibus noſtræ replentes animæ domum. Vna eſt virtus, altera voluptas, hanc nobis opinamur ſociam, & domeſticam illam, alteram immitem, aſperam feram credimus, cui nomen virtus eſt, illa igitur meretricio procax motu, infracto per delicias inceſſu*, &c. vide ibi plura. Hanc ſententiam Ambroſ. libauit ex Philone in libro de mercede meretricis non inducenda in ærarium ſacrum, cuius verba paulò vberiora hîc adſcribam. *Duas*, inquit, *noſtrum quiſque mulieres habet in ſuo contubernio, eaſque infenſas ſibi inuicem, & animæ domum replentes contentionibus, zelotypiis: harum alteram diligimus, quaſi amicam blandam, & familiarem, quæ Voluptas dicitur, alteram odio proſequimur, vt immitem, & tetricam, hæc Virtus nominatur. Illa ad nos accedit ornatu meretricio fracto inceſſu præ mollitie, obtutu laſciuo ceruicem ſupra natiuam ſtaturam aſſurgens, ridens, cachinnabunda, calamiſtrata, cincinnatula, fucata facie, & pictis ſuperciliis*, &c. & poſt pauca. *Cum ea pediſſequæ domeſticæ vafritia, iniuſtitia, nequitia, quibus ſtipata more principis ſic pertentat animum:* deinde verò ſubſcribit orationem, quam voluptas ad lentandos molles animos habet, vide ibi etiam plura. Mitto alia.

Galenus. — Ambroſ. — Philo.

Tertio loco adſcribitur, *& terra, quæ non ſatiatur aqua.* 145 Caietanus ſingularem expoſitionem coniecit in hæc verba, nam per terram aquam aſſiduò ſitientem, iram ſignificari voluit, odium, & vindictæ appetitum, ſed ſimilitudinis vim non expendit. Atqui non ſatis capio, qua ratione vtilis aliqua comparatio, odii, ac terræ aquas præ ariditate ſitientis conformari poſſit: Quamuis. n. terram ſolis ardore arefactam, & aduſtam cum irato homine cõferre liceat, teſte Plutarcho. *Quia ſicut ſiccitas terram ſcindit, & laxiores quaſdam*

Plut.

*rimas, & ira indecorè aperit: ſic ira hominem corri-*
*piens os laxat, & in maledicta, probra, & cõtumelias*
*inhoneſtè ſoluit.* Tamen iuxta hanc ſimilitudinẽ,
& Salomon. mentem in hoc loco aquam accom-
modare non licet, quamuis extra mentem ipſius
dici poſſet aquam eſſe beneuolentiam, & gra-
tiam hoſti exhibitam, quia ſicut aqua in terram
arentem decidens indecoras illas rimas, vel ora
obſtruit, mitemque, ac mollem reddit, ita vt ligo-
nem, aratrum, ſarculumque ſponte recipiat: ſic
etiam beneuolentia, & gratia aduerſarii os, & ma-
ledicam linguam comprimit, animumq; illius ſe-
uerum, & rigidum ſic emollit, ac lentat, vt iã inde
proſciſſus, & exaratus non doleat Meliùs alii per
terram aridam, cuius ſitim nulla aquarum copia
extinguit, triſtitiam, & mœrorem accipi poſſe di-
xerunt, nam vt ſchola medicorum docet, ex hu-
moribus quatuor, quos ipſi inter elementa diſtri-
buunt, atrę bili terra reſpondet, & inter paſſiones
ſeu affectiones triſtitiam quoque terræ dedunt:
eſt. n. præ cæteris terreſtris affectio animum gra-
uans, & deorsùm premens. Ergo quemadmodum
terra arens pluuias ebibit, ſic etiam triſtitia lacry-
mis nutritur, & fouetur. Item ſicut terra aquis ſe-
mel perfuſa iterùm areſcit, & aquas identidem ſi-
tit: ſic etiam grauior triſtitia numquàm lacrymis
exſaturatur, ſed priores ebibens, alias poſt alias
impensè ſitit.

146 Cæterùm licet hæc non omninò inepta ſint,
præferenda tamen eſt communis expoſitio, quæ
per tellurem aquas ſitientem auaritiam adum-
brari docet. Sic Beda, Hugo, Arboræus, Ianſen.
& alii: admonet autem Lyra hic per tellurem, quæ
numquàm ſatiatur aquis, arenã, vel ſabulum in-
nui, hoc. n. præ cæteris eſt aquarum bibulũ; nam
etiamſi plurima aqua affatim infundatur paulò
poſt ſiccum omnino eſt, & plures; ac plures
aquas appetit. Iam intelligis quò tendam. Sanè
apud patres paſſim occurrunt elegantes, & venu-
ſtæ admodum ſententiæ, quibus auaritiam cum
vehementiori aquarum ſiti conferunt. Peruul-
gata eſt auari, atque hydropici comparatio, ſed,
vt alios omittam, eam elegantiſſimè perſequutus
Chryſoſt. eſt D. Chryſ. hom. 15. in Epiſtolam 1. ad Corint.
*Rectè*, ait, *quidam dixit auaros eſſe hydropicos: quo-*
*modo. n. illi multam aquam ferentes in corpore ma-*
*gis vruntur: ita etiã auari multas circumferẽtes pe-*
*cunias plures concupiſcunt: cauſa autem eſt: neq; illi*
*in quibus conuenit locis aquam habent, neque iſti di-*
*uitias in quibus conuenit affectionibus, & cogitatio-*
*nibus.* Senſus eſt, ſicut in hydropicis aqua ſimul
atque percolata eſt ab ſtomacho, è viſceribus
ſtatim ad venas extimas tranſit & cutem inter &
carnem fluit, vnde fit, vt aqua quæ introrſum hæ-
rens, illis atque viſceribus refrigerium præberet,
& calorem foras excuteret, eadem ad externa
fluens calorem intrò compellat & ſitim accẽdat.
Sic etiam in auaris pecuniæ, atque diuitiæ, quò
plures ſunt, eò maiorem ſui ſitim inflãmant: quia
eas non in quibus conuenit cogitationibus & af-
fectionibus habent: non quidem in affectioni-
bus, quia. ſ. non intra viſcera cõtinent, vt per mi-
ſericordiam & viſcerum compaſſionem eas indi-
gentibus impẽdant (ſic. n. fieret, vt ipſis refrige-
rium afferrent,) ſed illas extra viſcera faciunt, hoc
eſt. miſericordiæ, & liberalitati diſtribuenda non
ſubiiciunt, ſed parcitati, ac ſordibus ſeruanda cõ-
mittunt: hinc illa nullis theſauris extinguenda
ſitis. Deinde non in quibus conuenit cogitatio-
nibus habent, quia cùm diuitiæ in deſpicientia &
contemptu ſunt, tũc quidem etiam paruæ, & an-

A guſtæ deſiderium explent, at cùm in æſtimatione
& admiratione locantur, licet quis immenſas fa-
cultates nactus fuerit, plures, ac plures inexplebi-
li ſiti concupiſcit. Rurſus hanc auarorum ſitim 147
cum ea contulit Chryſoſt. quâ diues ille Euang.
apud inferos vrebatur, aquæ guttam tanta con- Chryſoſt.
tencione expoſcens. Sic. n. ait. *Illi quidem*
*maximus erat cruciatus paruam aquæ guttam*
*concupiſcentem non aſſequi, quod quidem aſſi-*
*duò mihi pati videntur auari., & eſſe ſicut ille*
*qui rogabat, vt ea frueretur, & non aſſequeba-*
*tur, eorum enim anima magis ardet, quàm illius.*
At, inquies, diuites auari non vnam pecuniarum
ſtillam, ſed affluentes, ne dicam exundantes opes
ebibunt. Id ſanè mirabile eſt, quod cùm tan-
B tas, tamque affluentes diuitias exorbeant, tàm
vehementi, ac moleſta ſiti nihilominus vrantur,
vt ipſis flumina immenſa pro guttula exigua ſint:
immò guttulæ cuiuſdam refrigerium non attin-
gant. Idem hom. 28. in Matth. auarorum cupidi-
tatem cum febricitantium ſiti compoſuit. *Quem-*
*admodum qui acutæ bilis ardore febricitant, non ſo-* 148
*lum extingunt ardorem potu, verumetiam accen-*
*dunt: ſic qui auaritia laborant cùm huic cupiditati*
*omni bili acerbiori pecuniam offerunt, maiori ſe-*
*ipſos flamma incendunt.* Deinde verò huius morbi
remedium offert his verbis. *Sicut ergo acuta bilis*
*non potu, ſed contrariis quibuſdam remediis amaris*
*extinguitur, ſic etiam concupiſcentia diuitiarum*
*non pecuniis oblatis, ſed diuitiarum, pecuniarumq;*
C *deſpectu ſibi contrario ſanatur.* Hanc etiam auaro-
rùm inſatiabilem concupiſcentiam venuſto ſche-
mate cum aquarum ſiti contulit D. Gregor. Na- Nazian.
zianz. in Iambic. aduerſus opum amatores, ſic. n.
ſcribit.

*Eſt viperarum quodpiam diſpars genus,*
*Quas ſolitudo Pharta complures alit,*
*Ac vulnus eius quale ſit nomen docet:*
*Huic namque morbus, quem parit nomen dedit.*
*Perit bibendo quiſquis hac ictus fuit,*
*Aquis repertis totus in eas irruens,*
*Quouſque nimio turgidus potu crepat,*
*Vita cadente, ſæua ſic cadit ſitis.*

Cum hoc ſerpente comparat auaritiam Na-
D zian. hæc. n. vbi aliquem admordet inexplebilem
pecuniarum ſitim illi immittit, donec ab his tur-
gens malè pereat. Subdit enim.

*---------- Id ergo pati*
*Homines auaros ſcilicet iuſtum foret,*
*Vt vel creparent opibus, &c.*

Sed licet præfatæ ſimilitudines ex ſiti petitæ a- 149
uaritiæ inſatiabilem cupiditatẽ apprimè ſignifi-
cent: cæterùm (mea quidem ſententia) omnes fa-
cilè vincit hæc ſimilitudo arenæ, aut terrę ſabulo-
ſæ aquas ſitientis, qua Salomon vſus eſt in hoc lo-
E co. Nam ſicut arena incidentes pluuias, ſic auari-
tia pecunias ebibit, & quidẽ arenæ tanta eſt aquæ
bibacitas, vt ſi quando vberior pluuia è cœlo de-
cidens ipſam perfuderit paulò poſt exareſcat, &
nouam pluuiã ſitibunda expectet: idem de auari-
tia iudicium eſt: nam licet in illam innumerabi-
les copiæ vbertim influãt, è veſtigio ſiccæ in mo-
rem arenæ alias poſt alias ſitit ac deperit. Quàm
verò aptè copiæ in auarũ influentes conferantur
cum aquis arenam infundentibus ſatis liquet:
nam velut aquæ ſi craſſam bonamque terram cõ-
pluant vberes ſegetes ex illa excitant, eædem

verò ſi in arenam gracilem incidant, nihil meſſis, aut fructus proferunt : ſic etiam diuitiæ in liberalem virum incidentes vberes eleemoſynas, copioſamque bonorum operum meſſem reddunt, iuxta illud. *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* (1.Cor.9.) Quod ſi in auarum ac ſordidum cadant, velut in arenam defluentes nihil boni germinis producunt. Rurſus arena non continet aquam, ſed hæc per illam ocyus tranſmiſſa ſtatim elabitur : ſic auarus ea, quæ contra ius faſque quæſiuit, diu cohibere non poteſt, ſed perbreui interuallo malè parta malè, vt aiunt, dilabuntur, & ab illo ad alium fluunt : Atque his ſimilia tu tibi alia effingere poteris.

150 Quarto loco addit Salomon. *Ignis autem numquàm dicit, ſufficit.* Beda, & Caietanus per *ignem gehennam* intelligunt, quæ nulla damnatorum copia impleri poterit. Sed hæc expoſitio idonea non eſt. Illi ergo, qui tres præfatas ſimilitudines de auaritia exponunt, in hac quarta eandem auaritiam contemplantur. Accommodatio autem eſt perſpicua: quia ſicut ignis quamcumque ſibi vicinam materiam incendit, neque tot ligna illi addere licet, quin plura vi ſua corripere, & inflammare poſſit, & pluribus additis maior, ac maior fiat: ſic etiam auaritia numquàm tot bona ſibi accumulat, vt partis contenta plurium deſiderio non flagret: & quò plura nanciſcitur, magis ac magis creſcit.

151 Sed tamen aptius, & cum aliis huius allegoriæ partibus cohærentius Hugo & Ianſenius ambitionem ſignificari docent: hæc enim quo plures digniores magiſtratus, & honores ignis in morem corripuit, ac tenuit, eò acriùs inflammatur. Audi Senecam (Seneca.) in lib. 2. de Benef. *Numquam, inquit, improbæ ſpei quod datur ſatis eſt, omnia meruiſſe ſe exiſtimat, nec ſatis pretio æſtimatum putat. Maiora enim cupimus, quò maiora venerint, intentioque concitatior eſt, ambitio enim ſiue cupiditas, vt flammæ infinita vis, acrior eſt, quo ex maiori incendio emicuit.* Infinitam flammæ vim dixit, quia flamma magnitudinis terminum non habet, ſed lignis additis maior, ac maior euadit ſine termino. Accedit etiam D. Ioan. Chryſoſt. (Chryſoſt.) qui hom. 10. in Epiſtolam ad Epheſ. gloriæ cupiditatem, quæ Eccleſiam iam tunc peruaſerat, cum magnifici cuiuſdam palatij incendio elegantiſſimè ſimul atque vberrimè contulit: adi eum locum, vbi inter alia obſeruare licebit aliam rationem, propter quam ignis ambitioni par eſſe dicitur, quia ſcilicet, ſicut ignis ad ſublimia fertur, ſic ambitio altiſſimos ſemper honores petit: quapropter ſicut ignis in terra incluſus ingentes moles impellit, vt erumpens locum ſublimem capeſſat: ſic etiam ambitio humi preſſa, cuncta mouet, cuncta molitur, vt deſideratam gloriam, & honorem aſſequatur.

152 Reliquum eſt, vt de lectione Sept. aliquid feramus, qui, vt ſupra obſeruauimus, bis aquam ponunt: ſic enim habent. *Infernus amor mulieris, & terra, quæ non ſatiatur aqua, & aqua, & ignis, qui non dicit ſufficit.* Itaque aquam ſemel & iterum adſcripſerunt, ex quo non quatuor inſaturabilia, ſed quinque reſultant. Aliqui exiſtimant *aquam* poſteriori loco adſcriptam omnino eſſe expungendam & delendam. Sed tamen cùm correctior Sixti textus eam retineat, non facilè adducor vt credam ſupervacaneam eſſe. Ego igitur ita reor: Primò aquam poſteriori loco additam non eſſe aliquod inſaturabile ab aliis diſtinctum, ſed cum tertio in vnum coire hoc modo. *Et terra quæ non ſatiatur aqua, & aqua.* Eſt qui dixerit

A per *terram*, quæ non ſaturatur aqua auaritiam notari, per *aquam* verò ſeorſim additam profuſione̅ & prodigalitatem, inter quas verſatur liberalitas, medium virtutis tenens, inter duo extrema vitioſa. Et quidem Septuag. duplicis extremi, quod liberalitatem hinc & inde circunſtat, propterea ſpecialiùs meminerunt, quia vtrumque inſatiabile, & inexplebile eſt, quod in reliquis tribus vitiis, ſcilicet ira, libidine & ambitione non ita accidit. Sed cur per *aquam* prodigalitas intelligitur? ducitur, inquiunt, ſimilitudo ex fontibus. Sicut enim fons nihil aquæ apud ſe continet, ſed aſſiduò illam effundit: ſic etiam prodigus nihil ſuarum pecuniarum reſeruat, ſed quidquid habet (B) perennibus ſumptibus profundit. Hinc Philoſophus quidam apud Stobæum (Stob.) liberalem virum cum lacu, aut palude conferendum eſſe dixit. *Nam ſicut lacus prius impletur, deinde verò redundantes aquas deſuper effundit: ſic liberalis opes ſibi ſufficientes quodammodo ſtagnat, ſuperfluas in largitiones deriuat.* Sed licet hæc ſubtiliter dicta videantur, tamen (ni fallor) germanus iſtius tranſlationis ſenſus eſt, *quæ non ſatiatur aqua, & aqua,* id eſt, plurima aqua: nam repetitio illa multiplicationem hîc ſignificat, quemadmodum aliàs in ſcriptura, Pſalm. 125. *Homo, & homo natus eſt in ea,* &c.

Ex dictis conſtat in quatuor præfatas ſimilitu- 153
C dines, diſſimiles valdè accommodationes ab interpretibus coniectas. Quapropter ſi eas inter ſe conferamus & ordinemus, plures ordines conformari poſſunt: ſed tamen ex omnibus vnus, aut alter mihi præferendus videtur. Primò igitur cenſeo non ineptè à quibuſdam aſſeueratum Salomonem illis ſimilitudinibus auaritiæ inſaturabilem cupiditatem adumbraſſe. Qui enim per *ſanguiſugam* auaritiam, perque *duas* eius *filias* vim, & fraudem acceperunt, non ineptè addere poſſunt quatuor hæc inſaturabilia: tùm quia eiuſdem auaritiæ ſymbola à Salomone fuiſſe ſubiecta ad notandam illius inexplebilem ſitim. Iuxta qua̅ interpretationem obſeruari debet ordo ſimilitudinum, videas enim alias ab aliis ſuperari, priores. (D) ſ. à poſterioribus: innuitur autem auaritiam iiſdem gradibus incrementa capere. Deinde dico ordinem à me ſupra præſcriptum cæteris anteponendum eſſe, vt ſcilicet per *infernum* ira, & odium, per *vuluam*, libido, & voluptas, per *terram* auaritia, & ſordes, per *ignem* ambitus & dominandi cupiditas accipiatur, hæc enim accommodatiùs in præfatas ſimilitudines cadunt, & cum reliquo textu aptiùs cohærent, vt ex ſupra dictis patet.

---

XVII. *Oculum, qui ſubſannat patrem, &*
E *qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.*

OCulum qui ſubſannat patrem, Hebr. *Oculum* 154
*qui ſubſannauerit patrem*, ſubeſt autem verbum לעג *Laghah*, cuius vim alibi expendimus: ſignificat autem *irridere, balbutire.* Quidam ſignificationem irridendi ad balbutiem referunt, quia nimirum balbutientes vulgò derideri ſolent: ſed hoc leuiſſimum eſt : illud certius, verbum hoc deſpectum quemdam notare oculorum nutu inſinuatum, nam ſubſannatio ferè oculis tribuitur.

*Pſ.22.* *Pſ.34.* Pſalm. 22. *Omnes videntes me ſubſannauerunt me.* Vulgata. *Deriſerunt me.* Et Pſalm. 34. *Subſannauerunt me ſubſannatione. frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.* Quæ verba expendens Rabbi Abrah. ait. *Subſannatio eſt in oculis eorum, ſicut placenta ad edendum.* ( Cur autem hîc placentæ meminerit alterius eſt negotii ) ſenſus eſt, tàm iucundum, ac volupe eſt illis oculorum nictatione aliis illudere, ac ſi placentam mollitam vorarent.

*Et qui deſpicit partum matris ſuæ.* Heb. *& contēpſerit ad obedientiam matris ſuæ;* ſubeſt autem vox ליקהת *Liquehath*, ex radice יקה *Iaquah*, quæ ſignificat *obedire obtemperare.* Caiet. aſſerit. eam vocem *rugas* notare: in eadem autem mente videntur fuiſſe Septuag. interpretes, ſic. n. legunt. Et qui *deſpicit ſenectutem matris ſuæ:* quibus accinit etiam Chald. Alii *ſocietatem* legunt, alii *doctrinam.*

*Effodiant eum corui de torrentibus.* Heb non diſſonat. Sept. de *conuallibus.* Aquila, & Theodot. *de torrente:* pro *coruis* autem Hebrai. legitur ערבים *Ghorbim.* Itaque vox Latin. & Heb. mirè concordat.

*Et comedant eum filii aquilæ*, Sept. *Pulli aquilarum*, reliquæ lectiones concordant.

155 *Greg.* Quaſdam allegoricas expoſitiones de Hæret. Iud. & verbis Chriſt. miſſas facio, ac D. Greg. Magn. verba hîc adſcribenda duxi Moral. l. 18. c. 19. *Oculum qui ſubſannat*, &c. *Peruerſi quippe dum diuina iudicia reprehendunt, ſubſannant patrem ſuum. Et quilibet Hæretici dum prædicationem ſanctæ Eccleſiæ contemnunt, deſpiciunt partum matris ſuæ. Corui verò de torrentibus veniunt dum prædicatores veri ad defenſionem ſanctæ Eccleſiæ à ſacrorum librorum fluentis procedunt. Qui etiam rectè corui vocati ſunt, quia nequaquam de Iuſtitiæ luce ſuperbiunt, ſed per humilitatis gratiam peccatorum in ſe nigredinem confitentur. Qui videlicet corui oculum ſubſannantis effodiunt, quia prauorum, ac pertinacium hominum intentionem vincunt.* Hæc ille.

156 Germanus, ac literalis ſenſus ad filios ſpectat, qui parentes ſuos ſeniores non obſeruant. Præmittit ergo Salomon crimen filiorum, & deinde ſupplicium attexit. *Oculum qui ſubſannat patrem*, his verbis contemptus innuitur natorum, qui poſtquàm adoleuerunt grandæuos parentes deſpectui habent, & eorum adhortationes, correptioneſque derident. Tribuit autem oculis Salomon contemptum iſtum, vt ſcelus extollat: ſignificans eos data opera adapertiſque oculis viſos, cognitoſque ſibi parentes violare ſolitos. Deinde vt innueret quanta obſeruantia colendi ſint illi, quos oculis tantùm violare nefas eſt, nedum manus eiſdem afferre, vel alio modo illos lædere auderet. Addit, *Et qui deſpicit partum matris ſuæ.* Plures per *partum matris* fratrem intelligunt eadem matre natum, ita vt Salomon eiſdem pœnis ſubiiciat eos, qui parentes lædunt, & fratres. Nec immeritò, quia cùm filii ſinguli expreſſiores quędam parentum ſuorum imagines, & ſimulachra
*Plato.* ſint, *In quibus ipſi viuere, atque ſpirare dicuntur* ( verba ſunt Platonis) quicumque filios violat in parentes iniurius eſt: atq; adeò frater in fratres ſęuiens parentes ſuos iniuria afficit: quemadmodū iniuria, qua ſimulachrū, aut imago alicuius Principis violatur, ad Principem redit. Extollitur autem crimen eius, qui fratres ſuos iniuriis laceſſit, dum non frater, ſed *partus matris* appellatur, quid. n. magis à ratione alienum, & ipſi naturæ aduerſum, quàm eos, quos ex vna matre in eiſdem viſceribus & ex vno ſanguine creti ſunt, inter ſe mutuo diſſidere?

Cæterùm aptiùs & cum originali textu congruenti⁹ alii dicunt, per *partū matris*, vteri geſtationem & dolores ſignificari, quos mater pariens ſuſtinuit, vt ſenſus ſit. *Qui deſpicit partum matris ſuæ*, quaſi dicat, ille quidē pœnas grauiores luere debet, qui matris ſuæ geſtationem partus, & educationis labores oblitus, ipſi iniurius eſt. Sept. & Chald. quibus hæret Caietanus, de matris ſenecta exponunt, ſic. n. legunt. *Qui deſpicit rugas, vel ſenectutem matris ſuæ.* Poteſt autem noſtra lectio eidem ſententiæ aptari: conſtat. n. matrum iuuentam & pulchritudinem ex partu tabeſcere, quæ ſæpius enixa eſt, ocyùs ſibi canos aſpergere, & rugas trahere. Itaq; ſenſus erit, Pereat *Filius qui deſpicit partum matris ſuæ*, qui ſcilicet matris ſuæ ſenectam, quam ipſemet partu ſuo illi maturius attulit, temerè offendit. Reliquæ autem lectiones eorum, qui pro *partu obedientiam, doctrinam & ſocietatem* conuertunt, perſpicuæ ſunt, illud tantùm obſeruatione dignum, optimarum matrum in filios officia omnia his contineri. At, inquies, cur tantopere Salomon parentū honori & obſequio defert, vt ne nutu quidem oculorum, aut leuiori alia contemptus ſignificatione eos violari velit? 157

Rationem libens attingam. Quia quemadmodū 158
grauitatem criminum, quæ in Deum admittimus ex dignitate illius, ac noſtra vilitate penſamus, ex quo infinitam quandam delicti turpitudinem ex infinita Dei maieſtate ac noſtra tenuitate colligimus: ac nullam eſſe tam leuem culpam cui momenti plurimùm non inſit, eodem argumento conficimus: ad eundem modum de iniuriis parentibus illatis decernere licet, quæ eadem prorſus ratione ex illorum dignitate & maieſtate, & filiorum vilitate aucupanda eſt. Audeo n. dicere parentes ſi cum filiis ſuis conferantur infinitam quandam dignitatem ſortiri, ac rurſus filiorum immenſam quandam vilitatem eſſe.
Nota. n. eſt Ariſtot. doctrina, cuius alibi meminimus, filios. ſ. iure naturæ ſemper parentibus ſubeſſe; ita vt quantumlibet dignitas filiorū in immenſum excreſcat, patria poteſtas filium infra ſe habeat; quod ſupra cap. 8 v. 16. adeo verum eſſe decreuimus, vt humanitas Chriſti Saluatoris noſtri, cui ex ſocietate diuinitatis in eadem hypoſtaſi infinita dignitas accreſcebat, ſub patria nihilominus Mariæ Virginis parentis ſuæ poteſtate eſſet tamquam filius eius naturalis, vt ex Ambroſio, atque aliis patribus ibidem docui. Ergo cùm dignitas, & maieſtas parentum in filios ad eundem modum immenſa ſit, inde profectò fit, vt filiorum in parentes nullum ſit leue crimen: imo ex eo liquet illatas parentibus iniurias immenſam quodammodo grauitatem, & turpitudinem habere ex immenſa parentum dignitate deriuatam. *Ariſt.*

Ad hanc parentum in filios maieſtatem, & 159
filiorum in parentes delicta extollenda pertinet *Stob.*
id, quod ſcribit Stobæus ex Hierocle Philoſopho his verbis. *Si quis parentes, ſecundos ac terreſtres quoſdam Deos dixerit non errabit, cùm nobis propter vicinitatem vel ipſis Diis honorabiliores ſint. Neceſſarium autem eſt exiſtimare vnum erga ipſos gratitudinis modum eſſe perpetuam, & numquam remittentem beneficia ipſorum rependendi animi promptitudinē, quantumuis enim multa in eorum gratiā fecerimus, ſemper tamen inferiora erunt omnia, quàm eſſe deberent.* Et quem-

admodum Theologi de noſtris erga Deum me- A
ritis ſtatuunt. ſ. non poſſe nos ſecundùm iuſtitiæ
rigorem ſatisfacere, quia nihil nobis tam propriũ
eſt, quod poteſtati, ac dominio Dei non ſubſit,
potius, quam noſtro: ex bonis autem credi-
tori propriis, vel aliàs debitis, nemo poteſt illi
debitum rependere, aut pro culpa ſatis dare. Eo-
dem argumento Hierocles conficit filios non
poſſe parentibus gratiam referre, & pro debito
acceptæ vitæ ſatis dare. Sic. n. attexit. *Quini-*
*mò prope malum actiones noſtræ omnes illorum pro-*
*priæ videri debent, vt qui nos hæc agentes pro-*
*duxerint, quemadmodum Phydiæ, aut aliorum ar-*
*tificum opera, ſi& ipſa rurſus alia quæpiam facerẽt,*
*ea quoque non dubitaremus opera nominare artifi-*
160 *cum Eodem modo actiones quoque noſtræ parentum* B
*noſtrorum opera eſſe dicentur. per quos & nos nati*
*ſumus.* hinc colligit præmiſſus Philoſophus ne-
minem poſſe parentibus in ſe merita officiis, &
obſequiis exæquare. Ego verò inde rurſus elicio
neminem etiam poſſe pro leuiſſima iniuria pa-
rentibus illata de rigore iuſtitiæ ſatis dare. Quid-
quid enim obſequii, & officii filius parentibus
exhibuerit, totum id ipſorum parentum pro-
prium, atque aliàs omnino debitum eſt, ob be-
neficium naturæ ab ipſis acceptæ. Quid plu-
ra? ſubdit Hierocles. *Vt igitur in promptu habea-*
*mus quibus officiis erga parentes obſtringamur, ſum-*
*maria hanc ſententiam ſemper animo verſare opor-*
*tet, quod parentes deorum nobis imagines ſunt, &*
*per Iouem Dii lares pſeudomyſtici beneficiorum au-* C
*tores, cognati, creditores, domini & amici conſtantiſ-*
*ſimi. Sunt enim Deorum imagines certiſſimæ, & ſi-*
*militudinem eorum nobis referunt, meliùs quam vl-*
*lius artis facultas exprimere poſſit, cùm tamquã* Dii,
*domus patroni, & nobis familiares ſint.* Hinc etiam
grauitatem iniuriæ parentibus illatæ aucupari li-
cet: Nam Ethnici Philoſophi ſententiam emen-
dantes, non Deorum, ſed veri omnipotentiſque
Dei animata ſimulacra & viuas, actuoſaſq; ima-
gines parentes eſſe dicemus, atque adeò quacum-
que ratione filii in parentes peccent & eorũ pie-
tatem violent, iniuria ad Deum ipſum omnino
pertinet, quemadmodum violatio ſtatuæ Prin-
cipis maieſtatem lædit: ex quo fit menſuram hu-
ius iniuriæ non ex dignitate, & excellentia pa-
rentum, ſed ex ipſa Dei immenſa maieſtate ca- D
piendam eſſe. Quapropter idem Philoſophus per-
breui interſtitio verborum ſic attexit. *Sed quoniã*
*inter omnia hactenus enumerata præſtãtiſſimum eſt*
*parentis nomen, cuius gratia ipſos appellamus Deos,*
*adiiciemus quod ad hanc ſententiam ſequitur, nem-*
*pe filios exiſtimare debere ſe in domo patria veluti*
*fano quodam æditúos, & ſacerdotes ab ipſa na-*
*tura conſecratos eſſe, vt parentum cultui operam*
*darent.* Hactenus Philoſophus, cuius verba no-
ſtræ fidei ſecretiora dogmata ſapiunt. Ex quibus
conſtat quàm ſit graue parentum pietatem, vel
leuiter lædere, vt meritò Salomon in eos ſeue-
rius inuehatur, qui nutu tantùm oculorum paren- E
tes ſuos violant, dum ait, *Oculum, qui ſubſannat*
*patrem, &c.*

161 Et quidem ſolo nutu patriam pietatem
Cicero. offendi docuit Tullius in oratione pro Roſcio,
vbi ſic fatur. *Etenim ſi id præclare à ſapientibus*
*dicitur vultu ſæpe læditur pietas, quod ſuppli-*
*cium reperietur in eum, qui mortem obtulerit*
*parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, iu-*
*ra diuina, atque humana cogebant.* Ad hanc ve-
terem paræmiam, aut ſapientum profatum adlu-
Ambroſ. ſit D. Ambr. in lib. de Virg. vbi inter alia Deip.

Virginis elogia hoc adſcribit. *Numquã vultu pa-*
*rentes læſit.* Quam verò graue crimen ſit ad eun-
dem modum vultu, & oculorum nutu parentibus
ſuccenſere, aut ipſis ridiculè irridere, & illudere,
ipſamet pœna ſatis probat, quam Salomon his de-
riſoribus imponit.

*Effodiant eum corui de torrentibus, & comedant* 162
*eum filii aquilæ.* De hoc ſupplicio non eodẽ mo-
mo ſentiũt interpretes. Alii. n. per *coruos* & *aquilæ*
*filios* dæmones accipiunt, q. d. filius, qui ea ratio-
ne parentum ſuorum pietatem læſit, ſpirituũ ma-
lignorum pabulum eſto. Et quidem dæmonem
cũ coruo compoſuit Hieron. cõtra Luciferianos: Hieron.
& Chryſoſt. de coruo ab arca emiſſo ſic ſcribit Chriſoſt.
in hom. de Spiritu ſancto. *Hic coruus diabolus eſt,*
*qui ex arca Eccl. eliminatus verè niger, ac tenebro-*
*ſus eſt: ſuffocat⁹ in aquis baptiſmatis.* Itẽ dæmones
ſæpiſſimè corui ſpeciem formamque induunt, vt
multis exemplis probat Vlyſſes Aldrob. infra ci-
tandus. Rurſus aquilini pulli dæmones etiam no- Aldrob.
tare poſſunt, ob rapacitatem, ex Clemente Alex.
& aliis. Cæterùm vtraque, tã coruus, quàm aqui-
la, vel ex eo maximè dæmones adumbrare dicẽda
ſunt, quod ad cadauera, & morticinia confeſtim
aduolant, & ex his paſtum ſibi quærunt, adeò vt
interneciones, aut etiã mortes longè ante præſen-
tiſcere credantur, ex quo fit, vt paulò poſt mori-
turis, ſiue animantibus, ſiue hominibus ſæpè ad-
ſint, prædæ futuræ auidi. Ergo Salom. iuxta hanc
interpretationem docens eos, qui parentes ſuos
violant pro meritis puniendos, ait, dæmones,
ſeu coruos, & aquilas ad ipſos deuorandos ad-
uolaturos. Nota emphaſim huius ſententiæ: v-
tique liberis illis, qui parentes ſuos piè colunt,
longior vita paſſim promittitur in ſcriptura: at 163
contumacibus filiis immaturæ mortis minæ in-
tentantur. Ergo ait contra eiuſmodi peruicaces fi-
lios, aquilas, coruoſque venturos præſentiſſimum
illorum obitum annuntiantes. Adſunt quippè his
citiùs morituris aſſidui dæmones, aquilarum, &
coruorum more, vt cumprimum deceſſerint præ-
dam auferant. Vel aliter, eiuſmodi inobſequen-
tes filii dæmonibus tamquàm coruis, & aquilis
diſcerpendi traduntur, quia vtraque tàm coruus,
quam aquila, cognationum iura, legeſque à na-
tura inditas non ſeruant (vt infra adnotabo) qua
in re dæmonum ingenium, & mores exprimunt.
Accipe verba Imperfecti ad illa Chriſti Domini, Imper.
*Tradet autem frater fratrem in mortem*, &c. v-
bi rationem offert, propter quam diabolus ad
iura propinquitatis violanda tantopere inſtigat.
*Non eſt*, inquit, *fides in ſeruis diaboli, diabolus*
*nec generat, nec generatur, & ideo neſcit ſeruare*
*iura propinquitatis, quia nullum propinquum ha-*
*bet.* Ergo iure optimo filios parentum ſuorum
violatores dæmonibus tamquàm coruis, aquiliſ-
que laniendos Salomon committit, vt ab his per-
eant, quorum mores imitantur. Denique illud
etiam compertum eſt apud hiſtoriæ naturalis au-
tores, coruos prædæ oculos inuadere comprimis
ſolitos, hi. n. ipſis prædulces eſuiq; gratiores ſunt:
aquilas verò prædarum à ſe captarum corda quã-
primum extrahere & vorare conſueuiſſe, hæc. n.
eſca illis quoque pergrata eſt, quid certius? Igi-
tur aduerſus filios iſtos parentum oſores, coruos,
& aquilas mittit Salomon, dæmones ſcilicet, cor-
uorum mores referentes: innuere volens ab his
filiorum impiorum oculos tamquàm à coruis
erui, & corda tanquàm ab aquilis reuelli. Nam
perinde ac ſi oculos effoſſos haberent, parentes
ſuos non agnoſcunt, ac veluti excordes eſſent in-

ſitæ à natura pietatis vehementiſſimos affectus non ſentiunt.

Secunda expoſitio aliter de *coruis*, & *aquilis* decernit. Notum eſt coruorum & aquilarum ingenium, qui ad occiſa corpora denſi conueniunt, vt eorum carnibus paſcantur. Ad aquilas ſpectat il-
Matth.24. lud Matth. 24. Luc. 17. *Vbi fuerit corpus, ibi congre-*
Luc. 17. *gabuntur & aquilæ*, & Iob 39. *Et vbicumque cada-*
Iob 39. *uer fuerit, ſtatim adeſt*: quod an in omne aquilarum genus quadret, non curo: hoc enim à meo inſtituto alienum eſt. Ad coruos ſpectat illud Horatij.

*Non paſces in cruce coruos.*

Horat.

164 Subiiciam alia. Sententia igitur ſic conformari debet. *Effodiant eum corui de torrentibus*, &c. i. filius impius, & parentum violator, ſuſpendio, ac cruce dignus eſt, ita vt cadauer illius inhumatum alitibus exponatur. At cur, inquies, Salomon filiis contumacibus crucem, aut ſuſpendium minatur? cur etiam coruis, & aquilis potius quàm aliis auibus cadauer illorum tradit? Vtriuſque rei rationem paucis ſubiiciam. imprimis ergo crux & ſuſpendium manet proteruos liberos, quia quicumque parentes ſuos violare audet, cum quidem omnem humanitatem exuiſſe conſtat. Quid inde? au-
Pſeudo Chryſoſt. di Pſeudo Chryſoſtomum loco citato. *Qui in parentes ſuos parum humanus, ac mitis eſt, in alios ſæuus, & atrox exiſtit, ſi enim amicitia in ipſa natura deficit, quomodo inuenietur extra naturam?* Igitur ob hanc cauſam ex filiis contumacibus fiunt plagiarij, ſicarij, homicidæ & alij atrociſſimi homines, qui tãdem aliquando delictis ſuis crucem, aut ſuſpendium ſibi accerſunt. Et quidem ſcelerati in crucem acti, & necati, aliquando etiam viui auium lanienæ obijci ſolebant. De viuis eſt illud Pru-
Prudent. dentij ſatis affine verbis à Sapiente dictatis.

*Crux illum tollat in auras.*
*Viuenteſque oculos offerat alitibus.*

165 Accedit etiam Catullus in Epigrammatis, qui
Catullus. reum quendam cruci affixum deſcribens ſic ait.

*Non equidem dubito quin primum inimica bonorum*
*Lingua execta auido ſit data vulturi,*
*Effoſſos oculos voret atro gutture coruus.*

Hũc ſpectat etiam illa mali imprecatio perue-
Gretſerus. tus, *Abi ad coruos*, quæ, vt noſter obſeruat Gretſerus de cruce tom. 1. l. 1. c. 38. non differt ab illa, *Abi in malam crucem*. Hinc effluxit illud Poëticum.

*Deque tuo impaſtis ſit rixa cadauere coruis.*

Mitto alia humana, illud diuinius, nimirùm ma-
Gen. 4. giſtri piſtorum inſomnium, Gen. 4. *Videbam*, inquit, *quod tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum, & in vno caniſtro, quod erat excelſum portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, aueſque comedere ex eo.* Quod inſomnium ediſſerens Ioſeph, reſpondit illum poſt tres dies aſcenſurum patibulum. *Tres adhuc*, inquit, *dies ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce,*
Pſalm. 26. *& lacerabunt volucres carnes tuas.* Accedit etiam locus perelegans Pſalm. 26. *Ne repellas me à mandatis tuis*, Græcè, μὴ ἀποσκορακίσῃς με quod verbum à coruis tractum quidam putant, q. d. ne me à mandatis tuis deuium ad coruos amandare velis, id eſt, ad patibulum, ad crucem. Sed cur Salomon filios impios ſepultura priuat, & alitibus diſcerpendos tradit? Nimirum quia tellus communis omnium parens à ſapientibus appellatur, hæc enim omnes denique poſt mortem gremio ſuo excipit, aut viſceribus claudit. Iuſtè ergo cum liberis proteruis agitur, vt qui propriam ſibi matrem læſerunt communis matris beneficio careant.

Sed inſuper cur coruis, atque aquilis potius 166
quam aliis alitibus filios peruicaces committit Salomon? Primam rationem obtulit Ianſenius, quia corui & aquilæ propter longioris vitæ prærogati-
uam celebrantur. Lege Plinium lib. 7. cap. 8 & Plin.
Vlyſſem Aldrob. lib. 12. Ornitholog. Aldrob.
Igitur auibus longæuis dilacerandus traditur filius contumax, vt ſignificetur eum longioris vitæ beneficio, quo liberi obſequentes, ac pij gaudent, multandum, & defraudandum eſſe. Sed huic adnecto ſecundam aliam rationem ex dictis petitam: quia corui, & aquilæ cognationis iura non ſeruant, parentes enim in pullos immites ſunt, & rurſus pulli in parentes ſæuiunt, vt poſteà dicam. Meritò ergo Salomon ad filios proteruos, & impios deuorandos eiuſmodi alites admittit, vt conſtet ſuam ipſorum impietatem, quam aues illæ moribus ſuis adumbrant, illis turpiſſimam illam necem afferre.

Cæterùm licet hæc interpretatio mihi accommodata videatur, aliam tamen ſubiicere libet, quæ mihi accommodatior videtur, nam cum omnes iſtæ ſententiæ ænigmata quædam ſint, vel ænigmatis ſimiles, aliquid euoluere & replicare neceſſe eſt, quod ſub literæ cortice deliteſcit. Exiſtimo igitur per *coruos*, & *aquilas*, filios impios notari impietatis paternæ vltores. Præmittere autem oportet *coruos* & *aquilas* nullam cognationis legem ſeruare. Primò tam corui, quàm aquilæ
parentes pullos ſuos excluſos nido expellunt, ſic Ariſt.
tradit Ariſt. l. 1. de hiſtoria animal. c. 31. *Nimirum ex multis aliquot ne grauis ſit multorum nutricatio aquilam quidem tres parere aiunt, ac duobus nido expulſis vnum alere.* Hinc carmen illud ab Ariſtotele vulgatum.

*Tres parit, atque duos nido eiicit, educat vnum.*

Coruus plures ſibi alendos reſeruat, ſed non 167
propterea minor illius impietas: nam eos ipſos quos ſeruauit, pullos deſerit omni alimonia deſti-
tutos, ſic D. Gregor. lib. 30. Moral. cap. 8. vbi ſic Gregor.
ſcribit. *Coruus editis pullis (vt fertur) eſcam planè præbere diſſimulat, priuſquàm plumeſcendo nigreſcant: eoſque inedia affici patitur quoad vſque in illis per pennarum nigredinem ſua ſimilitudo videa-*
*tur*. Chryſoſt. hom. de Helia Prophet. *Odit*, in- Chryſoſt.
quit, *coruus prolem ſuam, & natam non educat.* Concinit Auguſt. & alij Patres ad illa verba Pſ.
146. *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis cor-* Auguſt.
*uorum inuocantibus eum.* Qui addunt pullos cor- Pſal. 146.
uorum interim dùm à parentibus neglecti fame tabeſcunt, muſcis, aut culicibus præteruolantibus viſcoſo humori, quem fame & crebris vlulatibus in roſtrum mouent adhærentibus ali, & ab interitu vendicari. Vnus Caſſiodorus eos rore cæleſti interim paſci affirmat. Sed tamen vlterius procedit parentum impietas, nedùm robuſtos ad volandum volare, imò auolare cogunt: nam eos ſtatim fugant, & toto tractu & regione à ſe longiùs exterminant, maximo nutriendi tædio. Sic tradunt Ariſtotel. & Plinius ſupra. Cæterùm hanc parentum ſæuitiam filij maiori crudelitate quaſi quodam talionis iure compenſant, & cumulant. Æ-
lianus enim libr. 2. cap. 49. ſic habet. *Pulli deinde* Ælian.

*ea, quæ ſunt ad viuendum neceſſaria inquirunt, ge-*
168 *nitoreſque ſuos minimè alunt.* Chryſoſt. etiam in ea homil. de Helia Propheta ſic habet. *Sed ea parentum cura coruorum pulli deſtituti, ab ipſis etiam non curatum permanet coruorum genus*, quaſi dicat: Corui non curant pullos ſuos, ac pulli viciſſim parentes ſuos negligunt. Verùm illud omnem ſæuitiam excedit: quòd pulli genitoribus ſuis minimè parcere dicuntur, aiunt enim ob miram vorandi libidinem genitores nonnunquàm à pullis lacerari, & diſcerpi. Hinc eſt illud Philis ex Græco fideliter redditum.

*Chryſoſt.*

*Coruus autem malè malos fœtus alens,*
*Quos ipſe excuſsit generis cauſa,*
*Cùm vrget vel breue famis tempus,*
*Cibum ſeſe fœtibus alimenti loco inſert.*

Non quaſi id ſponte faciat, ſed quia pulli cùm tantiſper adoleuerunt vnum multi inuadunt, ac perimunt. Vnde ſatis aptè eos parricidas, & culeo dignos appellat Aldrobaldius.

De Aquilis etiam non eſt diſpar ratio. Nam vt
169 tradit Baſilius in Hexam pullos, quos aquila è nido ſuo deturbat oſſifraga excipit ſuo, atque alit. Hi verò poſtquàm adoleuerint cum parentibus ſuis ſæpe pugnant, victos vnguibus dilaniant. Sic lege apud recentiorem hiſtoriæ naturalis collectorem, ſed pugnat cum illo Epicrates apud Athæneum, qui docet Aquilas iam ſeniores, & effœminatas à iunioribus ali, atque cum his meretrices componit, quæ cùm ad ſenectam peruenerunt, & venari inhabiles ſunt lenocinio dant operam, & adoleſcentulis amatores comparant: Ergo harum alteram perſtringens ait.

*Baſil.*

*Athen.*

*Mihi videtur id perpeſſa quod ſolent aquilæ.*
*Namque hæc iuuenes cum ſunt aues,*
*Lepore ſque carpunt arduis ex montibus*
*Tulere ſublimes, quos pedum robore,*
*Vbi ſenecta mox grauis compreſſerit,*
*Iuuenes volantes quæritant actæ fame.*

Sed tamen quicumque Epicratis verba calluerit, facilè agnoſcit his verſibus non referri aliquod pietatis obſequium, quod pulli parentibus, vel in vniuerſum maiores natu ſenioribus aquilis exhibere ſoleant: ſed potiùs innui has ſeniores cum prædis agendis ineptæ ſunt iuniores conſectari, & earum reliquias arrodere ſolitas, quód miſerrimum planè eſt. Quid inde? Ad rem.

Per *coruos* in oculos aduolantes & aquilas vn-
170 guibus lacerantes filios impios intelligit Salomon hoc ſenſu. *Oculum qui ſubſannat patrem*, &c. filium ſcilicet, qui oculis aut vultu paternam pietatem lædit, & matrem ſuam nutu violat: *Suffodiant eum corui de torrentibus*, pullos coruorum intelligit. Nam corui ferè apud torrentes & riuulos nidos conſtruunt, & pullos excludunt. (ſic Arati interpres ſcribit) vt ſcilicet crebrius arentia corpora humectent, & humidos cibos carpant. Itaque ait, eiuſmodi filij erga parentes ſuos contumaces digni ſunt, vt filios etiam ſuos contumaces, & proteruos erga ſeipſos experiantur. Ita vt quemadmodum pulli coruini, & aquilini genitores ſuos excruciare ac lacerare ſolent, ſic etiam eorum filij in parentes ſuos immaniter ſæuiant: dignum quippe eſt, vt qui ſuos læſit parentes talioni ſubiiciatur, eademque à filiis ſuis referat, quæ parentibus exhibuit.

*Arati interpr.*

171 Et quidem per ſeniores *coruos*, parentum in educandis filiis iniuriam, per *pullos* autem filios improbos notari exploratum eſt. Ad id ſpectat peruetus illa paræmia. *Mali corui malum ouum*, nimirùm improbus pater improbam ſobolem gignit. Sed audi Chryſoſt. qui corui exemplo ipſi quotidianum victum adminiſtrantis, Heliæ ſeueriorem zelum eleganter perſtringit, vt interim per coruos, coruorumque pullos filios parentum ſuorum oſores, impioſque parentes ſignari docet. *Proinde*, inquit, *per patres illos filiorum ſuorum oſores apud Heliam, qui Iudæis, & filiis malæ frugis ſuccenſebat, Deus intercedit, quaſi ad eum ſilenter ita diceret, Nec tanto Iudæorum filiorum tuorum odio teneare quanto erga pullos ſuos corui. Ecce illi nunc conuerſi ſunt, vide vel eorum miſericordiam, qui natura ſua ſunt immiſericordes & inhumani, illi ipſi, vt hoſpites tibi obſeruiunt. Abſurdum eſt, ô Helia, quod apud te miſericordiæ meæ patrocinentur, tu autem pro Iudæis, in quos ſæuio ego, non intercedis: erubeſce, & coruorum exemplo Iudæis eſto clementior. Ego enim vt tuæ ſententiæ honorem do, ita & illorum miſereri velim. At Helias cum Deo nondum crederet, alumni corui beneficium reuocatur: alia reconciliandi via quæritur: nempe vt fame victus ſententiam ipſe ſoluere cogat*, &c. hactenus Chryſoſt. Cuius verba attentè legenda ſunt.

*Chryſoſt.*

Pleraque igitur in pullis coruorum contem- 172
plari licet, quibus impiorum filiorum mores apprimè referuntur Primo quidem parricidas corui adumbrant, quia vt nuper ex Philete admonui, corui, cum adoleuerunt, ſuoſmet genitores roſtris, vnguibuſque laniare, & eorum carnibus veſci ſolent. Secundò nata eſt corui natura, qui parentum oculos inuadere, ac roſtro figere ſolent, vt ex hoc Salomonis loco conſtat. Ita etiam docet Iſidorus lib. 12. Originum, cap. 7. vbi aſſerit oculos à coruis etiam in cadaueribus cum primis laniari atque erui. Hinc eſt etiam illud Ariſtophanis in auibus.

*Iſidor.*

*Ariſtoph.*

*Coruus aduentens peieranti, clam*
*Aduolans eiiciet oculum verberans.*

Et Catullus nuper citatus.

*Catullus.*

*Effoſſos oculos voeat atrogutture coruus.*

Accinit Ariſtoteles, qui corui cum aſino, & tauro inimicitias deſcribens eorum oculos à coruo peti & configi affirmat, vbi ſupra. Neque verò corui genitorum ſuorum oculis parcunt, cum eos lacerant. Hinc fluxit vulgatum apud Hiſpanos adagium. *Crias cuerbo que os ſaque los ojos.* Denique, vt aliàs ethymologorum opiniones omittam, propterea coruus Græcè κόραξ, dicitur ab κόρη .i. pupilla, ſcilicet à *coris*, vel pupillis figendis *coraces* appellati ſunt. Aliqui huius rei rationem in alimenti ſaporem conferunt, quod videlicet oculi coruis gratiſſimam eſcam præbeant. Alij curioſius aſſerunt coruos oculos potiſſimùm inuadere, quia in ipſis effigiem ſuam tamquàm in ſpeculo cernentes inuidia, & indignatione quadam inflammantur, non aliter ac ſi alios ſibi aduerſarios videant, hæc verò attentius conſiderans illud occurrit, quod hi, qui in pupillis oculorum ſemetipſos contemplantur, quamuis magni ſint, tamen paruos admodum ſe cernunt. Iam tenes, quò tendam. Tunc quidem coruorum pulli parentum ſuorum oculos perforant, cùm ſemetipſos paruos, & puſillos in his cernunt, quod natura ſuadente iuſtè admodùm faciunt, & vt clarius dicam, natura ipſa illatas ſibi iniurias vlciſcitur.

Nam cum corui pullos ſuos paruulos, & implumes contra naturæ leges negligere ſoleant, natura ipſa ad vltionem huius impietatis comparata hos impetus coruis inſeuit, vt quoties ſemetipſos in parentum oculis paruulos conſpicati fuerint, òculos roſtris ſuis confodiant, iniuriam, quam paruuli acceperant, degeneri illo impetu vlciſcentes. quorſum hæc? Certè vt conſtet filios, quos parentes proteruos, aut contumaces aut ſæuos experiuntur, Deo ita diſpenſante, malæ educationis iniuriam vlciſci. Ille igitur verè coruum alit, oculos eius tandem aliquando effoſſurum, qui filij educationem negligit, qui ſcilicet à puero optimis documentis non paſcit, vt cum corpore boni quoque mores adoleſcant. Et quidem ita ego reor, quod quemadmodùm coruos à parentibus ſuis neglectos, & deſertos Deus optimus maximus paſcit, cibum illis interim prouidè comparans, quod in maximis diuinæ prouidentiæ miraculis ponit Dauid, cum ait.
Pſal. 146. *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Sic etiam portento, ac miraculo ſimile eſt, filium, cuius bonam educationem parentes à puero non curant, diutius viuere, & Deo ſeruante ſuperſtitem eſſe: ita enim parentum incuria poſtulare videbatur, vt filius negligenter educatus ocyùs interiret. Sed tamen hac in re idem omnino parentibus euenire dixerim, quod de coruis Ælianus decernit. Qui ideò coruorum pullos diuina prouidentia ſeruari, & ab interitu vendicari dicit, vt cùm adoleuerint parentum impietatem vlciſcantur, quod longè meliùs in parentes bonæ ſuorum filiorum educationis neglectores cadit, quorum liberos (quos ſtatim in pueritia emori ipſorum praui mores poſtulabant) Deus optimus maximus diutius incolumes ac ſoſpites ſeruat, vt cùm primùm ad robuſtiorem ætatem peruenerint ab ipſiſmet debitas à parentibus pœnas expoſcant.

174 Sed tamen nouus autor alio ſenſu ad filios improbos eum Pſalmi locum conuertit. *Et pullis coruorum inuocantibus eum*, in maximis (inquit) diuinæ prouidentiæ portentis numerat Pſaltes, quod Deus coruorum pullos alit, ac fouet, qui filios impios, & parentum oſores notant, innuens ſcilicet filium, qui aliquando improbus, & contumax, & parentum ſuorum oſor futurus eſt, à Deo ſeruari, & rebus neceſſariis ad vitam tuendam benignè donari prouidentiæ diuinæ maximum portentum eſſe. Nihil enim magis à paterna Dei prouidentia, & cura alienum eſſe deberet, quàm filios parentes ſuos negligentes ſeruare. Quapropter ſi quando filium eiuſmodi contumacem curat, communis prouidentiæ fines prætergredi, & aliquid miraculo ſimile facere videtur. Hæc de filiis erga parentes.

175 Parentum verò erga filios impios mores coruus etiam optimè adumbrat, hic enim pullos ſuos implumes deſerens, & nutriendi tædio antequàm ad volandum robuſti ſint è nido deturbat, ac demum tota regione, & tractu à ſe procul expellit vt nuper dicebam, atque adeò parentes notat filiorum educationem, & nutricationem minimè curantes. Quid certius? idem verò pullis excluſis quoſdam nutrit, & ſeruat, quoſdam verò expellit, & impaſtos emori ſinit, vt ſupra obſeruabam. *Quapropter* parentes illos innuit, qui facultates ſuas iniuſtâ partitione inter filios diſtribuunt, aliis quidem ampliſſimum patrimonium, aliis autem vt ita dicam, paupertatem ex teſtamento legantes.
Baſil. quos ſimiles Aquilæ mores expendens D. Baſilius hom. 8. in Hexame. eleganti oratione perſe-

A quutus eſt. *Iniquiſſima, ait, volucris aquila in educanda ſua prole exiſtit; duos enim mox vt excludit pullos, horum alterum alarum verbere cæſum nido deturbat in terram alterum autem, vt eum ſolum exceptum, vt proprium adiungit ſibi familiariter, quæ & hunc quoque quem ipſa genuit, ob nutricationis difficultatem ab ſe ablegat. Sed hunc, vt aiunt, exceptum oſſifraga diſperire non ſinit, ſed vna cum ſuis educat pullis. Eiuſmodi parentes ſunt erga liberos præduri, & inclementes, qui prætextu à paupertate quæſito infantes ſuos exponunt, aut certè iniquiſſimos ſe declarant in patrimonio in filios partiendo.* Quemadmodùm autem aquilæ parentes in filios ſuos parum benignos, & clementes notant; ſic etiam pulli aquilini filios erga parentes ſuos impios, & crudeles præ ſe ferunt, vt ex ſupradictis liquet.

B

---

*XVIII. Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro.*

*XIX. Viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia.*

*XX. Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ*
C *tergens os ſuum dicit, non ſum operata malum.*

HÆc omnia copulare neceſſum eſt, quia vnam ſententiam componunt. Sed veſtiganda primo eſt lectionum varietas. *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum*, &c. Hebr. *Tria ipſa abſcondita ſunt à me, & quatuor non noui ea.* Sic plerique conuertunt. Noſter veſtigia preſſit Septuaginta, hi enim non *quatuor*, ſed *quartum* reddunt. *Tria ſunt impoſſibilia mihi intelligere, & quartum non agnoſco.* Sic D. Ambroſ. de obitu Valentin. Aquila. *Tria ſunt mirabilia mihi, & quartum non agnoſco.* Chaldæus. *Tria ſunt abſcondita mihi, & quatuor quæ non ſcio.* 176

*Viam aquilæ in cælo*, &c. Hebræa non diſſonant.
D Sept. *Veſtigia aquilæ volantis.*

*Viam colubri ſuper terram.* Hebr. *ſuper petram*, Concinunt Sept. *Vias ſerpentis ſuper petram.* Quibus hæret etiam Chaldæus.

*Viam nauis in medio mari.* Hebr. *Viam nauis, in corde maris.* Sept. *Semitas nauis nauigantis.*

Et *viam viri in adoleſcentia.* Inter noſtrum, & Septuaginta omnimoda concordia eſt: plures autem ex interpretibus primitiuæ vocis vim eruere volentes ad hunc modum extulerunt. Et *viam viri in virgine*, vel puella, vel adoleſcentula. Eſt enim Hebraïcè. עלמה *Ghalmah*, quæ vox puellam virginem in laribus, atque, penatibus abditam ſonat, à radice עלם *Ghalam*. i. *abſcondit, occultauit.* Qua-
E propter aliqui mendum irrepſiſſe exiſtimant huic loco, atque ſic reſtituendum eſſe. Et *viam viri in adoleſcentula*, non in *adoleſcentia*. Sed tamen hanc coniecturam coërcet, vtraque tranſlatio tam vulgata, quàm Septuaginta. Et quidem ita reor nomen illud עלמה *Ghalmah*, quod eſt Thoar ex עלם *Ghelem*, non ſolùm iuuenculam, aut virginem, ſed etiam iuuentutem ſignificare. Nam Septuaginta Hebraïcæ linguæ peritiſſimi perſæpè ſolent hæc nomina Thoar fœminea non ſolùm perſonis, ſed etiam affectibus, aut paſſionibus ac-

commodare: cuius rei exempla non pauca occurrunt in hoc libro, quemadmodum nos aliàs expendimus. Cui opinioni adſtipulatur recentiorum Hebræorum conſilium ad illa verba Pſal. 47. *Ipſe*
177 *reget nos in ſæcula* עלמות *Ghalmoth*, ſic lego, non
Pſal. 47. *Ghalmuth*, quem locum ita ipſi conuertunt. *Ipſe reget nos, ſicut in adoleſcentiis.* Hæc verò noſtra ſententia conſtantiſſima eſſe debet apud omnes, qui Vulgatæ lectioni aliquid deferunt, à qua aliqui in hoc loco temerè reſiliunt. Solet etiam hîc diſputari, an vox illa *Ghalmah* puellam tantùm innubam, & virginem; an etiam nuptam, & corruptam ſonet. Sed omiſſis Hebræorum nugis cum pleriſque ex noſtratibus ſentio id nominis virginibus tantum dari, ſicut apud Hiſpanos vox illa *doncella*. Adducor autem in hanc opinionem facili quadam ratione poſtpoſitis aliis, quas alij non ſatis robuſtas congerunt: quia *Ghelem* quod eſt formatiuum nomen, ex quo fluit *Ghalmah*, pueros tantummodò, ſeu adoleſcentulos ſonat ante nuptias, & adultam ætatem. Ergo idem de fœminea terminatione decernendum eſt, nimirùm puellas innubas, & virgines notare. Ex his conſtat Caietanum, & alios Hebraizantes tam recentiores, quàm antiquos perperam hîc *mulierem corruptam* eo nomine cenſeri voluiſſe, vt verſus iſte cum ſequenti concineret: eſt enim alia longè aptior concordia, vt poſtea dicemus.

178 Locum iſtum venuſtis admodùm expoſitionibus allegoricis, & accommodatitiis donant interpretes, Beda, Hugo, Dionyſ. Lyra, & alij: aliquando per *aquilam, colubrum, & nauem diabolum* ſalutis noſtræ inſidiatorem intelligunt, nonnumquam doctorem paſſim Chriſtum Dominum, cui potiſſimum tribuere ſolent lectionem illam, *& viam viri in adoleſcentula.* Ex his verò elegantius, ac iucundiùs Lyra *per viam aquilæ in*
Lyra. *cælo*, Chriſti aſcenſionem, quâ cælos penetrauit, per *viam colubri in petra*, Chriſti reſurrectionem, clauſo ſepulchro, *per viam nauis in medio mari*, eiuſdem conuerſationem in hoc mundo, *per viam viri in adoleſcentula*, eiuſdem natiuitatem ex Virgine illibato pudicitiæ clauſtro accipiendam pu-
Athan. tauit. Diſſidet nonnihil à Lyra Anaſtaſius Nicænus in quæſtionibus Anag. q. 43. vbi ſic ſcribit. *Viam aquilæ volantis in cælo. i. Chriſti Aſcenſionem, viam ſerpentis ſuper petram, nempe veſtigium* D *peccati in corpore Chriſti, & ſemitas nauis per mare, nempe Eccleſiæ, vt pote quæ in hac vita, tamquam in mari, ſpe in Chriſtum per crucem gubernetur, & vias viri in iuuentute, nempe eius, qui natus eſt ex Spiritu ſancto, & Virgine. Ecce enim vir oriens nomen eius.*
Zachar. 6. Extrema autem verba ſecundùm lectionem Septuaginta ſic pendit. *Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ quando aliquid fecerit, lota dicit ſe nihil mali feciſſe. Talis ſcilicet conuerſatio Eccleſiæ Chriſto credentis, quæ fornicata in Idolis, ipſis renuncians, & diabolo; cùm peccata abluerit, & acceperit remiſſionem, dicit ſe nihil mali feciſſe.* Cæterùm extremam hanc allegoriam iucundiùs conducit D. Ambroſ. ſerm. 30. de eleemoſyna. *De hac*, inquit,
179 ſcilicet de anima per baptiſmum abluta) *dixiſſe*
Ambroſ. *Salomonem puto, eiuſmodi eſt iniqua via mulieris meretricis, quæ cum ſe ablueritnihil ſe dicit feciſſe prauum, quod de hac planè dictum eſt, quæ poſtea quàm fonte abluta eſt Saluatoris, delictorum vitia non meminit, virtutem prædicationis aſſumit; & viua aqua abſtergens maculas ſuas ad euangelizandum, non conſcientia peccati retrahitur, ſed fidei calore compellitur. Nihil enim ſe dicit feciſſe prauitatis dum ſit nuncia veritatis, & obliuione abnegat* A *impudicitiam, dùm deuotione prædicat caſtitatem: hæc enim virtus eſt Chriſti Domini, vt peccator, qui eius vnda ſe lauerit, denuò in virginem reparatus non meminerit ante quod fecerit, rediuiua natiuitatè infantiæ innocentiam præ ſe ferat, ſitque virgo fide Chriſti, qui fuerat adulter corruptione peccati.* Hactenus Ambroſius.

Sed ad litteralem ſenſum gradum faciens Ianſen. prioris clauſulæ ſententiam ſic conformandam eſſe dicit. *Tria ſunt difficilia mihi* captu. ſ. atque intellectu; imò quatuor ſunt, quæ penitus ignoro: Vel ad hunc modum, tria, quatuorve ſunt, quæ mente conſequi non poſſum. Sed tamen hæc interpretatio pugnat cum Vulgata lectione, quæ planè tria cum quarto confert, & 180
B quartum omnino præfert. Itaque ait. *Tria ſunt difficilia mihi.* Heb. *abſcondita*. quæ ſcilicet ita me latent, vt ea conſequi me poſſe deſperem; *ſed quartum penitus ignoro*, quia captum hominis omnino ſuperat: hæc ſunt.

*Viam aquilæ in cælo*, &c. Prima expoſitio eſt Caiet. atque Hebræorum, qui cùm extrema verba ſic legant. *Et viam viri in adoleſcentula*, nomenque *Ghalmah*, non ſolum virginem, ſed etiam corruptam fœminam ſignificare exiſtiment, non admodum pudicè ſic exponunt. Quemadmodum aquila, ſerpens, nauis nullum ſui veſtigium relinquunt in âere vel in petra, vel in aquis, ſic etiam qui mulierem iam corruptam compreſſit, nihil relinquit ex quo concubitus dignoſci poſſit h oc
C ſibi vult illud *& via viri in muliere vel in adoleſcentula.* Extrema verò ſententia in hunc ſenſum ſponte allici poteſt. *Talis eſt via mulieris adulteræ.* q. d. eiuſmodi eſt impudica conuerſatio adulteræ, in qua nulla adulterij nota relinquitur, atque adeò poſtquàm ſcelus admiſit ſuum, facilè diſſimulat, & lota, vel perfricta fronte innocentiam præ ſe fert. Et quidem iuxta hunc ſenſum, vt ſententia hæc ad mores ſpectet, dicimus Salomonem ſuadere viris, vt vxores ſuas cautè obſeruent, difficilior enim eſt cuſtodia mulieris nuptæ, quàm virginis. Nam virgo ipſa ſibi cauet, quia ſcelus eius latere non poteſt: at nupta audacter illud admittit, quia facilè tegi poſſe confidit: ſic ſane poteſt Hebr. expoſitio condiri, quàm ipſi ſatis inſulſè non tam reddunt, quàm effutiunt. Sed tamen quia, vt ſupra dixi, vox illa *Ghalmah*, virginem tantummodò innuptam ſignificat, audiendi non ſunt.
Caiet.

Secundam, igitur expoſitionem tradit Ianſen. qui lectionem illam amplexus, *& via viri in adoleſcentula*, ac per hanc puellam innubam, & virginem accipiens, aliter ſenſum conformat. Exiſtimat enim hæc verba reſpondere illi generationi. Ianſen. 181
2. de qua ſupra ſcripſerat, *generatio quæ munda ſibi videtur, & non eſt lota è ſordibus ſuis*, nimirum eſt generatio quædam quæ cum impura ſit, atque impudica, tamen pudicitiam, & illibatam quandam puritatem præ ſe fert, hæc autem eſt virgo conſtuprata ſui copiam faciens & coniugata adulterũ
E admittens, vtraque enim facinus ſuum, tegere ac diſſimulare contendit. Itaque ait, ſicut in âere, petra, & aqua nullas itineris ſui expreſſas notas dimittunt aquila, ſerpens, atque nauis: ſic etiam viri ad virginem ingreſſus nullum veſtigiũm apparere ſolet propter nimium ſtudium celandi id, quod ſine capitis periculo euulgari non poteſt. Subditque *talis eſt via mulieris adulteræ*, &c. quaſi dicat, huic per omnia ſimilis eſt aditus ad adulteram, cuius diſcrimen æquale eſt, atque adeò illius celandi non minor cura exiſtit.

Ianſen. putat hæc verba iuxta hunc ſenſum aduerſus eos pronunciata, qui peccata ſua fateri abnuunt: hinc virginibus ſtuprum diſſimulantibus, vel nuptis adulterium celare volentibus ſimiles ſunt. Ad quam ſententiam propiùs accedit Eliphàx apud Iob. cap. 5. vbi ad hypocritam ſcelera
Iob. 5. ſua ex diſſimulatione quadam tegentem ſic ait. ***Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, vterus eius præparat dolos.*** Ducitur enim ſimilitudo à puella innupta: quemadmodum enim hæc cum ex ſtupro concepit, tumorem vteri faſciis arctioribus comprimit, & partum ſimiliter abſcōdit, ne ignominia illius prodatur: ad eundem modum hypocrita, liceat ſic dicere, animum concepto dolore grauidum, & prægnantem, & ipſam ſceleris perpetrationem, quaſi ignominioſum quemdam partum celare, atque diſſimulare contendit. Cæterum eius ſcelera diutiùs latere non poſſunt: ſicut enim virginis impudentiam vteri tumor, ac partus denique prodit, ita etiam hominis hypocritæ malitiam conceptam ipſa ſceleris adornatio, & perpetratio manifeſtat.

182 Sed licet hæc non ineptè dicta ſint, ego tamen exiſtimo Salomonis mentem eò ferri, vt ſuadeat parentibus filias innubas cautiùs obſeruare, & viris item vxores diligentius cuſtodire, quia vtraque tam adultera, quàm conſtuprata, ſuam intemperantiam tegere conſueuerunt. Ad hanc interpretationem proximè accedit tertia aliquorum recentiorum, qui lectionem illam amplexi. Et ***viam viri in adoleſcentula***, vel in adoleſcentulam (ſæpe enim in ſcriptura præpoſitio ***in*** regit ablatiuum, & ſenſus nihilominus eſt caſus accuſandi) addunt, tres illas priores vias aquilæ, colubri, & nauis difficiles captu, ad cæcum iuuenis amorem notandum aſcitas eſſe, qui virginem clauſam, & in penetralibus abditam decipere contendit. Quaſi dicat, Rem prorſus arduam, atque difficilem tentat impurus ille iuuenis, qui ad virginem clauſam, & obſeratam ingredi vult, & in qua nullas notas, aut veſtigia ſui relinquere oportet: aliter enim ſibi, atque virgini maximum periculum creat. Itaque ***viam aquilæ in aëre, colubri in petra, & nauis in aqua*** illum imitari oportet, vt quemadmodum hæc nullam itineris ſui ſignificationem relinquunt, non aliter ille viam ſuam celet, ac diſſimulet. Huic autem ſenſui optimè inſeruit extrema clauſula. ***Talis eſt via mulieris adulteræ***, id eſt, ad adulteram (quaſi dicat;) non minus arduum eſt nuptam fœminam adire, quæ adulterium diſſimulare artificiosè norit. Vtrumque enim difficile eſt adulteris viam ſuam, vt oportet, tegere, & fœminas nanciſci, quæ ſcelus diſſimulanter occultare ſciant. Hoc ſibi vult illud, ***Quæ tergens os ſuum dicit, non ſum operata malum.*** Itaque Salomon ſecundum hanc expoſitionem, ab adulterio, & ſtupro homines deterrere vult ob nimiam difficultatem, quia hæc crimina, vt oportet, tegere admodum difficile eſt: retecta autem, ac prodita, vitam, & ſalutem in maximum diſcrimen adducunt.

183 Cæterum ſi cum his legamus, ***Viam viri in adoleſcentulam***, ſubeſt quarta interpretatio non inepta, ſuadens parentibus filias virgines diligentius obſeruare, & maritis vxores cautius occludere: ad hunc modum puellam virginem, & innuptam ab ſtupratore defendere difficile eſt: nam vir ad ipſam ingredi cupidè exoptans, aquilæ, ſerpentis, atque nauis viam imitari ſolet, quæ omnia leniſſimè, ac ſine ſtrepitu aliquo feruntur. ***Quartum***, inquit, ***penitus ignoro.*** Sed quid eſt illud, cuius tanta ignoratio Salomonem tenet? ***Viam viri in adoleſcentulam.*** quaſi dicat, Viri ad virginem aditus, tam lenis, mollis, & occultus eſt, vt facilius viam aquilæ aëra ſcindentis, & colubri per nudam petram proſerpentis, & nauis maria ſulcantis lenes illapſus me dignoſcere, & aſſequi poſſe ſperem, quàm viri ingreſſum ad virginem; cum ille viam ſuam latere omnino voluerit, & eadem eſt ratio de adultero, qui ad maritatam diſſimulandi peritam ingreditur, &c. Sed tamen licet hæ expoſitiones non inelegantes ſint, quia verò à Vulgata lectione abhorrent, aut eas refellere, aut certè parum illis deferre oportet. Ex noſtris P. Gaſpar 184
Sanctius in cap. 7. Iſaiæ, num. 29. duas alias interpretationes accommodat. *Gaſpar Sanctius.* Prima, quæ in aliarum ordine eſt, ſic habet. Purus eſt aër atque integer, quia ſi volatu aquilæ ſcinditur, illicò partes illius commiſſæ coëunt, & volueris veſtigia delentur: idem in mari accidit cum à naui ſulcatur, & in petra cum ſuper illam coluber ſerpit: hæc enim nullas notas aut ſigna nauis tranſeuntis, aut colubri proſerpentis ſeruant. Ad eundem modum in virgine pura, & illibata nullum virilis operæ veſtigium eſt. Hæc ille, quæ mihi non ſatis idonea videntur, niſi fortè referantur ad mentem virginis (luculentius dico) niſi accipiantur de virginitate mentis non corporis, ita vt ſenſus ſit; Sicut in aëre, in mari, & in petra nullas ſui notas impreſſas relinquunt tum Aquila, tum nauis, tum ſerpens, ita etiam ***via viri in adoleſcentula***, id eſt, in virgine illibata, & pura, cogitatio, affectus, aut memoria viri nulla ſui veſtigia miſſa facit, ſed illicò hæc omnia deleta fluunt. Sexta interpretatio, & noſtri Gaſparis ſecunda ſic habet. Quemadmodum in aëre, in aqua, & in petra, nulla apparet ſemita gradientium aut tranantium: ita etiam ad virginem abſconditam, & cautè à ſuis parentibus cuſtoditam, nullæ ſunt ad ipſam iuuenum petulantium viæ: id eſt, nulli concurſus, aut occurſus. Sed tamen in hac etiam expoſitione neſcio quid deſiderare mihi videor; nam vt ſimilitudines illæ aptè cadant non demendum iter viri, ſed illius notæ ac veſtigia. Rurſus non ſatis cohæret cum ſequenti verſu. ***Sic & via mulieris adulteræ***, &c. Quapropter ſi præfatæ lectioni aliquid deferre oportet, præferenda me iudice, quarta interpretatio ſupra adſcripta venio ad Vulgatæ ſententiam.

185 Quinta igitur interpretatio Vulgatæ lectionis ſic habet ***Tria ſunt difficilia mihi***, ſed quartum reliqua difficultate ſuperat, id autem eſt, ***Via viri in adoleſcētia***, propter inſtabilem, ac mobilem naturam eius ætatis; quaſi dicat, difficile eſt, imò planè impoſſibile, viam aquilæ aëra tranantis, & colubri per nudam petram labentis, ac nauis per liquidas aquas ruentis dignoſcere, ac certò deſtinare; ſed longè difficilius eſt adoleſcentis mores, & ingenium aſſequi, & aſſignare propter eius ætatis inſtabilem conditionem. Lactantius diuin. inſtit. libr. 7. ***In adoleſcentibus***, inquit, ***mobilia ſunt ingenia.*** Et Virgil. ait. *Lactant.* *Virgilius.*

***Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.***

De hac iuniorum mobilitate plura Ariſt. libr. 8. *Ariſtot.* Et hic cap. 3. ex qua colligit nullum ſatis certum iudicium in ea ætate de illorum ingenio, ac moribus ferri poſſe: quò ſpectat etiam carmen Homericum à Plutarcho citatum ex Iliade γ ***Semper autem iuniorum virorum mentes pendent***, id eſt, in ancipiti quodam æquilibrio ſunt, vt in hanc, vel in illam partem flectant. *Plutarch.* Sed vt conſtet quàm aptè ſecundùm hanc expoſitionem iuuenis conuer-

ſatio,& mores cum via aquilæ in aëre, colubri in
petra,nauis in aqua componantur, ſingula ad hũc
modum accommodare opus eſt. Primo dicendum
eſt,ſapientiam,conſilium, & omnem illuſtriorem
cognitionem, & doctrinam, quam cum aquila
conferre licet,per eam ætatem, tamquàm per li-
quidum aërem ferri,ita vt in illa nullum ſui veſti-
gium dimittat, prudentiam, quam ſerpens aſtu
ſuo adumbrare ſolet per eandem ætatem, tam-
quàm per ſaxum moueri,ita vt nullas ſui notas ei-
dem imprimat: virtutem denique omnem per
eam ætatem, tamquàm nauem in mari velocius
labi,ita vt nullum in illa ſignum exprimat. Qui-
bus ſimilitudinibus ſignificatur nihil boni iunio- B
rum moribus affigi, nullamque virtutem in ipſis
ad habitum perduci, ſed omnia per lubricam il-
lam ætatem labi,& excurrere. Sed tamen hæc in-
terpretatio ex eo difficilis eſt, quia cum ſequenti
ſententia conſui non poteſt. *Talis via mulieris
adulteræ*,&c.

186 Octaua expoſitio expendit verbum originale,
quod ſubeſt illi voci *viri*, & *via viri*, &c. nempe
גבר *Geber*,qui virum planè robuſtum,& fortem &
ætate prouectum ſonat. Deinde obſeruat Salomo-
nem tres illas vias non ideò tantùm difficiles ap-
pellaſſe,quia non licet illas dignoſcere,& adnota-
re,ſed etiam quia per ſe mirabiles valde ſunt; ſic
*Ambroſ.* legit Ambroſ. vbi ſupra, *Tria ſunt mirabilia mihi.*
Quid.n. admiratione digniùs,quàm aquilam præ- C
grandem,alarum remigio per tenuem aërem li-
brari,& ſerpentem teretem, & apedem mira ve-
locitate per terram ſerpere, eundemque aliquan-
do accliues,& arduos ſcopulos nullis pedibus,aut
manibus ſuffultum aſcendere: ac denique, one-
rariam nauem ſupra liquidas maris vndas ferri.
Hæc tria valdè admirabilia ſunt,inquit Salomon;
ſed illud admirationem omnem ſuperat facile,*via*
גבר.i.*viri* robuſti,& prouecti *in adoleſcentia*:con-
uerſatio nimirum ac mores maturi, quales virum
decent,in præcoci iuuenis ætate: & quidem hoc
quartum miraculum non ſolum per ſe admiratio-
ne dignum eſt, ſed etiam quidquid eſt in tribus
aliis mirabile, in ſe exprimit: iuuenis enim affe-
ctionum pondus,quod eam ætatem præcipuè gra- D
uat,in liquido,ac prætenui adoleſcentiæ conſilio
tanquam in aëre ſuſpendens,ac continens, *aquila*
eſt per aëris plagas graue corpus librans. Adoleſ-
cens carens quidem ea prudentia,quam experien-
tia,& rerum periculum parit,& nihilominus pru-
denter,& cautè agens,*coluber* vtique eſt, teres, &
apes per terram currens, imò ſcopulos ſcandens.
Denique iuuenis perturbationes, atque turbas
eius ætatis(quæ maximæ ſunt) iam tunc ratione
peruincens *nauis* eſt, quæ rationis gubernaculo
acta tumentes maris vndas proterit, & in portum
appellit. Sed tamen hæc interpretatio difficulta-
tem continet cum ſuperiori communem. Nam E
cum ſequenti illo verſu necti non poteſt. *Talis eſt
via mulieris adulteræ*,&c.

187 Quapropter nonam expoſitionem ſubſcribam,
quæ mihi ante alias probatur, de ætatis videlicet
veloci decurſu ad hunc modum,*via viri in adoleſ-
centia.* Quaſi dicat: Aquila per aëris leuiſſimam
regionem velociſſimè fertur, ſerpens per terram
leniſſimè labitur, nauis per aquas maris molliſſi-
mè ſimul, atque ocyſſimè ruit: ſed tamen longè
velociùs,ac leniùs vir ex adoleſcentia ad alias æta-
tes fertur,labitur, ruit. Et quidem cum aliæ ætates
fluant,& decurrant,adoleſcentia magis quodam-
modò fluit,ac decurrit,quia iuuenis quid ſibi tem-
poris abeat non ſatis attendit, atque adeò iuuen-

A tus inopinantem illum,& quaſi aliud agentem fu-
git. Integra verò ſententia ſic conformari debet.
*Tria ſunt difficilia mihi*, quia videlicet labuntur,
& fugiunt, & nullum ſui veſtigium relinquunt,
*ſed quartum penitus ignoro*, hoc eſt *viam viri in a-
doleſcentia*, quæ velocius quidem pertranſit, &
poſtquàm pertranſierit antiquæ pulcritudinis, e-
legantiæ,ac roboris nihil reliquum facit. Et qui-
dem ætatis lapſum tribus illis ſimilitudinibus op-
timè notari nemini dubium eſſe poteſt. Primam
quidem, & tertiam attigit auctor Sapientiæ 5.
*Tranſierunt omnia illa tanquàm nauis,quæ pertran-* *Sap. 5.*
*ſit fluctuantem aquam,cuius cum præterierit non eſt
veſtigium inuenire; neque ſemitam carinæ illius in*
B *fluctibus. Aut tanquàm auis,quæ tranſuolat in aë-
re,cuius nullum inuenitur argumentum itineris, ſed
tantùm ſonitus alarum verberans leuem ventum, &
ſcindens per vim itineris aërem:commotis alis tranſ-
uolauit,& poſt hoc nullum ſignum inuenitur itineris
illius.* Et Iob. 9. *Dies mei velociores fuerunt curſore;* *Iob. 9.*
*fugerunt,& non viderunt bonum,ac tranſierunt,ſi-
cut naues poma portantes, & ſicut aquila volans ad
eſcam.* Illam præterea nauis ſimilitudinem non in-
elegantem ad ætatum velocem lapſum conuertit
Seneca in epiſtola 109. his verbis. *Quemadmodum* *Seneca.*
*nauigantibus terræ,vrbeſque recedunt: ſic rapidiſſi-* 188
*mi temporis curſu primùm pueritiam abſcondimus:
deinde adoleſcentiam, demùm ſenectutem.* Sed au-
C diendus eſt Chryſoſtomus,qui eas ætates diſſimi- *Chryſoſt.*
les cum diuerſis pelagi ſinibus componit,per quos
homo nauis ad inſtar velociſſimè ex vna in aliam
fertur,Hom. 84. in Matth. *Pelagus*,inquit,*eſt longè
latéque protenſum hæc vita, & quemadmodum in
mari vniuerſo ſinus diuerſi aliis atque aliis tempe-
ſtatibus commouentur,præcipuè velut Ægæum ven-
tis exaſperatur, Tyrrhenum verò fretum propter an-
guſtias, Charibdis autem, quæ eſt Lybiam verſus,
propter ſtagna,ſyrtes,& breuia, Pontus magnitudi-
ne fluctuum atque impetu,Hiſpanicus Oceanus,quia
inuius, carentia portuum, & locorum ignorantia
difficilis nauigantibus eſt. Sic, & in vita noſtra
fieri videmus:Nam primùm in ea pelagus pueritia:
puerum quippe videre licet in quadam ætatis condi-*
D *tione,quæ multis procellis iactatur, tùm quia mens
imbecilla eſt,tùm quia nulla firmitate adhuc robor a-
tur,ſed huc, atque illuc flectitur: quapropter pæda-
gogos illi, & magiſtros præficimus, vt defectus natu-
ræ diligentia ſuppleat: ſicut in nauigando guberna-
toris artificio maris aſperitas ſuperatur. Adoleſcen-
tium fluctus pueritiæ ſuccedunt, qui vehementius,ſi-
cut Ægæum mare,concupiſcentiæ ventis exagitatur;
quæ quidem ætas potiſſimum correctione deſtituitur,
non ſolùm quia maioribus turbationum fluctibus cæ-
ditur: verum etiam,quia pædagogus tunc, & magi-
ſter ſubtrahitur. Quapropter cùm maiori turbine
venti ſpirent, & rationis gubernator ſit imbecillior,
nulluſque alius tutor adſit,conſidera tempeſtatis ma-*
E *gnitudinem. Virilis ætas tertium locum occupauit,
quam rerum omnium diſpenſatio maxima vrget,
quando vxoris nuptiæ,procreatio prolis, familiæ gu-
bernatio, & in mentem plurimæ curæ veniunt*, &c.
Hanc verò ſimilitudinem,quam tanta verborum
vbertate perſequutus eſt;ſic denique abſoluit. *Si* 189
*igitur vnamquamque ætatis partem cum naufragiis
peragamus,quomodo hanc vitam tranſibimus? Nam
ſi nihil ſinceri,atque integri in prima ætate didiceri-
mus,ſi iuuenes modeſtè non vixerimus,nec auaritiam
viri ſuperauerimus, per omnes has ætates, aut ſinus
velociſſimè vecti,quaſi in ſentinam quamdam vitæ,
in ſenectutem ſcilicet intrantes, victa iam tempeſta-
tibus anima nauicula, fatiſcentibus compaginibus,*

*deferemur*

*deferemur tandem in illum portum, non ſpirituales merces, ſed luti, ac ſordium plurimum deportantes.* Hactenus Chryſoſtomus, quibus vitæ celerem curſum, & ſingularum partium fluctus turbulentos copioſè admodùm deſcribit.

Gregor. Accedat etiam D. Gregor. lib. 6. epiſt. 26. *Vita,* inquit, *noſtra nauiganti ſimilis eſt, is qui nauigat ſiue ſtat, ſiue iacet, vadit tamen, quia impulſu nauis ducitur: ita & nos ſumus, qui ſiue vigilantes, ſiue dormientes, ſiue tacentes, ſiue loquentes per momenta temporum ad finem quotidie ducimur.* Et Agapitus

Agapit. Diaconus in expoſitione Capitulorum admonitoriorum ſic habet. *Nauis per mare commeantis imitatur tranſitum compendioſa præſentis vitæ conditio, quæ ſanè nos nautas fallens ſuos cunctanti raptos curſu tandem ad ſuum cuiuſque exitum perducit.*

190 Alteram verò aquilæ volantis viam abeuntis vitæ ſimilitudinem tenere nemo ambigit: rationem autem obtulit locuples autor; Quia reliquæ aues non rectà volatus regunt, ſed tam ſurſum, quàm deorſum obliqueque per quoſdam anfractus mouentur: Aquila verò ſurſum quidem rectà fertur, & cùm deorſum volatum flectit, iaculi ad inſtar, recto impetu ruit: præſertim cùm ad prædam captandam ſeſe deponit, Hinc eſt illud. *Sicut aquila feſtinans ad eſcam.* Iob. 9. & Abacuc. 1. *Equites eius de longè venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum.* Ad eundem modum de vita noſtra decernere licet, hæc enim non obliquè, & per anfractus temporis labentis curſum eludens, ſed rectà cum ipſomet tempore, aquilæ in morem, velociſſimè fluit.

Iob. 9.
Abacuc. 1.

Denique ſecunda illa ſerpentis labentis via vitæ ſimilitudinem optimè gerit. Nam temporis fluentis lapſum per ſerpentem adumbrari conſtantiſſimum apud veteres fuit: apud Chaldæos ſerpens in orbem glomeratus, & caudam ſuam mordicùs tenens, anni ſymbolum præbebat: idem verò longus, & per mollem, ac lubricam herbam ruens, vitæ in delitiis actæ lubricum etiam curſum ſignificabat: lege Horum in ſerpente: quod ad virentem vernantemque iuuentam referre licet, per quam ad eundem modum leuiter ſimul, ac velociter vita fluit, ſicut ſerpens per herbas conterit terram. Et quidem noſter interpres ſignatè tranſtulit *ſuper terram*, & non ſuper *petram.* Hanc verò expoſitionem propterea reliquis anteponendam eſſe reor, quia ſequens verſus illi ſubſeruit.

191 *Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit, non ſum operata malum:* hæc verba, *quæ comedit, & tergens os ſuum dicit,* ad obſcænam quandam ſignificationem conuertunt, Hebræi, parum elegantem metaphoram commenti. Sed tamen quis obſcænam adeò expoſitionem non repudiet, quam aliis non indoctis viris placuiſſe admiror. Ego quidem ſi verba hæc metaphoricè capiantur ad impudentiam adulteræ referenda eſſe dicerem, vt ſupra in prima huius loci expoſitione adſcripſi ad hunc modum; *quæ comedit, & tergit os ſuum,* id eſt, ſicut is, qui interdictas ſibi eſcas comedit, vt ſe comediſſe per diſſimulationem tegat, eluit, ac detergit os; ſic etiam hæc impudica, & adultera fœmina poſt illicitum concubitum eluit os ſuum, id eſt, faciem ſuam & frontem perfricat, & mirabili quadam impudentiâ perinde ſe gerit ac ſi nihil vnquàm mali admiſiſſet. Itaque *tergere*, aut *lauare os*, iuxta hanc expoſitionem nihil aliud eſt, quàm frontem fricare, & verecundiam eluere.



Sed his dimiſſis mens Salom. ſic habet *Talis via mulieris adulteræ.* Sept. *Via meretricis.* Hæc enim duo in ſcriptura viciſſim permutari ſolent, nimirum ſimiles per omnia ſunt *via meretricis,* & *via viri in adoleſcentia.* Nam ſicut vir ab adoleſcentia ad ſenectutem tranſit, ita vt præteritæ formæ, elegantia, ac roboris ne veſtigia quidem remaneant; ſic etiam meretrix tandem aliquando ſeneſcit, adeò vt antiquæ pulchritudinis, & venuſtatis, quæ pridem tantoperè placebat, nullæ notæ reliquæ ſint. Illa verò extrema verba, *Quæ comedit, & tergens os ſuum dicit, non ſum operata malum,* deſcriptionem quandam continent meretricis ab illius impudentia, vt nuper dixi, quaſi dicat. Ad eundem modum meretrix ad aniles annos concita tendit, meretrix, inquam, illa impudens, quæ frontem perfricuit, & pudorem omnem excuſſit. 192

Quamuis aliter etiam dici poſſit, hæc ſcilicet verba extrema ad meretricis cultum referri hoc modo. *Quæ comedit; & tergit os ſuum* .i. quæ ad excolẽdam formam delitioſè comedit, & faciem ſuam pigmentis curat. Inter alia enim quibus pulchritudo fœminarum curari ſolet, numerantur etiam delicatiores epulæ. Heſter ſecundo mulieribus, quæ in gynecæo ad futuras nuptias formam colebant *partes decernebantur,* id eſt, ciborum lautiorum certa menſura. Et Ezechiel. 16. vbi Deus Hieruſalem more ſponſæ elegantiſſimo cultu ad nuptias adornat, inter alia ſic ferit. *Ornata es auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus; ſimilam & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis.* Rurſus illud *tergens os ſuum,* perinde eſt ac ſi dicat, faciem ſuam vnguentis, aut medicamentis nitidam reddit. Nam verbum *tergo* ad formæ cultum ſignificandum ſæpiùs aſciſcitur. Plautus in Penul.

Heſter 2.
Ezech. 16.
Plautus.

*Numquam ceſſauimus induſtria*
*Arabæ lauari atque fricari, tergi, & ornarier.*
Et infra.
*Lauantur, terguntur, poliuntur.*

Ergo ſẽſus erit. *Talis eſt via mulieris adulteræ,* &c. Ad eundem modum meretrix abiecto decore, & venuſtate, in deformem ſenectutis maciem tranſit, quantũuis delicatioribus epulis, aliiſque pigmentis faciem medicari, detergere, ac nitorem illi comparare ſtudioſè curet. Imò potiùs ipſa faciei cura, & medicatio, rugas, & ſenectam præcocem fœminis afferre conſueuit, ſic enim experientia comparatum eſt. Ad hunc ſenſum vocari debet lectio Septuag. *Talis via mulieris meretricis, quæ cùm ſit lota, nihil ſe dicit feciſſe abſurdum,* id eſt, cũ ſe ablueri, hoc etiam ad formæ curam pertinet. Terent. in Heaut. *Atque illa, ſi iam lauerit, mihi nuntia,* id eſt, vtrum iam faciem excoluerit, & in Trucul. *Viſe illam, atque opperire ibi; iam exibit, lauabit,* & alibi paſſim. Hinc *lautitia.* Itaque ſenſus eſt, ſic meretrix culta, & elegans, in rugas, & ſenectam ocyus abit, quantumuis id medicamentis, & pigmentis faciei diſſimulare, & obtegere contendat. 193

Vt autem intelligas vim illius extremæ clauſulæ. *Nihil ſe dicit feciſſe abſurdum,* nec non illud Vulgatæ lectionis, *Dicit non ſum operata malum.* Animaduertere oportet Salomonem hîc agere de iuuene intemperanti, ac de meretrice: nam vtraque venus ſcilicet, atque laſciuia, præcocem ſenectam adducit. Quid enim certius, quàm corpus ex nimia venere intabeſcere, ac ſenium citius contrahere? hac de re aliàs non ſemel dixi, vide ſu-

pra cap. 5. verſu 11. De his ergo dicit minori velocitate aquilam per aërem in prædam labi, & nauem per aquas ruere, ac colubrum per æquabilem, & herbeſcentem terram ſerpere nullas itineris ſui notas relinquentes, quàm adoleſcens intemperans, & mulier impudica in ſenium (vt ita dicam) ſerpunt, labuntur, ruunt, nullis priſtinæ elegantiæ, & venuſtatis veſtigiis derelictis. Itaque licet iuuenis intemperans, & meretrix impudica ſuam intemperantiam, & impudentiam diſſimulare, & obtegere velint, macies ipſa corporis, & totius formæ, ac pulchritudinis iactura, quæ ex veneris vſu illis accidit, id ſtatim prodit, quamuis pigmentis, & medicaminibus illa ſe virginem incolumi, & indeleta formâ mentiatur.

194 Ad extremum ſubiicio decimam expoſitionem D. Ambroſij, quæ mihi etiam valdè probatur. *Ambroſ.* Hic ergo in ſermone de obitu Valentini Imperatoris ſic ſcribit. *Magnum eſt quidem abſtinere à vitiis iuuentutis, vel ea in ipſo iuuentutis veſtibulo derelinquere, atque ad ſaniora conuerti: lubricæ enim & perplexæ ſunt viæ iuuentutis. Vnde Salomon ait, Tria mihi impoſsibilia ſunt intelligere, veſtigia aquilæ volantis, & vias ſerpentis in petra, & ſemitas nauis nauigantis, & vias viri in iuuentute.* Ex quibus verbis talis ſenſus elicitur, iuniorum ſtudia, & cupiditates in vitia pronæ, atque labiles ſunt, & vix remeandi, & virtutis, honeſtatiſque repetendæ ſpem aliquam relinquunt. Nam ſicut aquilæ, nauis, atque ſerpentis, per aërem, aquam, & petram viæ lubricæ ſunt, nullumque ſui veſtigium relinquunt, per quod identidem redire, & ad poſteriora recurrere liceat; ſic etiam ſtudia iuuenum in malum omne procliuia, & lubrica: vbi autem in vitia prolapſa ſunt nullum lapſus ſui veſtigium dimittunt, per quod regredi poſſint: hoc eſt, nullam ex lapſu ſuo ſpem honeſtatis repetendæ relinquit. Quid enim aliud iuuenis gloriæ cupiditate elatus, niſi aquila ſublime volans? Quid adoleſcens terrena, & caduca bona impenſè appetens, niſi coluber per terram ſerpens? Quid denique iuuenis delitiis, ac voluptatibus diffluens, niſi nauis per aquas ruens? Quoties autem hic per omnes iſtas vitiorum differentias prolabitur, & iiſdem aſſueſcit? nullum ſane veſtigium, aut notam relinquit, ex qua illum tandem aliquando meliora, & ſaniora conſilia repetiturum ſperari, aut diuinari poſſit; tanta enim eſt, nec minor vitiorum vis, cùm ab adoleſcentia in alias ætates influunt. Et quidem appoſitè ad hæc ſubdit. *Talis eſt via mulieris adulteræ,* &c. id eſt, per omnia ſimilis eſt viuendi ratio, quam adultera, ſeu meretrix ſectatur, in qua vix vlla futuræ reſipiſcentiæ ſpes reliqua eſt: præſertim quia tanta eſſe ſolet eius impudentia, vt perfrictâ fronte affirmare audeat ſe nihil mali, aut abſurdi præſtare, vel quia proſtitutionem ſuam licitam putat, vel quia eius malitiam non ſatis agnoſcit.

195 Sed ad hanc expoſitionem, quæ literalis eſt, & reliquas facilè ſuperat, libet adiungere aliam, atque aliam myſticam eiuſdem Ambroſij in libr. de *Ambroſ.* Salomon. cap. 2. vbi locum iſtum de Chriſto Domino vberius exponit. *Quaſi verò ſit facilè, vt ſuſpenſa aquila in altum, celeri elatione pennarum plauſus ſui, & lapſus veſtigia manifeſta conſtituat, aut viam ſignet in vacuo, & lineam ſui volatus figat in liquido. Aquilam in hoc loco Chriſtum Dominum debemus accipere. Et ſi enim poſt paſsionem, & reſurrectionem ſuam præſentibus Apoſtolis Dominus noſter aſcendit in cælum, tamen cuius hominis tam al-*A *tus ſenſus, & tantus eſt, vt explicare poſsit, quomodo illa tanta maieſtas de cælo, aut venire dignata fuerit aut redire; cùm hoc ſolùm nobis ſcire liceat, quod aut venit aut rediit. Quis enim cognoſcere poteſt quemadmodùm Verbum in Virginem venit, vt repentè conceperit, vt tam fœlicem fœtum partus Virginalis effunderet, vt hominem Deus indueret, quem totus mundus non poteſt, nec ſufferre, nec capere? id eſt, quod Salomon ait: veſtigia aquilæ volantis, id eſt, Chriſti Domini aduenientis ad terram, redeuntis ad cælos veſtigia comprehendi, enarrarique non poſſe,* Hæc de aquilinis veſtigiis.

De ſerpente autem ſic fatur. *Dixi iam quod ſinuoſis labens membris nitidus ac volubilis coluber,* 196 *tractibus ſuis veſtigium aliquod in petra, quia res eſt dura, non faciat; indicium enim Monſtri huius non* B *niſi molli ſignatur in puluere. Hanc petram Chriſtum Dominum noſtrum eſſe ambigere non debemus, ſerpens autem ex ipſo nomine quod ſit callidior omnium* *Gen. 3.* *beſtiarum, quæ ſunt ſuper terram, apparet quod eſt diabolus, qui ideò ſerpens dicitur, quod occultè ſerpat, & quod ſenſus hominis tenuiter illabendo pertentat. Hic ergo in corpore hominis, quod omnipotens Dominus induerat, nulla malitiæ ſuæ potuit imprimere veſtigia, quamuis illud auſus fuerit ſæpè tentare.*

Rurſus de via nauis in medio mari ad hunc modum ſerit Ambroſius. 197 *Nauem ad aque Eccleſiam debemus accipere in ſalo mundi huius conſtitutam, quæ crebris ventorum flatibus, id eſt, tentationum* C *plagis ac verberibus fatigatur, quam turbidi fluctus, id eſt, huius ſæculi poteſtas conatur ad ſaxa perducere: quæ, & ſi vndarum fluctibus ſæpè vexatur; numquam tamen poteſt ſuſtinere naufragium, quia in arbore eius, id eſt in cruce, Chriſtus erigitur. In puppi Pater reſidet gubernator: Proram Paracletus ſeruat Spiritus. Hanc per anguſta huius mundi freta duodeni in portum remiges ducunt, id eſt, duodecim Apoſtoli, & ſimilis numerus Prophetarum. Inde Montani antra latratu falſi carminis reſonant, qui duabus fœminis prophetiſsis Priſcilla, & Maximilla tamquàm alicuius Scyllæ rabidis ſuccinctus eſt canibus: ſed in iſta naui Eccleſiæ hanc fœliciter præterimus. Inde in Photinianam Charibdim non incidimus, inde Arium archipyratam non timemus,* &c. Et poſtquàm vada, ſyrtes, ſcopulos, & ventorum violen- D ta flabra enumerauit ad extremum ſic attexit. *Sed quod ait vias nauis nauigantis propriè ſignificat, quod in tempore perſequutionis miro in modo comprehendi omnino non poſsit, quia ſcilicet viuida per interitum, & diues per damna reddatur: quæ ob hoc multis in locis ſoli comparatur, aut lunæ quæ etſi tũditur, non mouetur, & ſi moueatur, reſurgit.* Nimirũ aut ſoli ſimilis, qui lucis detrimenta non patitur, aut lunæ, quæ licet aliquãdo decreſcat, aut deficiat paulò poſt, denuò reparatâ luce, non innouatur.

Adhuc *viam viri in adoleſcentia* ad hunc modũ 198 accommodat. *Vir iſte Chriſtus Dominus noſter eſt, hic eſt vir, cuius viæ non poſſunt agnoſci in iuuentute. Quis enim æſtimare animo poſsit quanta ille opera* E *exercuerit cùm ſecundùm hominem moraretur in terris, quæ itinera virtutum duxit, quas vias beneficiorum circa humanum genus fuerit ingreſſus.*

Denique ait. *Tales hic etiam dicit vias meretri-* 199 *cis, quæ poſtquàm abluta eſt dicit ſe nihil mali feciſſe. Meretrix iſta Eccleſiæ typus eſt aliquando in gentibus conſtituta, idolorum cultibus vitiata, quam vana ſuperſtitionis ſtupra polluerant,* &c. *hanc poſteaquam Dominus noſter Ieſus Chriſtus puro baptiſmatis fonte perfudit ablutionem criminis accepit, & nominis, poſt meretricem ſit*

*virgo, quia vni ſe deſtinauit ſponſo.* A

Iterum Ambr. eadem verba ad trutinam vocans nouam applicationem excogitauit *Nauis, ſerpentis*, & *aquilæ.* ſic enim ait. *Nam quod dixit vias nauis nauigantis ſe inuenire non poſſe, hoc non eſt ſine myſterio verbum. Nam quis inter fluctus oſtenderet, vel præſcriberet viam, qua nauis tranſierit? nauis enim in tranſitu ſuo vndas ſcindit, & illicò ſe vndæ condenſant, vt videatur quà tranſit, & non ſcitur quà tranſierit. Viſum enim habere poteſt, veſtigium non poteſt. Chriſtus eſt nauis, in quam aſcendunt omnium credentium animæ, quæ vt firmius inter fluctus euehatur, de ligno fabricatur, & ferro configitur; hoc autem eſt Chriſtus in cruce.* B *Sed dicit nauem ſine veſtigio, quia verbum Dei viuum, & efficax per aurem penetrat ad viſcera ſine læſione, & homine aſſumpto Verbum inter homines naſcitur ſine ſui diminutione, & Maria Virgo generat ſine corruptione. Tranſit ergo nauis per mare, & nulla in vndis veſtigia remanent, quia venit Chriſtus de cœlo, aure concipitur, vtero portatur, & talis virgo Maria remanſit, poſtquam peperit, qualis antequam Verbum aure conceperit, & vtero geſtauerit.*

200 Iterùm de ſerpente ſic addit. *Deinde profitetur ſe non videre ſemitas ſerpentis ſuper petram. Commune eſt, & omnibus hominibus patet, quod æſtatis tempore, cùm terra ſoluitur in puluerem, de latibulo ſuo egreſſus ſerpens impreſſione corporis* C *ſui in terra corrupta poteſt deſignare ſemitam, ſed cùm ad petram peruenerit non facit in lapide, quod fecit in puluere. Sic & ipſe diabolus in ipſis natalibus mundi inuenit corruptibilem terram Adam, & Euam libenter audientem, quæ eis loquutus eſt, fecit in auribus ſemitam, fecit & in pedibus, quibus interdictum fuerat iter ad arborem, fecit in manibus, à quibus contrectata ſunt poma, fecit in lateribus, dum ab eis, non vt fuerant conceſſæ, celebratæ ſunt nuptiæ, venit denique inde ad patrem quod eſt Chriſtus (talis enim factus fuerat Adam ex limo, qualis Chriſtus eſt vtero Virginis) vidit hominis ſimilitudinem, ſed coopertam corpore cognoſcere non potuit maieſtatem, potuit & ipſum tentandum aggredi; ſed Chriſtus non obtemperauit, ſed diaboli verba contempſit, ideò ſerpens in petra* D *veſtigium non fecit.*

Et rurſus ad Aquilam rediens hæc adſcribit, *Aquila intelligitur Chriſtus, qui volatu ſuo deſcendit ad terras, quod animalis genus non nutritur, niſi primum caſtitas comprobetur matris, vt apertis oculis abſque palpitatione totum aſpiciat ſolem, hoc enim animal comparatur Saluatori, quod cùm aliquid rapere voluerit, non veſtigiis obambulat terras, ſed excelſum eligit locum; ſic & Chriſtus altâ cruce ſuſpenſus tonanti ſtrepitu, & terribili volatu impetum ad inferos fecit, ſanctoſque rapiens ad ſuperna remeauit.*

Denique de viis viri, & meretricis nihil noui attexit, E ſed per *virum*, Chriſtum, per *meretricem*, Eccleſiam intelligit, quæ baptiſmo abluta, & renata, depoſitis ſordibus virgo fit, atque viro illi Chriſto Domino copulatur.

XXI. *Per tria mouetur terra; & quartum non poteſt ſuſtinere.*

XXII. *Per ſeruum cùm regnauerit, per ſtultum cùm ſaturatus fuerit pane.*

XXIII. *Per odioſam mulierem, cùm in matrimonium fuerit aſſumpta, & per ancillam, cùm fuerit hæres dominæ ſuæ.*

PEr tria mouetur terra, &c. Hebr. *Sub tribus tremit terra, & ſub quarto non poteſt ſufferre.* Sept. *Per tria concutitur terra, quartum autem non poteſt ſufferre.* Symmach. *Quatuor autem non poteſt ferre* Chald. concinit cum noſtra Vulgata.

*Per ſeruum*, &c. Noſtræ lectionis, Hebraïcæ, Chaldaicæque omnimoda concordia eſt. Septuaginta in eo ſolùm à reliquis diſſident, quod tertium, quartumque permutant; nam ſeruam dominæ hæredem tertio loco numerant, & nuptam illam faſtuoſam, & infenſam viro ſuo, in quartum locum differunt: ſic enim ad verbum habent. *Si famulus regnet, & imprudens ſaturatus fuerit cibis; ſi famula eiecerit ſuam ipſius dominam: & odibilis mulier ſortita fuerit virum bonum.*

De huius quaternarij quarto loco adſcripti 201 ſenſu non eodem modo decernunt interpretes. Aliqui enim omnes has ſententias ænigmaticas, aut ænigmatis ſimiles eſſe, & ſub alicuius allegoriæ cortice myſtici etiam ſenſus nucleum contineri cenſent, atque adeò hæc verba, quemadmodum aliorum quaternionum, non vt ſonant, ſed allegoricè captant. Alij ſonum ſequuntur: hinc varietas interpretationum, quas iam ſubnecto. Prima eſt multorum, qui rationis, appetituſque pugnas his metaphoricis locutionibus notari docent ad hunc modum. *Per tria mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere*, id eſt, tria, vel quatuor ſunt, quæ turbas, & contentiones maximas in mundo excitant; at intra hominem vnum aliquid eſt, quod illa quatuor imitatur, & parui huius mundi anguſtias concutit, ſcilicet appetitus rationi imperans. Nam primò appetitus cùm tale imperium adeptus eſt, ſeruus regnans meritò dicitur, hoc ſibi vult illud, per *ſeruum cum regnauerit.* Conſtat enim appetitum ex natura ſua ad obediendum, & parendum rationi natum fuiſſe, tanquàm ſeruum domino ſuo. Tullius in ſecunda de Officiis. *Cicero.* *Efficiendum eſt vt appetitus rationi obediat, eamque neque præcurrat, neque ob pigritiam, aut ignauiam deſerat.* Hæc ſunt ſerui ſequacis officia, hanc ſententiam ex Tullio libauit D. Ambroſ. libr. I. Officiorum cap. 47. vbi ſic habet. *Appetitus lege naturæ ipſius rationi ſubiectus eſt, & obedit ei: vnde boni ſpeculatoris eſt ita prætendere animo, vt appetitus neque præcurrat rationem, neque deſerat, ne præcurrendo perturbet, atque excludat, eamque deſerendo deſtituat*, &c. Lege ibi plura in hanc ſententiam. Rationis verò regnum, & imperium in appetitum deſcripſit idem Tullius infra his verbis. *Cicero.* *Eſt & in animis omnium molle quoddam, demiſſum, humile, eneruatum quodammodò, & languidum, ſi nihil eſſet aliud, nihil eſſet homine deformius: ſed præſto eſt domina omnium, & regina ratio, quæ connixa per ſe, & progreſſa longius fit perfecta virtus. Hæc, vt imperet illi*

*parti animæ, quæ obedire debet videdū eſt velut vxor viro, velut ſeruo dominus, velut imperator militi, velut parens filio.* Ad hæc Tullij verba reſpicieſ Lact. (Lactant.) appetitum rationis imperium detrectantem, *Deſertorem Imperatoris ſui appellat.* lib.7.c.vltimo. Cùm verò appetitus per naturam ſeruus ſit, & ratio imperium obtineat, quotieſcumque appetitus imperium inuadit, & ratio cum reliquis animi viribus illi paret, tunc verè ſeruus regnare dicitur. Hinc Thalaſſ. (Thalaſ.) ad Paulinum Preſbyterum. *Sicut abſurdum eſt*, inquit, *ſubeſſe bonum dominum improbo ſeruo; ita & abſurdum corruptibilis corporis mancipium eſſe rationalem mentem.*

202 Addit Salomon. *Per ſtultum cùm ſaturatur pane.* Sanè appetitus ſtulta, atque bruta hominis pars, quæ cùm affatim exſatiatur, frangi, ac domari non poteſt: quod non ineleganti paſtoris, ac pecorum ſimilitudine docuit Philo Iudæus (Philo Iud.) in lib. de agricultura, vbi poſtquàm rationem cum paſtore compoſuit, ſic adnectit. *Natura vnicuique noſtrum cognatas addidit pecudes, nimirum ſenſus quinque, & inſtrumenta vocis, & genituræ, quæ multitudo tota bruto pecori comparatur: & quia numeroſa eſt iuxta naturæ legem operam ductoris neceſſariam habet. Quoties igitur imperitus regendi, ſed diues, ſeipſum præficit, plurimorum malorum cauſa fit pecori: nam ipſi neceſſaria copioſè ſuggerit; at illud in tanta copia ciborum nimia ſaturitate petulans redditur. Saturitatis en ingermana proles eſt petulantia: per eam petulantiam ſaltitant, & contempto rectore vagantur, ſoluuntque gregis ordinem. Ad eundem modum pecus ſenſuum quando intellectus ſupinè ſe gerit, & ignauiter, auidè ſaturatum copia rerum ſenſibilium ceruicem iactat, & ſubſultat impingens in omnia viſum patientia, vel quæ videre nefas eſt: auribus quoque voces recipiens inſatiabiliter*, &c. Lege ibi plura. Ex his liquet appetitum noſtrum ſtultum penitus, ac brutum eſſe, atque adeò parcè cibandum, ne ob petulantiam inſoleſcat, quod ſi affatim concupitis rebus exſaturetur, quid aliud erit, niſi *ſtultus ſaturatus pane?*

203 Subnectit Salomon. *Per odioſam mulierem cùm in matrimonium fuerit aſſumpta.* Mulierem odioſam appellat eam quæ contumax, & iracunda eſt, quæ ſi virum facilem, & mitem nacta ſit, inſoleſcit, & parere cùm debeat, imperat. Sic Septuaginta. Et *odibilis mulier ſi ſortita fuerit virum bonū.* Huic ſimilis eſt appetitio, & concupiſcentia, quæ rationi, & conſilio quodammodò, velut coniux viro, in matrimonium data eſt. Hæc igitur concupiſcentia ſi rationem nimis fácilem, & ad eam cōtinendam inermem experta fuerit, inſolentiùs agit, & coniugij legem violans cùm more vxoris ſubeſſe, ac parere deberet, viri ad inſtar, imperare contendit. Philo Iudæus (Philo Iud.) in lib de mundi opificio ſic ſcribit. *Cæterum voluptas* (hanc enim per ſerpentem notari autumat) *ſuas præſtigias, ac fraudes viro non audet admoliri, ſed fœminæ, & per hanc illi, idque admodùm appoſitè, & efficaciter. In nobis .n. quaſi vir eſt mens, ſenſus quaſi fœmina: ſerpens ergo prius appellat, pertētatque ſenſum, per quem id, quod principale eſt, hoc eſt, mentem illicit.* Sed quid inde? ſubiicit. *Ratio porrò ineſcata ex Regina ſubdita: & ſerua ex Domina: & exul ex ciue, & mortalis fit ex immortali.* Hæc ille appoſitè ad hanc ſuperiorem ſimilitudinem. Ex Philone ſententiam eandem libauit Ambroſius in lib. de Paradiſo, ſed luculentiſſimè eandem tradit D. Cyrillus Alexand. (Cyrillus Alexand.) in libr. 1. de adoratione, vbi Adamum cum ratione, Euam cum appetitione & concupiſcentia pulchrè componit. Hæc igitur concupiſcentia ſimilis eſt vxori odioſæ, id eſt, quæ virum ſuum odio habet, & eidem odibilis eſt. Quemadmodum ergo inter virum, & vxorem, quæ mutuò odio in ſe inuicem ardent, aſſiduæ diſcordiæ, contentiones, & iurgia verſantur; ſic etiam inter rationem, & concupiſcentiam ſemper inteſtina, & domeſtica iurgia ſunt. Et quidem ea odia, quæ inter virum, & vxorem intercedere ſolent ex vtriuſque inæqualitate, & diſſimilitudine cum primis oriri conſueuerunt: inæqualitas autem in nobilitate, & diuitiis conſiſtit; diſſimilitudo in moribus. Quid autem magis inæquale quàm ratio, & concupiſcentia? hæc terrena degener, imò congener brutis: illa verò ſpiritualis, generoſa, & Angelos ipſos cognatione attingens: hæc pauper omnino & indiga; illa diues, & opulenta: huius mores aliquando rigidi, iracundi, nonnumquam molles, & effœminati, aliquando faſtuoſi, & ſuperbi, nonnumquam humiles, & depreſſi, quæ non coniugi ſuo ſolùm, ſed ſibi etiam ſemper diſſimilis eſt; at rationis mores ſeueri, & graues cum ſuauitate coniuncti. Ergo in tanta morum diſſimilitudine, & conditionis inæqualitate, nulla poteſt eſſe conſenſio. Hinc liquet quantam oportet eſſe rationis conſtantiam, & robur ad concupiſcentiæ motus frænandos, & coërcendos: ſi enim hæc rationem parùm robuſtam, & vegetam experiatur, ſic ſe habet erga illam, ſicut vxor contumax erga virum imbellem ac mollem.

Denique addit Salomon. *Per ancillam cùm fuerit hæres dominæ ſuæ.* 204 Vim huius extremæ clauſulæ expreſſerunt Sept. *Si famula eiecerit ſuam ipſius dominam.* Si nimirum propria, & legitimâ vxore pulſa, & repudiatâ, ancilla ipſius locum, & honorem teneat, hæc ſanè altera rationis, & concupiſcentiæ inordinata perturbatio. Finge tibi rationem, & concupiſcentiam vnicuique homini à Deo inditas: rationem quidem, vt legitimæ adinſtar coniugis domi præſideat, imperet, & in honore ſit: concupiſcentiam verò, vt rationi ancillæ, ſeu pediſequæ cuiuſdam in morem pareat. Sed tamen apud intemperantiſſimos homines deordinatis, ac perturbatis rebus ſæpè accidit, vt ancilla, hoc eſt concupiſcentia, vxori legitimæ, rationi videlicet, dicto repudio, eidem loco, & honori ſuccedat. Quid certius? Hoc igitur Salomon inter præcipuas interioris noſtræ domus perturbationes ponit. Hac de re ſatis eleganter luſit Philo Hebræus (Philo.) de Abraham Patriarcha, ſuper hiſtoria Saræ, & Agar ancillæ eius, hanc cupiditati comparans, illam verò virtuti, atque menti. Sed pende ancillæ inſolentiam, cùm primùm ad illam ingreſſus eſt Abraham, dominam ſuam Saram aſpernari, & deſpectui habere cœpit. *At illa concepiſſe ſe videns, deſpexit dominam ſuam.* Propterea Sara ad Abraham eiuſmodi querelas dedit. *Inique agis contra me; Ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quod conceperit, deſpectui me habet.* Hæc ſunt virtutis, & rationis detrimenta; quoties enim cupiditati locum facit, & hominem illi ſociari, & adiungi ſuadet, ſtatim ancillæ ſuæ in ſe contumaces ſpiritus ſuſtinere cogitur; Sed vide iuſti decretum. *Cui reſpondit Abraham; Ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea, vt libet.* Quid inde? *Affligente igitur eam Sarai fugam iniit:* eadem cupiditas à ratione ſuſtinere cogenda eſt, vt in fugam ſeſe det, & rationi locum relinquat. Cæterùm hæc expoſitio mihi non ſatis probatur, pergo ad alias.

Secunda expoſitio totum locum allegoricè 205

explicat de Prælatis, ac Principibus ad hunc modum. *Per tria mouetur terra.* i. impellitur, ac nutat reſpublica, *& quartum non poteſt ſuſtinere,* id eſt, tria ſcilicet illam concutiunt, *quartum* omnino ipſam euertit. *Per ſeruum cùm regnauerit,* nimirum per Principem, qui ſuarum cupiditatum ſeruus eſt, hic enim rempublicam continere, & iuſtè administrare non poteſt. Auguſt. Audi Auguſt. de Ciuitate lib. 4. cap. 3. *Proinde iuſtus etiamſi ſeruiat liber eſt; malus autem etiam ſi regnet, ſeruus eſt, nec vnius domini, ſed quod g… ius eſt, tot dominorum, quot vitiorum, de quibus vitiis cùm ageret Scriptura diuina, A quo enim,* inquit, *quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt.* Gregor. Accedit Gregor. in lib. 26. Moral. qui contrariam huic ſententiam calculo ſuo confirmat. *Summus locus bene regitur, cùm is, qui præeſt, vitiis potius, quàm ſubditis dominatur.* Seneca. Audiendus item Seneca Tragædia ſecunda.

*Regem non faciunt opes,*
*Non veſtis Tyriæ color,*
*Non frontis nota regiæ.*
*Non auro nitidæ trabes.*
*Rex eſt qui poſuit metus,*
*Et diri mala pectoris.* (.·.)
*Quem non ambitio impotens,*
*Et numquàm ſtabilis fauor*
*Vulgi præcipitis mouet.*
*Quem non lancea militis,*
*Non strictus domuit Chalybs,*
*Qui tuto poſitus loco*
*Infra ſe videt omnia.*
*Occurritque ſuo lubens* (.·.)
*Fato, nec queritur mori:*
*Rex eſt, qui metuit nihil,*
*Hoc regnum ſibi quiſque dat:*
*Non capit regnum duos.*
*Habere regnum caſus eſt,*
*Virtus dare.*

206 Ægidius. At cur, inquies, ad bonam regni adminiſtrationem tantoperè facit regem ſui ipſius, (vt ita dicam) potentem eſſe. Ægidius de regimine Principis ſic occurrit. *Quia Principis officium ac munus eſt ita regnum gubernare, ac præſidere, ſicut corpori præſidet anima, qui autem ſic ſe gerit, vt in ipſo animus iaceat; corpus autem principetur, præſtantiſſimo optimæ adminiſtrationis exemplari caret, & tyrannidis exemplum præstò habet: Nam e rporis in animum principatus tyrannis eſt, atque tyrannidis exemplar.* Sed tamen præcipua, remque totam, & cauſam continens ratio illa eſt, quam ex Auguſt. loco citato petere licet: Quia Imperium omne, omniſque publica adminiſtratio ad id demùm referenda eſt, quod in Rege regnat, ipſumque moderatur. Nam quod Regem ipſum regit, eiuſque voluntatem impellit, id ſanè quaſi à fortiori regnum gubernat. Si ergo ratio, & virtus, cuius eſt omnia ſapienter, & iuſtè conſtituere, in Rege imperat, regnum vtique ratio, & virtus regit. Si autem è conuerſo cupiditas, & vitia in Principe imperium teneant, illumque ſibi ipſis mancipent, cupiditas vtique ac vitia regnum gubernant. Ratio-
Plutarch. nem alteram obtulit Plutarchus in Moral. *Ad imperitum ducem. Oportet,* inquit, *vt quemadmodum amuſſis cùm planè recta, & minime peruerſa fabricata eſt, reliqua quibus admouetur, & applicatur, dirigit. Similiter quoque Principem vbi primùm didicerit imperare ſibi ipſi, & animum ſuum rectè inſtituerit, & mores habuerit benè compoſitos, ita demum ſubditos regere. Neque enim cadentis eſt currere, aut incompoſiti componere, aut parere neſcij eſt imperare.* 207

Addit Salomon. *Per ſtultum cùm ſaturatus fuerit pane.* Hæc eſt altera Imperij ſubuerſio, ſcilicet Principis *ſtultitia.* Nam ſtultitia accedente poteſtate, & rerum omnium copia, effrenatè bacchatur, ac maximis Imperiis ruinam parat. Itaque *ſtultus ſatur panibus eſt* Princeps opulentus, prædiues, atque vecors. Fruſtrâ hîc demonſtrare aggrediar quantùm ad euertendas reſpublicas poſſit vecordia, & amentia cum principatu, & copiis coniuncta. Quemadmodum enim Rex ſapiens regni ſtabilimentum eſt; ſic etiam Princeps inſipiens eiuſdem ſubuerſio, & demolitio. Rationem obtulit D. Thom in opuſculo D. Thom. de regimine Principis, libr. 1. cap. 7. quia poteſtas, & imperium per ſe iracundos, & ad vltionem procliues Principes reddit: ſi autem accedat ſtultitia, & amentia, temerarios eoſdem, ſæuos, atque truculentos efficit.

Subdit Salomon. *Per odioſam mulierem cùm in matrimonium fuerit aſſumpta.* Hæc verba ad rempublicam, Communitatem, aut Eccleſiam ſpectant, quam ſibi quodammodò Princeps, vel Prælatus ſociat, & in ſponſam aſſumit. De Epiſcopi, & Eccleſiæ coniugio multa Patres. Regis autem, atque Reipublicæ nuptias latè deſcribit Ægidius vbi ſupra. Ergo locus iſte incuſat perſtringitque eas Reſpublicas, quæ aduerſus bonos, & legitimos Principes concitantur; eas verò ſimiles eſſe dicit vxoribus, quæ viros ſuos inuiſos habent: ſicut enim hæ alios adamare, atque illis ſuccumbere ſolent: ſic etiam iſtiuſmodi Reſpublicæ alios Principes optant, atque illis ſponte ſe dedunt. Vel aliter, Principes ipſos arguit, qui in Reſpublicas ſibi creditas, tamquàm in vxores ſibi ingratas, & inuiſas ſeuerius agunt. Quia ſicut mariti erga vxores immites ac ſæui eas adulteras reddunt; ſic etiam Principes in Rempublicam crudeles, ac truces, eandem infidelem, ac ſui ipſius proditricem faciunt. Quid certius?

Denique abſoluit Salomon. *Et per ancillam cùm fuerit hæres dominæ ſuæ.* Hæc verba difficilius Imperiis, ac præfecturis accommodari poſſe videntur, tamen ſic comminiſci licet: nimirum Reipublicæ duas eſſe factiones, bonorum alteram, alteramque malorum. Erga bonorum factionem ſuaues, ac mites eſſe debent Principis mores, hanc amantiſſimæ vxoris loco ducere, ſibi proximè adiungere, ac eius operâ vti debet. Erga impiorum factionem ſeuerum, atque immitem eſſe oportet; eam ſ. quaſi cõtumacem, & rebellem quandam ancillã coërcens, ſupplicioque, ac pœnis ſibi mancipans, & priori illi bonorum factioni ſubiectam eſſe iubens. *Tunc ergo ancilla fit hæres dominæ ſuæ*, vel vt Septuaginta conuertunt, *famula eiicit dominam ſuam*, cùm Princeps improbos ciues ſibi adiungit, & bonorum claſſe repudiata, malorum turbam ſibi copulat, eiſque poteſtatem in bonos permittit. Sed quid inde? ſicut ancilla, quam dominus adamare incipit, heram ſuam deſpicit, ac pro nihilo habet, ſic etiam malorum turba bonos quoſque deſpectos ducit, atque illis acrius inſultat. 208

Sed licet duæ interpretationes adſcriptæ ineptæ non ſint, imò ex eo præferendæ videantur, quod allegoriis locum faciunt, vt quaternarius hic cum reliquis cohæreat, qui allegoricas etiam ſententias continent, nihilominus tamen communis interpretum conſenſus verborum ſonum amplectitur, & locum iſtum de publica, & domeſtica adminiſtratione ediſſerit, de his ſcilicet rebus

quæ tàm politiam, quàm œconomiam perturbare ſolent. Itaque ait. *Per tria mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere.* Tria ſcilicet ſunt, quæ in rebus publicis turbationes, & ſeditiones excitant, ſed quartum ipſas penitus euertit. Sic vulgò interpretes. Ego verò per ſimilitudinem exponendam eſſe exiſtimo, aliter .n. ſenſus illius cum ſequentibus non concinit, conſtat .n. duas poſteriores ſententias huius quaternarij non ad reſpublicas, ſed ad priuatas domos ſpectare, atque adeò non ſunt ex his, quæ terram vniuerſam commouent. Senſus ergo per ſimilitudinem ad hunc modum conformandus eſt. *Per tria mouetur terra*, &c. i. tria ſunt, quæ ad eum modum publicos cœtus,
209 & domeſticas familias exturbant, & commouent, quemadmodum cùm tellus ex tremore aliquo impellitur, ac nutat. Et quidem valde appoſita eſt præfata ſimilitudo: nam terræ motus, vt docet Philoſophus, accidit ex aëre, qui intra viſcera terræ contentus tellurem impellit, vt ſuperiorem locum ſibi naturalem captet. Rurſus alio modo, ex quorundam Philoſophorum ſententia, terræ tremor, aut trepidatio accidit: nam tota, inquiunt, tellus è centro ſuo educitur, atque dum illud iterum comparare admititur tota contremit. Ita fert illorum ſententia, qui terræ motum trepidationi dedunt. Vtraque autem terræ commotio eos motus, & turbationes, quæ rebus publicis, vel familiis ex quatuor illis capitibus euenire ſolent, optimè adumbrat; nihil enim ſuperbum magis ac faſtu plenum quàm ſeruus, qui regnum adeptus eſt, nam humilis, ac degener hominum conditio ita fert, vt poteſtate auctâ ſupra menſuram omnem turgeat. Quemadmodum ergo cùm aqua, vel corpus aliud, quod intra terræ viſcera naturaliter ſubſidebat, in aërem ſoluitur, atque adeò erumpere, & ad ſuperiora ferri contendit, terram concutit: ad eundem modum ſeruus tumens, qui ex conditione ſua infra omnes ciues eſt, ſi fortè (liceat ſic dicere) in aërem vertatur, & ex leuitate animi ſui ad ſuperiora adſpiret, dùm emergere, & ſuperiorem locum tenere vult, totas reſpublicas commouet, & nutare facit. Et idem decernendum eſt de ſtulto, qui conditione etiam ſuâ ſapientibus ſubiacere natus eſt, hunc enim naturâ ſeruum Philoſophus vocat; aque adeò cùm in aërem ſolutus emergere, & ad regnum euehi contendit, totas latè impellit reſpublicas. Eodem modo de vxore dicendum eſt, quæ ex conditione ſua marito ad nutum parere debet, & de ancilla, cui proprium eſt matri familias ſubeſſe, & ipſius imperia exequi: Nam ſicut corpus illud intra telluris ſpecus naturaliter ſubſidens ſtatim atque in leues auras ſolutum eſt, ſubeſſe quodammodo detrectans magno impetu erumpit, ſuperiorem locum captat, terramque ipſam eo motu impellit: ſic etiam vxor ſuperba, & faſtu tumens, viro ſuo ſubeſſe, ac parere abnuens, imò ipſum ſibi ſubſternere, & ſubdere volens, familiam totam perturbat, & domos euertit. Idemque iudicium eſt de ancilla, quæ à patre familias adamata ſuperbit, & dominæ ſuæ imperium detrectans, ipſam ſuppeditare, ac ſibi ſubiicere contendit: hoc enim præ cæteris rebus familias exturbare, ac domos demoliri ſolet.

Aliter etiam, ſimilitudinem hanc conformare licet ad hunc modum. Aëri quidem naturale eſt ſupra terram eſſe, terræ autem aëri ſubiacere, & ſubſterni: ſicut ergo aëre intra terræ viſcera incluſo terra impellitur, & commouetur: ad eundem modùm cùm ſeruus liberis, ſtultus ſapienti,

A vxor viro, & ancilla matri familias ſubeſſe, & ad nutum obſequi debeant, ſi hi vice verſa præeſſe, & imperare, natoſque ad imperia ſibi ſubiicere, & ſubſternere velint, tàm publicarum, quàm domeſticarum rerum maximas perturbationes euenire neceſſe eſt.

Alter tremoris, ac trepidationis motus, qui terræ accidit cùm ex centro ſuo extrahitur, his quatuor rebus per ſimilitudinem accommodari non ineptè poteſt: Nam ſicut terra ex centro extracta tota contremit, ac trepidat; ſic reſpublica cùm illiberalem, ac minimè ingenuum ſtultum, vt Principem ſortitur, velut excentrica, & naturali ſuo loco mota, tota concutitur, ac nutat. Nam liberalis, & ſapiens Princeps reipublicæ pro connaturali centro eſt, in quo obfirmatur, & quieſcit, iuxta illud Sapien. 6. *Rex ſapiens ſtabilimentum populi.* Rurſus tota domus, ac domeſticæ adminiſtrationis ratio patrifamilias, velut centro cuidam innititur, & poſt hunc mater familias eandem domum veluti centrum continet. Et quidem ſi Salomon hîc de politica, & œconomica adminiſtratione verba facit, vt prædicti interpretes volunt, hæc ſententia, quemadmodum aliæ in hoc capite contentæ, aliquid obſcurum, & ænigmati ſimile coërcere non poterit, niſi prædicto modo per ſimilitudinariam iſtam accommodationem exponantur: Propterea extremam hanc expoſitionem reliquis anteponendam eſſe reor. Iuxta quam reliqua verba ſic interpretanda ſunt. 210

B Sap. 6.

C *Per ſeruum cum regnauerit.* i. Per ſeruum cùm ex ſeruili, & humili conditione ad imperium obtinendum adſpirat, quod maximarum turbarum cauſam eſſe neceſſe eſt; nam liberi omnes illius imperium iuſtè detrectant, & inde contentionum, & perturbationum infinitæ cauſæ reſultant, tùm etiam quia ſeruile hominum genus vecors omnino, ac demens, atque adeò temerarium eſt, ac ferum. quapropter eos omnes, qui ex ſeruili conditione ad magiſtratum aliquem euecti ſunt, immanes, atque crudeles eſſe conſtat. Sic Athenienſis hoſpes apud Platonem in dialogo. 6. de legibus. *Contra etiam dicitur nihil in animo ſeruiente integrum eſſe, nec quidquam ſeruorum generi eſſe demandandum, quod & ſapientiſſimus Poetarum teſtatur nobis, cùm de Ioue ſic loquitur, dimidium mentis Iupiter illis aufert, qui ſeruitutis ſorti ſubiecti ſunt.* Et 211 Plato.

D infra cum feris eoſdem componit. Quæ ergo tàm patiens, ac recti tenax erit Reſpublica quæ tàm demens, ac ferum imperium perferre poſſit? Hinc ergo ſeditiones, & bella. Denique aliter per *ſeruum* hîc intelligere licet, non eum qui ex genere, & conditione ſua talis eſt, ſed eum, qui naturâ ipsâ ſeruus ad obedientiam natus. Ariſtoteles enim Polit. libr. cap. 4. duplex ſeruitutis genus ſtatuit, aliud ex conditione ac lege, aliud ex natura: & duplicem etiam libertatem, ſeu nobilitatem eſſe decernit, alteram ex genere, & ex natura alteram: hanc nobilitatem ſimpliciter, illam verò non ſimpliciter eſſe dicit, ac de his omnibus ſic ſcribit. *Alia eſt ſimpliciter nobilitas, alia non ſimpliciter, vt Theodecti Helenam ex diis ab vtraque ſtirpe prognatam quiſquam appellauit ſeruam, ſcilicet ob mores ſeruiles: ſed cùm hoc aiunt nullo alio quam virtute, ac vitio definiunt ſeruos, ac liberos nobileſque, & ignobiles.* Et infra. *Quod igitur hæc dubitatio habet rationem quandam, & quod ſunt alij natura ſerui, alii liberi manifeſtum eſt.* Itaque omnes vitioſos, ac improbos homines ſeruos, & naturâ ipsâ ad obſequium Ariſtot.

E

natos; probos autem liberos, & ad imperia naturali iure genitos eſſe docet Philoſophus. Ergo iuxta hanc ſeruorum differentiam locus Salomonis expēdi poteſt. Per *ſeruum cùm regnauerit*, per ſeruum, inquam, cui ſeruitus non ex genere, aut cōditione ſua, ſed ex natura ipſa contigit, hoc eſt per improbum, ac ſceleratum hominem, quē natura ad parendum produxit, ipſe verò per vim imperium inuaſit. Finge igitur tibi aliquem terræ tremorem latè omnia vaſtantem, atque vrbes demolientem, maiorem ſane, aç vehementiorem Reipublicæ concuſſionem, & ruinam efficere ſolet Princeps impius. Subdit.

212 *Per ſtultum cum ſaturatus fuerit pane*, id eſt, per inſipientem hominem, cui ſimiliter magiſtratum capeſſere, atque inde locupletari licuit. Saturitas panis in ſcriptura magnas fortunas, & rerum omnium vberem copiam ſonat. Ezech.16.49. Leuit. 25.19. Exod.16.3. & alibi. Et quidem hoc ſtultitiæ proprium eſt, quod ipſam tenuitas, & paupertas quodammodò exacuat: diuitiæ verò, & rerum copia magis, ac magis hebetet, ac perſtringat. Quid certius? Quoties ergo ſtultitia in Principe vel magiſtratu eſt, cùm ſocias ſemper habeat fortunas, & copias, magis, ac magis deſipit, atque adeò imperium illius temerarium eſt, ac præceps. Hinc turbæ, & ſeditiones, quæ maximas Reſpublicas ſubuertunt. Propterea vbique Salomon Regibus ſapientiæ ſtudium præcæteris ſuadet Sapien.6. *Si ergo delectamini ſedibus, & ſceptris, ô Reges populi, diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis.* Et infra. *Rex ſapiens ſtabilimentum populi.* Quapropter ſicut Princeps ſapientia præditus conſtantiam, & immobilitatem Reipublicæ affert: Ita etiam ex aduerſo inſipiens ac ſtolidus eandem magnopere commouet. Hæc ad Rempublicam; reliqua ad vnam tantùm familiam ſpectant.

Ezech.16. Leuit.25. Exod.16. Sap.6.

213 *Per mulierem odioſam cùm in matrimonium aſſumpta fuerit*, id eſt, per vxorem, quæ odio habet virum ſuum, & ipſi parere detrectat. Nihil enim æquè familias perturbat, ac diſtrahit; ſicut vxoris viro ſuo obſequi abnuentis difficiles mores. Nec enim terra inſanis motibus agitata tàm vehementes nutationes habet, quantas familia illa, quam vxor viro infenſa regit. Chryſoſtomus Homilia quarta in Epiſtolam ad Titum. *Præcipuum, inquit, eſt illud domeſticæ pacis, ac bonorum omnium fundamentum, ſi vxor viro conſentiens ſit. Principibus namque pacatis, quis iā pacem diuidere poſſit, atque diſcindere? Quemadmodum è cōntra his inuicem diſſentientibus nihil ſalubre eſſe poterit, totaque ſimul nutabit familia.* Quantum verò inter concordes, ac diſcordes coniuges interſit, docet Nazianz. in oratione de laude Virginitatis.

Chryſoſt. Nazian.

*Nam ſi concordes animis iuſtiſque coirent*
*Iure thori leuius ſulcarent æquora vitæ,*
*Nimirum duplici vento impellente carinam.*
*At cùm diſcordes tædarum fœdera iungunt,*
*Immanis labor eſt: dolor hic præcordia rodit,*
*Omnia diſſidiis flagrant, pax exulat omnis,*
*Concutiturque domus, res atque domeſtica nutat.*

Quid illuſtrius?

214 Quid plura? *Et per ancillam, cùm fuerit hæres dominæ ſuæ.* Vel, vt habent Septuaginta, *Per famulam cùm eiecerit Dominam ſuam.* Cùm ſcilicet hera ſuo loco, & dignitate pulſa in amplexus domini ſui ſe inſinuauerit. Hoc enim ante alia domeſticæ concordiæ vinculum ſoluit, totamque familiam concitat. Rationem obtulit D. Ambroſ. de Abraham lib. 1. cap. 4. ibi expendens illa verba, quibus Sara expoſtulat cum viro ſuo Abraham ob ſuperbiam, quâ ipſam Agar ancilla iam inde à partu Iſmaelis deſpectui habebat. *At illa concepiſſe ſe videns deſpexit dominam ſuam, dixitque Sarai ad Abraham, Iniquè agis coram me. Ego dedi ancillam meã in ſinum tuū quæ videns, quod conceperit, deſpectui me habet.* Sic attexit. *Accipite etiam illud, quod eiuſmodi intemperantia ſoluit Charitatem coniugii, ſuperbas ancillas facit, iracundas matronas, diſcordes coniuges, concubinas procaces, inuerecundos maritos.* Et infra ad trutinam vocans verba illa. *Et afflixit eam Sara, & fugit a facie eius*, ad hunc modum ſerit Ambroſius. *Duo ſunt, quæ comprehendit ſcriptura, vt dominæ grauem indignationem exprimeret, & ancillæ tumorem, ac ſuperbiam; quod affligit eam Sara ad iracundiam affligentis refertur: quod Agar fugit, contumeliam ſeruilis patientiæ non ferebat. Quæ ſibi herile cōtubernii vendicabat faſtigiū, indignata eſt iniuriam, quæ induerat inſolentiam.* Et poſt pauca ſic addit Ambr. *Non placuit Angelo ancillæ inſolentia, & ideò dixit illi, Reuertere ad dominam tuam, & vt oſtenderet, quia tanquam ſuperba fugiebat, ne ſubiecta eſſet dominæ, addidit, Et humiliare ſub manibus eius. Opto igitur, vt in hoc vitiū nullus incidat, ſed ſi quis inciderit, diſcat ancillam ſuam humiliare vxori ſuæ, ne dum vult ancillam vindicare, excludat vxorem.* Id autem eſt, quod Salomon deteſtatur in hoc loco dicens. *Et famula cùm eiecerit dominam ſuam*, id eſt, cum loco illius occupato eam ſuperbè excluſerit. Et quidem de quarto iſto incommodo ſic Salomon. *Et quartum non poteſt ſuſtinere*, quod aliqui ſic accipiunt, Quarta hæc mali ſpecies poſtulat, vt tellus dehiſcat, & vtrumq; ancillam, dominumque ad ima deuoluat; ſed non placet, exiſtimo. n. verba hæc ad eum modum exponenda eſſe, quo priora ſupra explicuimus per ſimilitudinem quandam, quaſi dicat. Quartum illud incōmodum perinde familiam exturbat, & cōmouet, ſicut tellus cum vehementi tremore agitatur. Et quemadmodum tellus contremiſcens ædificia ſuſtinere non poteſt, ſed ex motu collapſa ruunt: ſic etiam cùm damnū hoc graſſatur magnæ familiæ domeſticis motibus, & perturbationibus concuſſæ concidūt. Sed quid mirum cùm (teſte Ambroſio) eiuſmodi malum, *Ancillas ſuperbas, matronas iracundas, & maritos inuerecundos reddat.*

Ambroſ. Gen.21.

---

*XXIV. Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus.*

*XXV. Formicæ, populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi.*

*XXVI. Lepuſculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum.*

*XXVII. Regem locuſta non habet, & egreditur per turmas ſuas.*

*XXVIII. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regum.*

*QVatuor ſunt minima terræ*, &c. Heb. *quatuor ipſa minima terræ, & ipſa ſapientia ſapienter edocta.* Pagnin. autem extrema verba ſic extulit. *Et ipſa perinde ſapiunt, ac ſi ſapientiam eſ-* 215

A *ſeni edocta.* Caiet. *Et ipſa ſapientia effecta ſapien-*
*tia.* i. per ſapientiam non ſtudio comparatam, ſed
à natura ipſa inditam, vel ingenitam. Septuaginta
concinunt cum noſtra.

*Formicæ populus infirmus*, &c. Heb. *Formicæ po-*
*pulus non fortis, & præparauerunt in æſtate panem*
*ſuum.* Sept. *Formicæ, quibus non eſt fortitudo, &*
*præparant vere cibũ ſuum.* In Originibus eſt לאעז
*Loghaz*, à radice *Gharaz*, quæ vox non ſolùm *ro-*
*buſtum* ſonat, ſed etiam *præſtantem*, aut *generoſum.*
Itaq; licet conuertere. *Formicæ populus ignobilis,*
*aut non generoſus.*

*Lepuſculus plebs inualida*, &c. Heb. שפנים *Se-*
*phanim*, de cuius vocis ſignificatione non idem
B iudicium ferunt interpretes: alii *Erinacios* vertũt,
*Pſ. 104.* Pſal. 104. *Petra refugiũ Sephanim.* Sept. *Erinacius*
quibus hæret Hieron. Sed vox λαγωός, quâ vſi ſunt
ibi Sept. anceps, eſt *ericium*, atque *lepuſculum* ſi-
gnificans. Plures *cuniculos* legunt, noſter *lepuſcu-*
*los* tranſtulit, per *lepuſculos* autẽ non intelligo le-
pores, ſed cuniculos, quos aliqui vulgò *lebrones*
vocitant: Nam lepores non agunt foſſas, nec in-
ter vepres degunt, ſed ſub dio lectulos ſternunt.
Ergo integer locus ex primitiuis ſic eruendus eſt.
*Lepuſculi*, aut *cuniculi plebs non robuſta, & poſue-*
*runt in petra domum ſuam.* Sept. à reliquis diſſi-
dent. *Cherogrylli gens non fortis, & fecerunt in pe-*
*tris domus ſuas.* De Cherogrylli autem natura po-
C ſtea aliquid dicam.

*Regem locuſta non habet*, &c. Heb. ad verbum.
*Rex non eſt locuſtæ, & egreditur dimidians totũ ip-*
*ſum* Caietanus, & Pagninus vertunt. *Et egreditur*
*adunata tota ipſa.* Noſter vocis originalis ſonum
dimiſit, & ſenſum tenuit, nam illud *dimidians to-*
*tum ipſum*, perinde eſt, ac ſi dicat in medias diſtri-
buta partes: hinc noſter valdè appoſitè. *Egredi-*
*tur per turmas ſuas.* Chald. *Et congregantur omnes*
*in vnum.* Septuaginta. *Sine rege eſt locuſta, & per-*
*git in acie ab vna iuſſione ordinatè.* Symmac. *Et*
*tamquàm calculus tota.* Ψηφὶς πᾶσα. pro *locuſta*
eſt. ארבה *Arbah*, ex radice *Rabah.* id eſt, multipli-
cauit, eò quod agminatim, & copia ingenti gra-
ditur.

D *Stellio manibus nititur*, &c. Pro ſtellione ſubeſt
in Originb⁹ vox שממית *Semamith.* Plures ex Rab-
binis nominis aſſonantiâ ducti conuertunt. *Simia*
*manibus nititur*, alii *araneam*, non pauci *hirundi-*
*nem.* Septuaginta. καλαϐώτην, *calabotem*, ſed de his
infra. Totus autẽ locus ex Originibus ad verbum
ſic effertur. *Aranea, vel ſimia*, &c. *in manibus tra-*
*ctabit*, alii *capiet: & ipſa in ædibus Regiis.* Chald.
*Aranea manibus tegumenta facit, & captu facilis*
*habitat in munitionibus Regum.* Theodotion. *Ma-*
*nibus capiens, tractans.*

216 Hæc verba ſub quadã perpetua allegoria, aut
ænigmate ſenſum aliquem moralem, aut myſti-
E cum claudere interpretes omnes ſentiunt. Sed ex
multis eorum interpretationibus triplex confor-
mari poteſt dicendi modus; aut. n. ſpirituales ſen-
ſus tradunt, aut iuxta literam locum iſtum de cu-
iuſcumque ſingularis hominis ſapientia, aut de
reipublicæ totius induſtria capiendum putant.
Iuxta priorem exponendi modum, Hugo Cardi-
nalis ſenſum valdè ſpiritualẽ eruit, nam per *qua-*
*tuor minima*, totidem hominum genera adumbra-
re dicit, in quibus ſapientia imprimis viget, per
*formicas* monachos notari exiſtimat; per *le-*
*puſculos* doctores ſacros, per *locuſtas* Anachore-
tas, per *ſtelliones* ſimplices Chriſtianos. Singulorũ
*Beda.* autem non inelegantes accõmodationes ex ipſo
excipi poſſunt. Beda integrũ locum Eccleſiæ tra-

A dit, & pleraq; verba ex Gregor. Magno decerpit. *Gregor.*
Hic ergo in l. 12. Moral c. 12. de locuſtis ſic ſerit.
*Regem locuſta non habet*, &c. *Quia videlicet dere-*
*licta gentilitas aliena dudùm à diuino regimine ex-*
*titit, ſed tamen ordinata poſt modũ contra aduerſã-*
*tes ſpiritus ad fidei bellũ proceſſit.* Idẽ verò in l. 6. c.
5. de ſtellione ſic fatur, *Stellio manib⁹ nititur*, &c.
*Plerũq; enim aues, quas ad volandũ pẽna ſubleuat,*
*in vepribus reſident; & ſtellio, qui ad volatum pen-*
*nas non habet, nitẽs manibus Regis ædificium tenet.*
*Quia nimirùm ſæpè ingenioſi quique, dum negligen-*
*tia torpent, in prauis actionibus remanent, & ſim-*
*plices, quos ingenii penna non adiuuat, ad obtinen-*
*da æterni regni munia virt⁹ operationis leuat. Stel-*
B *lio ergo dùm manibus nititur in Regiis ædibus mo-*
*ratur, quia illò ſimplex per intentionem recti operis*
*peruenit, quo ingenioſus minimè aſcendit.* Gregoriũ
imitatur Salonius Viennenſis Epiſcop. in myſtica *Salon.*
explicatione Prouerb. vbi ſic addit. *Stellio illos ſi-*
*gnificat, qui tardi ſunt ingenio, & tamen quotidiano*
*ſtudio, & diligentia, manibus æternam aulam con-*
*ſcendunt, hoc eſt quamuis cum magno labore ad no-*
*titiam ſacrarum ſcripturarum perueniunt, & pene-*
*trant ſecreta cœleſtium myſteriorum.* Sed totum lo-
cum iuxta interpretationem Sept. accommodat 217
Eccleſiæ Anaſt. Nicen. quæſt. in ſcript. 46. vbi ſic *Anaſt. Nicen.*
habet. *Formicæ, quibus non ſunt vires, parant in æ-*
*ſtate alimentũ, hoc eſt gentes per fidem in Chriſtum*
C *parant ſibi vitam æternam per bona opera. Et Echi-*
*ni gens non valida fecerunt in petris domos ſuas: gẽ-*
*tes ſcilicet in ſpirituali Chriſti petra ædificatæ ſunt,*
*quæ facta eſt in caput anguli Stellio nitens manibus*
*cùm ſit captu facilis habitat in munitis palatiis Re-*
*gum: latro ſcilicet in manuũ extenſione Ieſu Chri-*
*ſti cruce nitens habitat in paradiſo trium Regũ mu-*
*nito palatio Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Re-*
*gem locuſta non habet, & vno iuſſu ordinatè profi-*
*ciſcitur ad militiam. Regem non habebunt gentes:*
*in eos enim regnum obtinebat peccatum, nunc autem*
*cùm Deo crediderunt cæleſtem ſub duce Chriſto*
*militant militiam.* Hæc ad ſpirituales ſenſus per-
tinent.

Secunda interpretatio ad literam ſpectans do- 218
D cet Salomonem his verbis bonum ciuem infor-
mare, & munera eius officiaque præſcribere. Hãc
tradunt Caiet. Rodolph. Ianſen. & alii recentio-
res: ſed non eodem modo ſingulas huius loci par-
tes accommodant. Primùm ergo illorum diſſidia
adſcribam, deinde meam ſententiam ſubſcribam.
*Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora* *Ariſt.*
*ſapientibus.* Ariſtoteles de hiſtoria animalium lib.
9. c. 7. ſic ſcribit. *Omnino ratio brutorum magnam*
*refert vitæ humanæ ſimilitudinem, magiſq; in mino-*
*ri genere, quã in maiori videris intelligẽtiæ rationẽ.*
Ergo Salomon ex his minoribus, quæ ſapientia
& aſtu reliqua maiora facilè ſuperant, quatuor
E exẽpla producit ad informandos hominis mores.
*Et ipſa*, inquit, *ſunt ſapientiora ſapientibus.* Aliqui
exiſtimant quatuor hęc animacula cum aliis item
animalibus conferri, in quibus ſapientia aliqua
viget, & magnitudine corporis præſtant. Quaſi
dicat, hæc tam parua, & exigua animacula inter
reliqua maiora animantia, quæ ſapientia pollere
exiſtimantur, prudentiæ & intelligentiæ palmam
ferunt. Reliqui comparationem cum ipſiſmet ho-
minibus initam putant, ac ſi dicat, Ipſa ſapien-
tiſſimos homines prudentiæ, atque intelligen-
tiæ vi facilè antecellunt. Sed tamen hæc diſ-
cordia leuioris momenti eſt. In Originibus
nulla eſt comparatio, vt nuper animaduerti,
ſic. n. habent. *Et ipſa ſapientia ſapienter edocta.*

i. perinde ſapiunt, ac ſi ſapientiam diuturno A ſtudio à doctoribus hauſiſſent: vel, vt habet Caiet. *Ipſa ſapientia effecta ſapientiâ.* i. ſapientiam non ſtudio collectam, ſed natiuam & genuinam habent, quæ cum ipſiſmet nata, & congenita eſt.

219 *Formicæ populus infirmus*, &c. Deſcribitur optimi ciuis officium & mores. Caiet. ergo, & Ianſen. ſingula ad hunc modum accommodãt. Formica, inquiunt, docet ciuem res ad vitam tuendã neceſſarias cõparare. Lepuſculus domum & cõmodam habitationem conſtruere. Locuſta concordiam cum reliquis ciuibus ſtatuere. Denique præferentes communi lectioni eam, quam plerique Hebræorum amplectuntur, *Simia manibus* B *nititur*, &c. addunt ab hac ſimia, quæ in aulis procerum, ac Regum magno ſemper in pretio habetur, moneri optimum ciuem, vt ad honores & Principum fauorem, gratiamque obtinendã ſtudioſè contendat. Non diſplicet. Sed vt dicam etiam quod ſentio, non admodum placet. Alii verò ſingula accommodare non curant. Sed id tantùm in vniuerſum à Salomone ſuaderi dicũt, ſcilicet, victum & totius vitæ rationem non tam viribus & lacertis, quàm prudentia & conſilio conſeruari & adminiſtrari oportere, quod quatuor iſtorum animalium exemplis comprobat, quæ, minima cùm ſint, & imbellia, per naturalem ſolertiam omnia neceſſaria ad vitam tuendam ſibi ipſis prouident. ſ. cibum, domum, locum, &c. C

220 Cæterùm ſi verba hæc de vnoquoque ciue ſpecialiter exponantur, & non de tota republica, aliter ſenſum conformandum eſſe reor. Monet quidem Salomon nullum hominem priuatum, quãuis paupertate prematur, licet vagus & aduena vbique ſit, quantumuis infirmus viribus, & conditione perquàm humilis exiſtat, animum deſpõdere, ac ſpem abiicere debere: quia ſi prudentia, & ſapientia præſto ſint, fieri poteſt, vt pauper neceſſaria ad victum copioſè paret, & vagus, ſeu aduena, domum, commodamque habitationem ſibi conſtruat, & imbellis caſtra, militiamque ſequatur, ac demùm plebeius, ac degener, honeſtiſſima reipublicæ munera obeat, & inter aulicos, ac regni proceres locum teneat. Hæc igitur Salo- D mon quatuor animalium exemplis haud difficilia eſſe euincit. Expendo ſingula. *Formicæ populus infirmus & parat in meſſe cibum ſibi.* De formica admonet Salomon pauperes, quos anguſtia rei familiaris vrget, quaſi dicat, formicæ ex ſe quidem pauperrimæ ſunt: cæterùm accommodatũ tempus nactæ, & naturali ſolertię indulgentes victũ paulatim aſportant, nec longo interuallo horrea ſua complent. Fieri ergo poteſt, vt vir tenuis, & indigentia rerum omnium preſſus, oblata occaſione, depoſita pigritia, conſilioque adhibito, nõ longo temporis interſtitio diteſcat plurimum. Et quidem eos, qui accuratam diligentiam diuitiis parandis impendere volunt, ad formicam mittit Salomon ſupra c. 7. vide multa, quæ ibi diximus, E de ſolertia huius animantis, eadem. n. in hunc locum conferre licet.

*Ariſt.* Subdit. *Lepuſculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum.* Laudat hîc Salomon lepuſculi, aut cuniculi ingenium. Concinit Ariſtotel. de hiſtoria animalium lib. 1. cap. 1. vbi ferarum diuerſas naturas percurrens ſic demùm infit. *Aliæ ſunt ingenioſæ & cautæ, vt lepores, cuniculi*, &c. Et ſanè in hoc loco lepuſculus cuniculũ ſignificat, cuius in foſſis, ſcrobibuſque ducẽdis mira induſtria eſt.

A Nam leporis nomen commune eſſe & cuniculos *Plin.* etiam complecti docet Plinius l. 8. c. 55. vbi plura ſcribit de cauernis, ac foſſis, in quibus ſe occultare, & ſubripere ſolent: & quidem ob eam cauſam Hebr. *Sephanim* שפנים dicuntur à radice *Saphan.* i. abſcondit, occultauit, quia cuneis perforatis inter petras ſeſe occulunt. Ergo Salomon hoc exẽplo docet hominem vagum, & aduenam induſtria ſua domum ad incolendum aptam ſibi facilè conſtruere poſſe. Q. d. cuniculus licet inualidus & nullo robore prǽditus vauarium ſatis amplum ad habitandum ſibi perfodit. Ergò longè melius homo induſtrius, & prudens, domum ſibi extruere poterit, ne amplius tamquàm hoſpes, & aduena, hac illac vagetur.

221 Attexit. *Regem locuſta non habet, & egreditur per turmas ſuas.* Locuſtas duce ſui generis carere docet hîc Salomon, & nihilominus cateruatim ſtipatis agminibus ad agros depopulandos conuolare. Lege hac de re vnum Plin. lib. 11. cap. 29. Illud autem obſeruare oportet in Scriptura ſacra militum manus, & phalanges locuſtarum agminibus notari, nihil. n. his magis adſimile excogitari poteſt. Iudic. 1. *Iudic. 1.* Holofernis exercitus ſic deſcribitur. *Et profectus eſt ipſe, & omnis exercitus eius cum quadrigis, & equitibus, & ſagittariis & cooperuerunt faciem terræ, ſicut locuſtæ.* Et Hierem. c. *Hier. 46.* 46. Pharaonis exercitum agros depopulantem ſic inducit. *Succiderunt ſaltum eius, ait Dominus, qui ſupputari nõ poteſt, multiplicati ſunt ſuper locuſtas, & nõ eſt eius numerus*, & paſſim alibi. Amos 7. n. 1. Nahum. 3. n. 15 & 17. Addò etiam ipſam locuſtæ ſpeciem galeati militis formã referre: propterea locuſtas galeatas dixit Columella. *Columel.* Salomõ igitur producto locuſtæ exemplo, ſuadet his, qui robore, ac lacertis carent, ne propterea deſperent & ſe ad militiam, caſtraque ſequenda imbelles putẽt, quia locuſta ſatis infirma eſt, & roboris expers: ſed nihilominus dum reliquo agmini ſe adiungit ſegetes euertit, & agros latè depopulatur: & id quidẽ facit, etiamſi ducem nullum habeat, qui agmina diſtribuat, & phalanges ordinet, &c. Multò igitur meliùs homo ratione & conſilio vigens quamlibet vires infirmas habeat, militiam, & D caſtra audacter adire poterit, futurum ſperans, vt ex illis honorem reportet, cùm præſertim ſub duce, atq; imperatore rei militaris perito bella ſemper gerat, qui conſilio ſuo, & arte omnes ſibi ſubiectos milites moderatur, & ſeruat.

222 Quid plura? *Stellio*, inquit, *manibus nititur, & moratur in ædibus regum.* Diuerſas huius loci lectiones ſupra adſcripſi: nunc autem noſtrã tranſlationem reliquis præferendam eſſe denuò affirmo. Stellio animal eſt lacertæ adſimile, ſed longè minor, lucentibus guttis, tamquàm ſtellis depictum: hinc nomen Latinum traxit: à Græcis dicitur ἀσκάλαβος, ſeu ἀσκαλαβώτης, quod nomen aliqui deriuant à voce ἄσκαλος. i. circulus, quia nimirum circulis etiam quibuſdam aureis diſtin- E ctus, ac varius eſt. Appellatur etiam ab Ariſtot. καλαβώτης, & aliquando etiam γαλαβώτης ex quo liquet Septuaginta interpretes non diſſidere à noſtro Vulgato interprete. Conſtat etiam mendum irrepſiſſe Complutenſi, Regio, aliiſque codicibus qui habent καλαμώτης genus piſcis ſatis ignobile, quod vulgò dicitur *Calamar*, in quem quadrare minimè poſſunt verba illa. *Et moratur in ædibus Regis.* Cùm ergo Vulgatus, ac Septuaginta interpretes conſpirent, eorum tranſlatio reliquis debet præ-

poni, ſuadet hoc ipſa vox Originalis *Semamith.*, שממית, à radice *Samam.* i. *admirari*, *& paueſcere*, non *aſpirare*, *& afflare*, vt alii volunt. Eſt. n. animal cum primis timidum, ædificiorum rimas, & oſtiorum cardines petens, & quidem in nouis ædificiis, atque adeò in palatiis Regum verſari conſueuit. ſic. n. docet Marcellinus. *Stelliones*, inquit, *in nouis domibus cernuntur*, *fortè hi*, *quos Romanorum vulgus tarantulas vocat*, *albas*, *innocuas*, *& puſillis lacertis ſimiles* Vulgus appellat *Salmamquiſas*: de pugna vero illius cum araneo, aliiſque huius animantis proprietatibus poſtea aliquid dicam. Hæc igitur ſtellionis exemplo degeneres & infimæ conditionis homines adhortatur, neu cadant animis, nec ad ſupremos honores adſpirare deſinant, quaſi id prorſus impoſſibile ſit. Fieri enim poteſt vt quemadmodùm ſtellio animal valdè exiguum & ignobile manibus reptans, aulæ regiæ laquearia, & faſtigia perambulat: ita etiam homo obſcurus, induſtria ac rectè geſtis ad honorum faſtigia,& Regibus proximas ſedes aſcendat.

223 Sed tamen licet præmiſſa interpretatio mihi valde probetur, aliam nihilominus ſubiiciam magis accommodatam. Loquar autem de priuato ciue, de hoc enim hactenus ſermo eſt. Cuiuslibet priuati ciuis, ſeu patris familias officia hæc ſunt: rem ſuam familiarem ſolicitè curare, & augere: filios, atque domeſticam familiam rectè educare, reipublicæ fidem præſtare, atque commune bonum propriis commodis anteferre, ac demum Principibus, ac magiſtratibus deferre. Hæc igitur quatuor optimi ciuis officia quatuor illis animantibus adumbrat Salomon. *Formica*, ait, *populus infirmus*, *qui præparat in meſſe cibum.* Diſcat ergo à formica priuatus quilibet ciuis rem ſuam induſtria curare & amplificare. Hanc curam exemplo formicæ ſupra informaui c. 6. v. 6. *Lepuſculus plebs inualida*, &c. animal hoc cumprimis fœcundum numeroſam familiam habet, cui educandæ, & alendæ aſſiduam curam impendit. Nam Ariſtoteles (*Ariſt.*) & ex eo alii docent cuniculos, ac lepores ſuperfœtare, ita vt fœminæ ſemper grauidæ ſint, & nullum ſibi ex partu faciant interuallum: addunt eos ſingulis ferè menſibus parere & ex his, quos pepererunt, nullum repudiare, ſed omnes alere & lactare, hinc perbreuis illorum vita, nam tot partubus effœtę, & continua catulorum lactatione exhauſtæ citiùs deficiunt. Sed illud maximè leporum, ac cuniculorum erga fœtus familiamque ſuam ſtudium, curamque commendat, quod illis educandis, & aſſeruandis tutiſſimas domos perfodiunt, ac foſſas nulli alteri animanti peruias agunt. Sanè hæc omnia parentis optimi curam in filiorum educatione, ac reliquis rebus ad œconomiam ſpectantibus optimè adumbrant. ItaqueSalomon patrem familias lepùſculum imitari iubet,& ab ipſo omnes œconomiæ partes addiſcere. Singula accommodare procliue eſt. Subnectit.

224 *Regem locuſta non habet*, *& egreditur per turmas ſuas.* Locuſtæ communionis ſtudioſæ ſemper cateruatim incedunt, & cùm innumerabiles hinc & inde greges coire ſoleant, nullæ inter ipſas ſimultates, nullæ ſeditiones oboriuntur, ſed omnes conſpirant, & vna feruntur: quod eò magis admirationem mo-

A uet, quia non habent Regem, aut ducem ſui generis. Ex apibus quidem, ouibus, atque aliis animantibus greges conuenire videmus, ſed ferè per communem aliquem Principem, aut ductorem grex adſtringitur, atque illo pereunte ſoluitur: at in locuſtis nullus eſt Princeps, aut dux, & tamen omnes concurrunt, & inter ſe ordinem, concordiam & pacem ſeruant. Salomon ergo exemplo locuſtarum ſuadet priuatis ciuibus, vt communitatem adament, & erga conciues pacem, & fœdera ſeruent, publiciſque vtilitatibus numquàm deſint, quod vel ex eo maximè præſtare tenentur, quia Principes, & magiſtratus habent, communis boni, pacis, ac fœderum ſtudioſos Denique ait. *Stellio manibus nititur*, *& mo-* B *ratur in ædibus Regis*, hæc verba ſuadent ciui, vt ſuperioribus, Principibus deferat. Tradunt enim ſtelliones & *lacertulas*, vulgo *lagartizas*, conſpectis hominibus hærere, & quaſi ex admiratione conſiſtere, ſic docet Marcel. & experientia quoque ſuadet. Videas. n. (*Marcell.*) paſſim lacertulas in hominem intendere, & ab ipſo quodammodo pendere, adeò vt nutibus ſuis colere illum videantur, & nonnumquam ab ipſo ſe captari ſponte permittant. Appoſitè ad hoc Septuaginta. *Callabotes* ſeu *ſtellio innitens*, *& captu facilis*, nimirum propter eius erga hominem ſtudium & obſequium. Fortaſſe autem propter hanc admirationem, aut C ſtuporem, quæ ſtellionem ex hominis conſpectu tenere ſolet, dictus eſt Hebraicè *Semamith*, à radice *Samam*, quæ eſt *admirari*, & *obſtupeſcere* (vt nuper obſeruaui.) Ergo ab ſtellione diſcere oportet obſequium quod ſuperioribus, ac Principibus meritò impendimus. Sicut. n. ſtellio hominem admiratur, & ex illo totus pendet, ſic etiam Principes admirari, colere, & obſeruare, imò ab ipſis pendere debemus. Quid certius? Itaque ait Salomon. *Stellio manibus nititur*, &c. i. manibus proreptans ad ſumma Regum palatia contendit, atque inde ad Regum conſpectum admirabundus hæret: ad eundem modum priuatus quiſque Principum aulas D adire, atque aliis honorem, obſequiumque deferre debet. His igitur quatuor exemplis omnia optimi ciuis officia complexus eſt Salomon, ſcilicet diligentiam in augenda re familiari, in domeſtica familiæ adminiſtratione vigilantiam, & curam, fidem ergarempublicam,& obſequium erga Principes.

225 Cæterùm quamuis hæc ſatis aptè dicta videantur, nihilominus tamen in aliam ſententiam inducor, quam ſuadet mihi modus ipſe loquendi, ait. n. Salomon. *Formicæ populus infirmus*, & poſtea. *Lepuſculus plebs inualida*, ac deinde locuſtarum turmas recenſet, quæ verba ſatis innuunt non de aliquo ſingulari, & priuato ho- E mine, ſed de multitudine, ac republica ſermonem eſſe. Exiſtimo ergo his quatuor exemplis diuerſas hominum conditiones, ex quibus reſpublica coaleſcit, Salomonem complecti. Formicæ agricolas notant, lepuſculi ciues in vrbe manentes, qui ad arma capeſcenda inhabiles ſunt adſignificant: locuſtæ milites adumbrant: ſtellio magiſtratus & aulicos omnes ſignat. Itaque ait. *Formicæ populus infirmus.* Heb. *non generoſus*, vt ſupra admonui, *qui præparat in in meſſe cibum ſuum.* Eiuſmodi ſunt agricolæ, & ruſticani homines, qui labore ſuo formica-

*Plato.* rum induſtriam imitantur, quid certius? Hinc Plato in Phædone, vbi animarum tranſmigrationem fatetur, poſtquàm pronuntiauit hominum animos in ea demùm animantia tranſire, quorum vitam ipſi ſuis moribus expreſſiſſent, addit, agricolarum manes in formicas demùm abire, quia videlicet formicas labore aſſiduo imitantur. Sed de hoc labore iam inde multa diximus ſupra c. 6. v. 6.

*Lepuſculus plebs inualida*, &c. Lepuſculi inualidi, ſunt omnes illi qui ad arma tractanda idonei non ſunt, quos ſ. aut pauor aut imbecillitas domi continet, nam lepuſculi, aut cuniculi trepidationis, & pauoris ſymbolum præbent. *Valer.* Lege Valerium in lepore. Vtrumque autem exprimit vox שפן *Saphan*, quam fluere exiſtimant Hebr. ex ספן vel צפן *Tſaphan.* i. *abſcondit, occultauit*, quia nimirum animal eſt imbelle, ex metu latebras petens.

*Regem locuſta non habet*, &c. locuſtæ milites ſignificant, vt ſupra ex Scriptura ſacra obſeruaui, quorum exercitus, ordines, acies, & phalanges militiam quandam præ ſe ferunt: imo ipſarum forma galeatos milites referre docet Marcellinus. Addo etiam mores earum ipſis militibus imitandos eſſe. Illud ſanè omnibus compertum eſt Romanorum ſigna fuiſſe dracones, ac ſerpentes, tradunt etiam Carthaginenſes contra Romanos aliquando locuſtas in ſignis, atq; vexillis produxiſſe. Nimirùm vt innuerent milites ſuos pro locuſtis futuros, quæ Romanorum dracones debellare, ac *Plin.* perimere facilè poſſet. Nam locuſtas cum ſerpentibus pugnare, atque ipſos interimere docet Plin. lib. 11. ca. 89. *Serpentem*, inquit, *cùm libuit necant ſinguli faucibus eius apprehenſis mordicus.* His inducti aliqui peritiores exiſtimant Ophiomacum non alium eſſe niſi locuſtam (Ophiomachus autem interpretatur animal cum ſerpente pugnans: *Ariſt.* confirmat hoc Ariſt. qui locuſtam Scorpiomach.
226 appellat.

Denique ſubdit Salomon. *Stellio manibus nititur*, &c. hoc animal aulicos ſignificat, qui. ſ. Regum, ac Principum limina aſſiduò exterũt, vt eorum honores, & magiſtratus aucupentur, quia, vt nuper dixi, ſtelliones circa aularum fores, & forium cardines verſari conſueuerunt. Sic Plin. in eo l. 30. c. 10. *Stellio*, inquit, *eſt in locis oſtiorum, feneſtrarũq, aut in cameris, vel in ſepulcris.* Hi Principum admiratores ſunt, & tãquàm ſtelliones ex eorum aſpectu pendent. Mores autem illorũ qui honores, & magiſtratus apud Principes ambiũt, quam ſtellionibus ſimiles ſint oſtẽdere facilè eſt. Sed vt alia dimittam, ſtellio quidem ex Ariſtot. Plin. & aliis, exuit quotannis veterem tu i am & nouam induit: id autem eſt ambientium omnium ſtudium, & cupiditas, magiſtratuum infulas, & togas permutare, veteres deponere, ac nouas, & illuſtriores induere. Illud etiam quibuſdam euenire ſolet, cùm ambitio nimia excreuit, quod accidit ſtellioni, hic. n. tunicam quam depoſuit, iuxta eoſdem autores, deuorat, quod ſummæ cuidã inuidentiæ tradit Plin. cùm. n. eiuſmodi membrana cũ vino pota comitiali morbo mederi ſoleat, ne emolumentum iſtud homo percipiat, inuidũ animal cum primùm illam excuſſit, ſtatim deuorat. Huic ergo ſimiles ſunt quidã nimis ambitioſi beneficia Eccleſiaſtica, vel publica munera, & magiſtratus in ſemetipſis quodammodo ſtagnãtes, qui nouas induentes infulas, & dignitatum inſignia priſtina aliis non relinquunt, ſed deuorant, ac ſibi reſeruant. Adhæc iuris periti ſtellio-

A natum appellant criminis quandam ſpeciem per aſtum & calliditatem admiſſi, quoties aliquid dolo malo fit, vt ſi quis merces ſuppoſuerit, vel obligatas auerterit, vel corruperit, aut qualibet alia ratione impoſturam fecerit. Aliqui ergo id nominis huic crimini propterea datum volunt, quia ſtellio membranam ſuam deuorat, atque hominem eo emolumento defraudat. Sed hoc accommodatum non eſt: illud appoſitum magis, quod tradit Ariſtoteles ſtellionem araneis paſci ſolitum: quod mira quadam induſtria facit: accedit quidem proxime ad aranei latebras, & retia, quæ ad muſcas, culices & alios vermes implicandos araneus contexuit, pertẽtat leuiter: tunc ara-
B neus de more ad prædam contendit, atq; ipſe ſtellionis præda fit. Obſerua mirabilem animantis aſtum, hic. n. (ni fallor) in cauſa fuit, vt cognita ab hominib⁹ illius fraude, quidquid per aſtũ, & fraudulentiam admittitur crimen ſtellionatus appellatur. Hæc verò, ſi libet, ad aulicorum fraudes cõuertere integrum erit, inter quos ea lege plerumque viuitur, vt potentiſſimi alios minus potentes deuorent, & eorum conſilia, rationes, & petitiones diſturbent. Pergo ad alia. 227

---

C XXIX. *Tria ſunt, quæ bene gradiuntur, & quartum incedit fœliciter.*

XXX. *Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum.*

XXXI. *Gallus ſuccinctus lumbos ſuos, & aries, nec eſt Rex, qui reſiſtat ei.*

TRia ſunt, quæ bene gradiuntur, &c. Hebr. ad verbũ. *Tria ſunt inceſſum* (liceat ſic dicere) *bonificãtia, & quatuor bonificãtia iter.* Caiet. *Tria*
D *ſunt boni inceſſus, & quatuor bona deambulationis.* ſed tamen quartum legi oportere ſupra docui Sept. *Tria ſunt, quæ proſpera vadunt, & quartum quod bene incedit.* Aquila, Sym. & Theod. *Tria ſunt bonum facientia greſſum.*

*Leo fortiſſim⁹ beſtiarum*, &c. Heb. *Leo fortis, vel potẽs animalibus, & non reueretur à facie omnium.* Sept. *Catulus leonis fortior beſtiis, qui nõ auertitur, neque horret beſtiam.* Aquila, Sym. & Theod. *Qui non horret à facie cuiuſquam.*

*Gallus ſuccinctus lumbos ſuos*, &c. de vocum Originalium ſignificatione diſſidium eſt non leue inter Rabbinos: nam Hebræa tan-
E tummodò habent זרזיר מתנים *Zarzir Mathanim*, id eſt, *ſuccinctus lumbis*, de cætero diuinandum eſt quodnam animal vel arctiùs, vel elegantiùs præcinctos lumbos habeat, vt hoc nomen *antonomaſticè* ſibi ferat. Et quidem quadruplex fuit interpretũm de hac re conſilium. Primo alii ad ea referentes, quæ arctiùs præcinguntur, ac lumbos in maiores anguſtias cogunt, *apem*, aut *veſpam* conuertunt, ſic nimirum, *Et apis ſuccincta lumbos ſuos*, nam apis, atque veſpæ lumbos arctiſſimos habent: hinc fœminæ, quibus gracilis eſt exiliſque cinctura, Græcè dicuntur σφηκώδεις à voce σφὴξ. i. veſpa. Sunt etiã qui ob eandem rationem, propter lumborum ſcilicet exilitatem, ſic transferant. *Formica ſuccincta lumbos ſuos.* Se- 228

cundo alii ad robur ſpectantes *pardum* conuertunt, hoc.n. animal tenues admodùm lumbos atque in ipſis robur maximum habet. Tertio velocitati hoc tribuentes aliqui ( hanc enim lumborum arctior compreſſio ſignificare conſueuit) ſic reſtituerunt. *Aquila accincta*, &c. Vel alii. *Canis venaticus*, ſeu *lelaps ſuccinctus*, &c. Denique Vulgatus cum Sept. Interpretibus, quibus etiam hæret Chald. *Gallum* vertunt, qui lumborum anguſtias ad elegantiam & pulchritudinem mihi retuliſſe videntur. Nam gallus præ cæteris auibus erectus incedit, & veluti ſuccinctus eſſet, nihil demiſſum habet, nihil fluens, in quo maxima elegantiæ pars ſita eſt. Sed licet omnes præfati interpretes hîc gallum agnoſcant, ſed tamen non eodem modo integrum locum extulerunt. Noſter quidem habet. *Gallus ſuccinctus lumbos ſuos.* Chaldæus. *Et gallus inter gallinas ſuccinctus* Sept. *Et gallus conſcendens gallinas alacer.* Aquila, & Theod. *Et gall⁹ dorſo ſuccinctus.* Sym. concinit cum noſtro.

*Et aries* Heb. תיש *Thaiis*, alii *hircum*, alii *arietem* vertunt, ſed leuiſſimum eſt hoc diſſidium ſiue.n. caper, ſiue aries ſit, eum ſignificat, qui mitis, atque cicur eſt, reliquum gregem ductans. Septuag. ergo ſic habent. *Et hircus ducens gregem*: Chald. *Et hircus ſylueſtris, qui vadit in domum peregrinis.*

229 *Nec eſt Rex, qui reſiſtat ei.* Plures ex Hebraïzãtibus nouum quoddam animal hîc inducunt, ſic n. conuertunt *& Rex Al kum cum eo.* Hebraïcè: ומלכאלקוםעמו *Vmelech. AlcumGhamu.* Ergo qui ex *Al Kum* vnam tantùm dictionem conflant, animal intelligunt, quod reliqua omnia animantia inceſſus grauitate & maieſtate ſuperat: nimirum Alcem aut aliud aliquod: ſed hæc interpretatio nullum idoneum autorem habet. Reliqui vocem illam *AlKum*, in duas dictiones ſoluunt, nimirum in אל & קום: *Al*, quidem eſt particula negans, *Kum* autem eſt à verbo קים ex quieſcentibus Ghaiim, Vau, quod ſignificat *ſurgere ſtare*, aut *conſiſtere*, aliquando etiam actiuè ſumptum ſignificat *reſiſtere*, *repugnare*, aut *vincere*. Hinc nata lectionum magna diſſimilitudo. Caietanus habet, & *Regem non leuare cum eo.* Cuius mentem paulò poſt dabo. Alii exiſtimant voces illas *Al Kum*, ſic eſſe inter ſe conferendas, vt *Al*, ſit negans particula, & *Kum* ſit infinitiuum prefati verbi, ita vt ad verbum ſic efferri debeat. Et *Rex non inſurgere cum eo*, ſenſus autem ſit, & *Rex iniuſtus, in quem nemo inſurgere auſit.* Chaldæus ad ſignificationem ſtandi retulit hoc modo, & *Rex, qui ſtat, & loquitur in domo populi ſui.* Deſumpſit verò hanc lectionem ex Septuag. qui locum iſtum ſic extulerunt, & *Rex qui concionatur in gente.* Mitto alias lectiones minus vtiles, & ad noſtram venio.

Lyra, Ianſenius, & alii recentiores exiſtimant lectioni Vulgatæ librariorum incuria mendum irrepſiſſe, atque adeò ſic reſtituendam. *Et aries: & Rex, & non eſt qui reſiſtat ei*, vt inter quatuor illas res, quæ bene incedunt, quarto loco Rex numeretur. Confirmatur autem hæc ſuſpicio, quia hoc modo Vulgata lectio cum textu Originali Græco, Chald. & aliis concordat. Aliter verò multùm diſſidet. Sed tamen Ianſenii coniectura iam inde poſt Clemẽtis correctionem non eſt audienda, textus.n. emendatus illam cõtinet, & eandem tot retrò ſæculis amplexus eſt D. Gregorius Papa Moral. lib. Beda hîc & alii minores. Sunt nonnulli, qui inter bene gradientia quarto loco ſtultum cenſeri voluerunt, ſubdit.n. textus. *Et qui ſtultus apparuerit, poſtquã eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet ori ſuo impoſuiſſet manũ.* Ab his quidem non omnino diſſentio poterit. n. forſan ea ratione ſenſus non inelegans conformari, vt ſtatim parebit. Sed tamẽ non omnino aſſentior, mallẽ.n. inter quatuor illa bene & fœliciter progrediẽtia quartum, ac principem locum Regi tribui, ne Vulgatus ab aliis interpretationibus tàm longè abeat. Ergo ſententiæ iſtius vis ſic habet. *Et aries, nec eſt Rex qui reſiſtat ei.* Obſerua verò interim hanc extremam clauſulã. *Nec eſt Rex*, &c. in correctiori textu duplici puncto à ſuperioribus ſeiungi, atque adeò ad arietem non poſſe referri. Exiſtimo ergo aliquid hîc ſupplẽdum eſſe, q.d. & ille quiſquis eſt, cui Rex quilibet etiam potentiſſimus obſiſtere non poteſt: nimirum Rex aliquis, qui reliquos Reges potentia facilè ſuperet, & maieſtate obruat. Itaque Salomon quarto loco adſcribit Regem potentiſſimum: cui nullus alius Rex ſeſe aduerſarium offerre auſit, ſed cuncti cedant. Admonet hic Ianſen. in codice Beſſarionis nomen Regis ſupprimi, atque locum integrum ſic afferri. *Et aries, nec eſt qui reſiſtat ei.* Sed tamen is codex planè mendoſus eſt, & reliquos tùm Heb. tùm Græc. tùm Latinos codices aduerſarios habet. Ad rem.

230 Triplici modo verſari conſueuit huius loci ſententia: primus particula alias *bene, ac fœliciter*, in malam partem vertit, ſecundus in bonam, tertius partim in bonam, & partim in malam: hæc autem diuerſas diſſimiles valde interpretationes peperit. *Greg.* Prima ergo interpretatio D. Greg. particulam *bene* bonam in partem, particulam verò *fœliciter*, in malam conuertit. nam l.30. Mor.c.5. prolixè ſatis hunc locum exponit, vbi per *leonem* Chriſtũ Dominũ, per *gallũ* prædicatores, & doctores, per *arietem* Sacerdotes accipit, atque hæc tria bene quidem incedere.i. rationem quandam viuendi cum virtute coniunctam tenere affirmat: non autẽ fœliciter quia multa aduerſa experiri ſolent: deniq; quartum illud, quod fœliciter incedit.i. fortunatè & proſperè ſecundùm humanam, & terrenam fœlicitatẽ, quæ cum honeſtate ſæpius pugnat, nõ Regem eſſe dicit, ſed ſtultum (vt nuper dixi) de quo Salomon ait. *Et qui ſtultus apparuerit, poſtquã eleuatus eſt in ſublime*, per hunc autẽ ſtultum *Antichriſtum* intelligit, quem fœliciter progreſſurum affirmat propter temporalem fœlicitatem, non autem bene ob prauos mores. Hæc quæ ego cõpendii ſtudioſus hactenus perſtrinxi, latiſſimè perſequitur Greg. loco citato, & ex ipſo tranſcripſerunt Beda, & Epiſcop. Vienenſis in myſtica ſua expoſitione. *Beda. Salon.* Rurſus D. Aug. li. 22 contra Fauſt. c 42. priora illa verba, *Leo fortiſſim⁹ beſtiarum.* *Auguſt.* Chriſto tradit iuxta hanc lectionẽ Sept. ſic. n. infit. *Cauſa*, inquit, *reddita eſt, quare catulus leonis dicatur, in cuius laudem ſcriptum eſt in Prouerbiis. Catulus leonis fortior iumentis, hoc eſt paruul⁹ maioribus ſi non aſcendit in cruce recũbens cũ inclinato capite reddidit ſpiritum, ſi nõ dormiuit, vt leo, quia in ipſa mortem non eſt victus, ſed dicit, & vt catulus leonis, inde.n. mortuus eſt, vnde & natus*, nimirùm propterea cùm moritur Chriſtus, & catulus dicitur, quia ab initio ad mortem natus & morti addictus eſt, ſed tamen hæc omnia accommodatitia ſunt.

231 Secunda expoſitio apud Heb. familiaris, particulas illas *bene*, ac *fœliciter*, de temporali fœlicitate accipit, & in his quatuor rebus, quę bene, ac fœliciter progrediuntur totidem Imperia intelligunt,

intelligunt, quæ Salomon hic Prophetico ſpiritu diuinauit, hæc ſunt, Aſſyriorum, Perſarum, Græcor. Romanorum. Nam primo inquiunt Aſſyriorum imperium per *leonem* adumbratur. hinc Hierem. c. 4. Aſſyriorum Regem cōmemorans. *Aſcēdit*, inquit, *leo de cubili ſuo*, &c. Huius autem imperij inceſſus cū leonis greſſu componitur, quia quādiu fortunatè progreſſum eſt, nunquā ceſſit retrò, aut hoſtibus ſuis terga vertit. Cū autem Hebr. ſecundo loco pro *Gallo* Canem venaticum ſupponāt, per hunc Perſarum regnum notari volunt: nā huic imperio auſpiciū dedit Cyrus, quem alij à *Cane* nomen ſortiri volunt, alij à venatione, Græcè venatio ζύρα Zyra dicitur. Tertio per *ariete*, aut *hircū*. Græc. regnū capiendū eſſe docent, iuxta Dan. Prophetiam c. 8. vbi ſic ait. *Porro hircus caprarum rex Græcorum eſt*. Deniq; cùm ſubdit, Et *Regem non leuari cum eo*. (ſic.n. legit Caiet.) Romanorum Reſpublica deſcribitur, quæ ſemper Regis nomen vſque adeò peroſa eſt, vt poſt Tarquinium à regno pulſum nulli vnquam id nominis dari conſenſerit. Itaque *Regem non leuari cum eo*, perinde eſt, atque ipſum ſine Rege plurimum creſcere, & augeri. Cæterùm hæc mihi nequaquàm arridere poſſunt.

Hierem.

Dan. 8.

232 Ex his ergo, qui aduerbiis illis *bene*, ac *fæliciter*, nihil bonum, aut laude dignum notari affirmant, ſunt, qui illa per quandam irriſionem pronuntiata fuiſſe dicunt, ita vt *bene*, ac *fæliciter* incedere, ſit pompaticè incedere, id. ſ. quod vulgò dicitur. *Contonearſe, ò pauonearſe*. Putant autem hoc loco deſcribi ſuperbum quendam Principem, qui faſtum potius & gloriam, quā regni ſui vtilitatem conſectatur: cum verò cum *gallo*, & *ariete* à Salomone componi ſuadent (hæc.n. tria animantia præcipua Regum vitia præclarè adumbrant. Leo.n. Regum ſuperbiam & ſæuitiam innuit, de quibus ſupra non pauca diximus. c. 19. v. 12. ad illa verba. *Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira*.) Gallus obliuionem & memoriæ defectum notat, qui inter præcipua regum vitia referri debet, nihil.n. Principibus, ac Regibus ſolemne magis, quàm ſubditorū officia & merita obliuiſci: ita.n. ferunt Regum ſuperbi mores, vt omnia ſibi deberi exiſtiment, & nullius ſe officiis obſtringi putent, hinc obliuio, & memoriæ defectus quem gallus notat. Aiunt.n. illum præ cæteris animantibus immemorem eſſe, inde natum vulgare illud apud noſtrates Prouerbium. *Memoria de gallo*: & Phyſiognomici tradunt eos, quorum capita temporibus compreſſis gallos imitantur, labilis admodùm memoriæ eſſe. Per *arietem* verò ſignificatur *pertinacia*. eſt.n. animal. capite impingens Vnde in pertinaces illud iactari vulgo conſueuit. *Que dan de cabeça*. Hæret autem plerumq; pertinacia poteſtati, & imperio: nā Principes cuncta ex arbitrio ſuo ſtatuere volentes ſuis ſententiis plus æquo addicti, & conſecrati ſunt, & in his libentia vſu ipſo creſcit, hinc fit, vt nullis conſiliis aut rationibus ab ſtatutis ſuis abduci poſſint. Appoſitè igitur ad hæc Salomon hanc ſententiam abſoluit. *Nec eſt Rex, qui reſiſtat ei*, &c. q. d. talis, imò longè maior eſt Regis pertinacia, cui nemo obſiſtere & repugnare audet.

233 Cæterùm alij tantùm ab his diſſident, vt ex aduerſo in his tribus animantibus non Regum vitia, ſed ipſorum potius præcipua officia, & virtutes contemplentur, quibus ego libentius acquieſco. Ergo aduerbia illa *bene*, ac *fæliciter*, (quibus in Originibus vna eademque vox ſubeſt) bonā in partem vocanda ſunt, hoc ſenſu. *Tria ſunt, quæ bene gradiuntur*, tria ſ. ſunt, quæ greſſu ſuo maieſtatem quandam præſe ferunt. Rex tamen optimus eadē in ſe exprimit: imò maieſtate & gloria facilè vincit. *Leo fortiſſimus beſtiarū ad nullius pauebit occurſum*. Imprimis leonē Regis, ac Regū ſimilitudinē præbere teſtātur tam ſacra, quā prophana. Deinde hoc etiā teſtatiſſimū eſt, præcipuas Regis virtutes à leone adumbrari, ſed tū maximè fortitudinē, animi magnitudinem, & ingenuos in vniuerſū mores, quos præclarè deſcribit Ariſt. de hiſt. anim. l. 9. c. 44. *Leo, ait, paſtus, & fame iam vacans, facilis mitiſque maiorē in modū eſt. Nihil hic ſuſpicatur, nullius ſuſpicioſus eſt, feſtinus, ludibundus, beneuolus*, &c. Et in Phyſiognom. leonis animos, & ingenium ſic depingit. *Animal hoc in his, quæ circa animā, datiuū, liberale, magnanimū, & amans victoriæ, māſuetum, iuſtum, & amans eorū, cū quibus verſatur*, quę omnia Principibus imitanda proponit Agapet. Diacon. de Regno. Sed vt de greſſu leonū aliquid dicamus, quē Salomō in hoc capite cōmēdat. Plin. l. 8. c. 16. docet. *Leones ſemeſtres vix ingredi poſſe, nec niſi bimeſtres, moueri*; quod nulli animātiū accidit, reliqua.n. animalia intra menſem, tum cum tardiſſimè, greſſum adoriuntur: & quidem ita fert naturæ vſus, vt perfectiora tardius gradum moliantur. Quapropter cum leonis inceſſus præ cæteris animantibus generoſus & maieſtate plenus ſit, illum quidem natura tardius abſoluit, vt ſuadeat Principibus eos Reipublicæ adminiſtrationem, quæ per leonis inceſſum innuitur, cunctanter aggredi: Nam (liceat ſic dicere) regius greſſus, quò perfectior, & glorioſior eſt, eò tardius addiſcitur. De leonis inceſſu Ariſtot. in Phiſiogn. ſic habet. *Ambulat tardè & magnificè, ac mouens ſe in ſpatulis cum ambulat*, tam glorioſus ergo, tamque magnificus greſſus haud facilè breui tempore expediri debuit. Sed rurſus idem l. 2. hiſt. c. 1. ſic habet. *Gradiuntur pedatim leones, nimirum ſiniſter pes, manuſque non tranſit dextrum, ſed ſubſequitur more camelorum*. Suadet etiam hoc Regibus, ac Principibus, omnia ſiniſtra dextris eſſe poſthabenda, nimirum publicis priuata, honeſtis turpia, æternis temporalia, ac deniq; bonis improbos. Magiſtratus.n. miniſtros Principum manus, ac pedes eſſe dixit Plato, hinc nata vulgaris paręmia de miniſtro diligenti, ac ſtrenuo, *es mis pies, y mis manos*. Quò ſpectauit etiam Chriſtus Dominus cum ait. *Si manus vel pes tuus ſcandalizat te*, &c. quæ verba de amicis, aut miniſtris accipit vulgaris interpretum cenſura. Id ergo Princeps contendere debet vt inceſſus illius leonis adſimilis, fauſtus, ſecunduſq; ſit, vt dexter pes manuſque ſiniſtris præferantur, vt. ſ. meliores, ſapientiores, ac digniores honore antecellant atque præſint, alij ſubſint. Quid plura? Idem Philoſophus libro 9. capite 44 hiſt. animal. reliqua ad greſſum leonis ſpectanctia ſic abſoluit. *Dum cernitur numquam fugit, ſed ſi venatorum multitudini cedere cogitur, ſenſim. pedatimque diſcedit, crebro ſubſiſtens, atque reſpectans. Nactus verò opaca, fuga, qua maximè poteſt, veloci, ſe ſubtrahit, donec in apeta deueniat, tunc rurſus lentè incedit*. Lege Plin. loco citato, & alios hiſtoriæ naturalis auctores. Ex hac liberali & ingenua leonis conſtantia petito exemplo ſuadet Agapitus Principibus in aduerſis conſtanter agere, & ſi quando cedere, ac fortunæ terga vertere oporteat (id.n. à leonū robore nonnumquam alienum non eſt) illud quidem liberaliter, ac decorè præſtari oportere, ne Regiæ maieſtatis faſtigium abiiciatur. *Quemadmodum n. ait, leone ſubſiſtente, ac reſpectante, hærent venatores: ſic etiam Principe conſtanter agente malorū impetus frāgitur*. Deniq; ad leonis greſſum ſpectat id, quod

Ariſt.

Agapet.

Pli.

234

Ariſt.

Agapit.

Nazianz.

tradit Gregor. Nazianz. in poëmate de virtute humana, vbi docet leonem pedum ſuorum veſtigia cauda euerrere, ac delere ſolitum, ne à venatoribus conſectantibus inueniri poſſit. Hunc leonis aſtum imitantur Principes, qui conſilia ſua, & inſtituta celant: ita vt ne veſtigia quidem relinquant, ex quibus ab aduerſariis deprehendi poſſint, id enim publicæ adminiſtrationis ac fœlicitatis plurimùm intereſt. Hæc omnia documenta ex leonis inceſſu ad Principis optimi officia & mores transferre licet, reſpondentque Salomoni, qui leonis greſſum commendat. Sed cùm ſubdit, *Leo fortiſſimus beſtiarū ad nullius pauebit occurſum* interritam illius conſtantiam innuit, quæ nullis aduerſariorum incurſibus percellitur, aut conſternatur, quæ Reges maximè decet. Subdit.

236 Plin. *Gallus præcinctus lumbos ſuos.* Sanè galli Reges præclarè exprimunt, de illis ſic Plin. l. 10. c. 21. *Imperitant ſuo generi, & regnū, in quacumq; domo ſunt, exercent, quod dimicatione paritur inter ipſos.* Ad hæc Politian. in ruſtico, gallum ſic deſcribit.

Politian.

*Formoſo Regi cui vertice purpurat alto,*
*Faſtigiatus apex, dulcique errore coruſcæ*
*Splendeſcunt ceruice iubæ, perque aurea colla,*
*Perq; humeros pulchre honos palla ampla decenter*
*Albicat ex rutilo, atque toroſa in pectora pendet*
*Barbatum in morem, &c.*

Subiicitur autem leoni gallus, vt per ſuos gradus efferatur oratio: nam gallus leones cantu & aſpectu etiam terret. In gallo autem commendatur etiam inceſſus magnificus. Politianus *Altigradum* appellauit: quia auium nulli corpus erectius, & ceruix elatior eſt cùm graditur. Illud Ælian. item in eo mirificum ait Ælianus. *Cùm limen intrat, tametſi altiſſimum exiſtat, criſtam inclinat ne criſta vſpiam offendatur.* Sed cùm ſemper aliàs pompaticè, atque magnificè greſſus regat, tùm maximè oriente luna. *Tunc .n. quaſi diuino quodam ſpiritu afflatus ouat, exultat,* (verba ſunt Æliani,) hinc licet magnis Principibus exempla petere. Sit nimirum illis greſſus altigradus & ſtatus, erectus animus, ſcilicet non demiſſus, ſed ſublimia cogitans. Rurſus gallo criſta pro diademate & corona eſt, quapropter dum illi tàm cautè proſpicit, & tàm diſtantia, & longè poſita offenſionum pericula declinat, ſuadet Principibus non ea tantùm diſcrimina vitare, quæ regnis proximè perniciem allatura videntur: ſed etiam illa præcauere docet, quæ diſtant & à longè imminent. Hæc ex greſſu galli Regibus documenta depromi poſſunt, quem Salomon hîc obſeruat.

237 Sed dùm ait. *Gallus ſuccinctus lumbos ſuos,* ex quorumdam ſententia Principibus exemplo galli vigilantiam conſulit Sapiens: gallus .n. vigilan- Plin. tiæ ſymbolum eſt. Quid certius? Plinius loco citato *Gallos, inquit, vigiles noſtros excitandis in opera mortalibus natura genuit: Norunt ſydera & ternas diſtinguunt horas interdiu, cantu cum ſole eunt cubitum, quartaque caſtrenſi vigilia ad curas, laboremque reuocant: nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere, diemque venientem nuntiant cantu.* Lege Gregor. Diuum Gregorium libr. 6. Moral. vbi de hac gallinacei vigilantia multa ſerit. Nec verò gallus Principibus in vniuerſum vigilantiam ſuadet tantùm, quæ ipſis ante alia perneceſſaria eſt, ſed Cælius. etiam id docet, quod ipſos vigiles, imò inſom- Rhodig. nes facile reddet. Nam vt ſcribit Cælius, gallum Zelotypia & amor erga aues ſibi ſubiectas toties noctu excitat, & ideò canit, vt cantu ſe adeſſe

A teſtetur: ſimilem admodum zelus, & amor erga rempublicam optimum Principem peruigilem efficiet.

238 Sed licet hæc non ineptè dicta ſint, tamen Salomonis mentem aliam eſſe reor, ait enim. *Et gallus ſuccinctus lumbos ſuos,* in ſcripturis accingi, præcingi & ſuccingi verba ſunt militaria. *Non glorietur accinctus, atque diſcinctus* Et iterùm, *Deus, qui præcinxit me virtute ad bellum*: & alibi *vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum.* Illa ergo verba, *Succinctus lumbos ſuos*, non ad elegantiam, & pulchritudinem, vel ad temperantiam & caſtos mores, vt alij volunt, ſed ad pugnacitatem, & bellandi peritiam ſpectare exiſtimo; 3. Reg. 20. Pſalm. 17. Abac. 3.

B gallinaceorum enim pugnas, & belligerandi induſtriam nemo ignorat. Et ſanè propterea illos ipſamet natura quaſi ad militiam accinxit; ita vt milites quidam in procinctu eſſe videantur. Si enim eorum ſtructuram aſpicias, nihil in his ſolutum, laxum, aut fluens obſeruare licebit D. August. Auguſt. libr. 1. de ordine elegantiſſimè gallinaceorum pugnam deſcribit. *Ecce, inquit, ante fores aduertimus gallos gallinaceos ineuntes pugnam, in quibus videre erat intenta proiectius capita, inflatas comas, vehementes ictus, cautiſſimas euitationes; & in omni motu animalium rationis expertium nihil non decorum, quippe alia ratione de ſuper moderante. Poſtremò legem ipſam victoris, ſuperbum cantum &*

C *membra in vnum quaſi orbem collecta velut in faſtum dominationis, ſignum autem victi elatas à ceruice pinnulas, & in voce, atque motu deformem totum, & eo ipſo naturæ legibus neſcio quomodo concinnum & pulchrum.* Hactenus Auguſtin. Sed vt alios dimittam, qui de gallinaceorum pugnacitate multa deſcribunt, Agellius ex Æliano lib. 2. Agellius. narrat Athenienſes poſt victoriam à Perſis partam legem tuliſſe, vt quotannis certo die galli in theatro publico certarent; quam legem nobilis quædam occaſio peperit. Cùm enim Themiſtocles contra Barbaros caſtra moueret gallos duos non ignauiter pugnantes animaduertit, atque inde anſam arripiens milites ſuos tali oratione confirmauit. *At hi neque pro patria, neque pro pe-*

D *natibus, nec pro ſepulchris maiorum, libertate, ac filiis pugnant, ſed tantum ne vincatur, neuter cedit alteri; his ergo dictis Athenienſibus ingentes animos fecit.* Atque hinc factum, vt quod illis ſemel fuerat incitamentum ad virtutem, quotannis iterari iuberent; vt eo exemplo iuuenes ad fortiter agendum ſæpiùs acuerentur. Ergo Salomon in 239 hoc loco inter præcipuas optimi Principis virtutes bellandi peritiam & induſtriam numerat, quam gallinaceus præclarè adumbrat. Et interim eo exemplo admonet nihil in bellis adminiſtrandis indecorè gerendum, non fœdera, non inducias, non legatos, non obſides eſſe violandos: nam gallorum pugnas illud imprimis com-

E mendat, quod etiamſi longo tempore confligant nihil non decorum alius aduerſus alium tentat, vt in eo certamine obſeruauit Auguſtinus. August. *Et in omni, inquit, motu animalium rationis expertium nihil non decorum.* Rurſus eodem exemplo belli ſuſcipiendi cauſam honeſtam ſemper futuram innuit Salomon. Nam licet Galenus libro 5. de decretis Hipocratis dicat, *Gallinaceos* Galenus. *pro ſola victoria contendere,* quod Themiſtocles illa ſua oratione expreſſit, dùm ait, *ac ne vincatur neuter cedit alteri,* hoc non probo, quia ad eum modum temerè & nulla de cauſa pro ſola victoria contendere eorum eſt, qui per tyrannidem aliorum ditiones inuadunt. Melius Diuus Au-

guſtinus loco citato, qui docet illos nunquàm A in bellum ruere, niſi pro ſtabulis tuendis, ac pro dominatione in ſubiectas ſibi fœminas defendenda, Varro. qua nulla honeſtior cauſa eſſe poteſt, vt doceant Reges ob iuſtas ſolùm & honeſtas cauſas bella mouere. Addit autem Varro, ex gallis eos eſſe valde generoſos, qui pugnam ipſi non auſpicantur, ſed aggredientibus aliis *fortiter repugnant.* Subdit Salomon.

240 *Et Aries.* Significat autem arietem reliqui gregis ducem, qui præ cæteris mitis eſt, ac cicur, & vulgo dicitur *el Manſo*, quo exemplo Regibus manſuetudinem & ſuaues mores indicit Salomon, hæc virtus enim Reges imprimis addecet. Psal.44. Matth.5. Quid certius? Hinc eſt illud. *Intende proſpere, procede & regna. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam,* &c. B Et Chriſtus Dominus mitibus imperia decernit *Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram.* Ad hæc, eadem arietis gregem ductantis ſimilitudine docet Salomon Principis exemplo reliquum populum in quamcumque partem facile impelli. Sicut enim præeuntem ducem reliquus grex etiam in macellum ſponte ſequitur; ſic etiam poſt Regem ad ardua quæque præcurrentem reliqua multitudo temerè ruit, hinc ſignatè tranſtulit Chaldæus. *Et hircus qui vadit in domum peregrini*, quæ verba cohærent cum tranſlatione Septuaginta. *Et hircus ducens gregem* ſenſus autem eſt. Optimus quiſque ac manſuetus Rex, non aliter populum ſponte aſſectantem poſt ſe ad difficilia quæque inexperta, ardua & peregrina trahit, C quàm hircus cicur gregis dux præcurrens, in peregrinas caulas, imò in macellum reliquam multitudinem abducit. Eapropter Salomon eius greſſum tantopere commendat.

241 Denique addit. *Nec eſt Rex, qui reſiſtat ei,* nimirum *& Rex, cui nullus* alius Rex reſiſtere poterit. Quæ verba, vt cum præmiſſis conſuantur, hunc ad ſenſum vocanda ſunt. Optimus ille Rex, qui enumeratas trium animalium virtutes imitatur, qui ſcilicet leonis magnitudinem, & robur, qui militarem galli peritiam, cicuris arietis manſuetudinem in ſeipſo adumbrat, non modò ab hoſtibus debellari, & vinci ipſe non poterit; verùm etiam nulla hoſtium robuſta vis illi obſiſtere valebit: quaſi dicat; D Eiuſmodi Princeps imperium ſuum latiſſimè propagabit, & cunctis regnis facili negotio potietur. Septuaginta habent. *Et Rex qui concionatur in gente*, quibus hæret etiam Chaldæus. *Et Rex qui ſtat & loquitur in domo populi ſui.* quorum verba ad ſuperiorum verborum ſenſum ſic reuocanda ſunt. *Rex iſte optimus*, qui eas in ſe virtutes expreſſerit, ſubditos ſuos non modò ad eaſdem cohortari & acuere, verùm etiam ad quamlibet rem difficilem ſuſcipiendam breuiſſima oratione impellere, ac permouere poterit.

242 Sed licet hæc appoſitè dicta ſint, aliam nihilominus & aliam expoſitionem attexam. Ex illis ergo, qui dictiones illas *bene & fœliciter* malam in partem rapiunt, affirmare aliquis poſſet his quatuor ſimilitudinibus *leonis, galli, arietis*, & *Regis* eadem quatuor vitia notari, nimirum *iram, libidinem, auaritiam & iniuſtitiam.* Itaque ait. *Tria ſunt, quæ bene gradiuntur, & quartum incedit fœliciter* .i. tria ſunt vitia, quæ his potiſſimum euenire ſolent, qui proſpera vtuntur fortuna, quæ fœlicitati, potentiæ & imperio hærere conſueuerunt, ira ſcilicet, quam *leo* ſignificat; libido & luxuries, quam *gallus* notat; eſt enim auis admodùm ſalax (fauet huic expoſitioni tranſlatio Septuaginta quæ ſic habet. *Gallus conſcendens fœminas alacer*:) ſtultitia & imprudentia, quam *aries* adumbrat (nam inter reliquos animantes nullum eſt ariete ſtolidius, aut hebetius, vt ex Ariſt. aliàs dixi; (ac denique iniuſtitia, quam *rex* aliquis efferus omnia pro libidine ſtatuens, & cui nullus obſiſtere audet, perſpicuè ſignat.

Sed licet hoc conſilium accommodatum videatur, ſubeſt tamen alia huic omnino aduerſa expoſitio, quæ docet his quatuor ſimilitudinibus totidem virtutes cardineas præmiſſis vitiis contrarias exprimi: *Leo* quippe fortitudinem ſignificat; huius enim animantis animus, roburque ab omnibus prædicatur; *Gallus* temperantiam notat, hûc ſpectare exiſtimant id, quod Salomon addit, *præcinctus lumbos, ſuos*, lege Gregorium in Moral. loco citato. Ego verò ſi hoc galli exemplum ad temperantiam referendum eſſe dicerem, non dubitarem aſſerere per *gallum præcinctum lumbos ſuos*, gallum exectum. i. capum eſſe accipiendum, hic enim temperantiæ inſinuandæ aptiùs accedit. *Aries* prudentiam innuit, non quilibet, ſed ille, qui ad reliquum gregem ducendum edoctus iam cicuratus eſt: hic enim ouile à caulis ad paſtum producit, & à paſtu ad caulas refert: & vt verba Varronis hîc adſcribam. *Totius gregis oculus eſt.* Hûc ſpectat Varro. quod refert Pauſanias, apud Corinthios æneum Mercurij ſimulacrum fuiſſe, cui aries ex aduerſo aſſiſtebat; putat autem eo ſimulacro ſignificari Pauſanias. orationi & facundiæ, quam Mercurius notat, prudentiam perneceſſariam eſſe. Denique Rex præpotens, cui nemo obſiſtere poteſt, iuſtitiam notat, cuius tanta eſt integritas, & conſtantia, vt nullis obſiſtentium contradictionibus cedat. Et quemadmodum rex aliquis, cui nullus alius vel Rex, vel Princeps obſiſtere poteſt, nullum metuit, nullius precibus, aut minis lentatur; ſic etiam iuſtitia cùm ſeuera & integra eſt, precibus, metu', aut minis flecti non poteſt: ſed præferenda reliquis tertia interpretatio, quam ſupra vberius proſecuti ſumus.

---

XXXIII. *Eſt qui ſtultus apparuit poſtquàm eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manum.*

EST *qui ſtultus apparuit*, &c. Hebr. codex hæc verba paucis perſtringit, ſic enim habet. *Si ſtul-* 243
*tè egiſti in eleuando te, & ſi malum cogitaſti manum ad os*, quæ verba ſenſu à ſuperioribus non abeunt. Aliqui priora verba ſic reddunt. *Si viluiſti poſtquã exaltatus es*, &c. Septuaginta. *Si immiſeris te in* E *lætitia, & intenderis manum tuam cum pugna, inhonoraberis.* Chaldæus ad hunc modum vertit. *Ne te extollas, ne ſis inſipiens, neque extendas manum tuam ad os tuum.* Hanc lectionum diuerſitatem peperit vox נבלת *Nabaltha*, à radice *Nabal*, quæ ſignificat cadere, marceſcere, de floribus, ac foliis propriè dicitur, aliquando etiam per tranſlationem vituperari & flocci fieri; hinc nomen Thoar נבל *Nabal*, id eſt, ſtultus: hinc tranſlationum varietas ſupra adſcripta.

Supereſt tranſlatio Septuaginta, quæ à reliquis lectionibus diſcedit plurimum, quam ad no-

ſtræ lectionis ſenſum ad extremum reuocabo.

244 Locum iſtum cum ſuperiori verſu nectunt ſupra adſcripti interpretes, ſed hunc nexum correctior textus non admittit, nam cum olim Vulgata ſic haberet. *Et qui ſtultus apparuerit*, &c. hodie ſic legimus, eſt *qui ſtultus apparuit*, ſublata particula coniunctiua. Sed eorum, qui locum iſtum à ſuperiori clauſula diuellunt multæ adſimiles interpretationes numerantur: Prima eſt Caietani, qui de republica Romanorum valde coactè exponit hæc verba: nam cùm ſic vertat, *Si viluiſti cùm exaltatus es, & ſi conſideraſti manum ad os*, ad hunc modum ſubdit. Apoſtrophe eſt ad rempublicam Romanam, futurum prædicens, vt tunc maximè cùm euecta foret, vilius deiecta rueret, & in antiquam humilitatem, ad Reges deuolata recideret; cùm Cæſares imperium capeſſerent & Dictaturam perpetuam ſibi vſurparent. Atque id ſibi vult, inquit, illud. *Si conſideraſti manum ad os.* Nam manus ad os, executio eſt ad imperium oris; quibus verbis deſcribitur Dictatoris officium, cuius tanta erat in vniuerſam Rem. autoritas vt quidquid diceret, actutùm fieret. Itaque Salomon, ex mente Caietani, prophetat futurum vt aliquando Romanorum omnium manus vnius ad os imperiumque mouerentur, præſertim ſi per manum, iuxta vulgarem loquendi modum, exercitum accipiamus. Conſtat enim Imperatores Romanos ab exercitu deligi ſolitos; & exercitui potiſſimùm præfici. Itaque *manus ad os* erit exercitus ad Imperatoris nutum ſeſe effingens. Cæterùm hæc interpretatio aliena eſt & coacta.

245 Vt autem reliquis expoſitionibus viam ſternam, præmittere oportet illa verba *Manum ad os.* (ſic enim habent Origines) multiplici ſenſu donari poſſe, aut enim ſignificant tuum ipſius os manu adiecta conclude & verba opprime: aut aliis ſilentium indicito, nam digitus ori commiſſus geſtus eſt ſilentium imperantis, Actorum
Actor. 13. 13. *Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens.* Addo etiam tertiam ſignificationem quæ aliquibus etiam arridet, id eſt, manum exerce & labora, vt ori tuo victum quæras. Subiicio quartam ſignificationem eorum, qui dicunt manum ori admotam deliberantis & conſilia apud ſe tacitè verſantis geſtum eſſe: quaſi dicat; Delibera, & ante quàm conſilium aliquod ineas, diutius id tecum cogita. Ergo iuxta dicta plures in hunc locum expoſitiones turba Hebraizantium coniecit.

Rabi Dauid ſic legit. *Si cecidiſti poſtquàm eleuatus es, & ſi cogitaſti: manum ad os*, & ad hunc modum exponit. Si fortè à gloria & dignitate tua deturbatus corruiſti, ideò ſanè fuit, quia in ſuperbiam elatus es: nam ſuperbis præſto eſt ruina. Si autem ſapuiſti, id eſt, ſi ſapiens aliis apparuiſti, ideò etiam fuit quia os tuum manu adiecta oppreſſiſti; nam ſilentium ſtultiſſimũ quemque ſapientiæ, ac prudentiæ laude exornat. Cæterùm, vt poſterior pars cum priori cohæreat, illud *ſi cecidiſti*, non de ruina aliqua è faſtigio dignitatis, ſed iuxta vim verbi נבלתה *Nabalthah*, ex נבל *Nabal*. i. *deſipuit*, de inſipientiæ infamia captandum dicerem hoc ſenſu, *ſi fortè penitus deſipuiſti*, id eſt, inſipientiam tuam aliis prodidiſti, ideò certè fuit, quia ſapientiam ſuperbè admodùm venditaſti, quod ſi aliquando gnarus, & ſapiens apparuiſti, eam gloriam ſilentium tibi peperit; vtrumque ſatis certum eſt.

Secunda expoſitio eiuſdem Rabi Dauid ſic A habet. *Si cecidiſti poſtquam eleuatus es*. i. ſi è ſublimi forſan dignitatis faſtigio, quod prius tenebas, ad paupertatem deiectus es, animum ne deſpondeas, ſed ſapienter age. *Et pone manum tuam ad os tuum*, id eſt, manibus tuis victum tibi para, quaſi dicat, Exerce manum tuam, & labora, vt os tuum inde paſcas.

Tertia interpretatio Rabi Leui, de arcanorum cuſtodia ediſſerit hæc verba hoc modo. Multis 246 Rabi Leui.
ruinæ cauſam obtulit iactantia, & elatio, tu autẽ, ſi ſapis, *Pone manum tuam ad os tuum*. i. tace, & ſi quid ſecreti tibi commiſſum fuit, nemini prodas, ſic enim præcipuam ruinarum cauſam cauebis. Rurſus idem alio modo expedit hunc locum: ſic B verò legit. *Si ſtulte egiſti exaltando te, & ſi cogitaſti malum, manum tuam ad os tuum admoue*, id eſt, ſi ex eo, quod ad honorem aliquem euectus es ſpiritus malos tibi ſumens de te ſuperbè cogitare incipis, cogitationem hanc ſuprime, nec verbum aliquod excidat, ex quo illa aliis palam fiat, quia ſi aliter feceris omnes ad te deturbandum conſpirabunt, ita enim fert noſtra conditio, & ingenium, vt ſuperbè de ſe cogitantes deprimere & humi ſternere contentis neruis curemus. Quid certius?

Quarta interpretatio ab Hebræis petita ſic con- 247
ſtruitur, *Si fortè ſtultus cùm eſſes ac rerum planè imperitus*, ad dignitatem, aut honorem aliquem euectus es, C quoties tibi aliquid præſtandum erit, ne id ſubitò, & ex improuiſo perficias, ſed *manum ad os* appone. i. diu delibera & tecum cogita:) nam vt ſupra admonui manus ori admota deliberantis & conſilium inueuntis ſignificatio eſt) quia ignoratio & rerum imperitia longa deliberatione, & meditatione compenſari conſueuit. Ex præmiſſis interpretationibus plures à Vulgata lectione longè abeunt, reliquæ à contextu abhorrent: vltima tantùm Vulgatæ lectioni & contextui tantiſper hærere videtur, atque adeò reliquis præferenda eſt. Nihilominus tamen aliam, atque aliam ſubnectam interpretationem quas reliquis antepono.

Præmiſerat Salom. in ſuperiori verſu optimi, ac ſapientiſſimi Principis partes, eaſque trium D animantium, *leonis* ſcilicet, *galli*, ac *arietis*, exemplis adumbrarat, quem verſum ſic abſoluit. *Nec eſt rex, qui reſiſtat ei*, pro quibus Sept. *Et Rex qui concionatur in gente*. Chald. verò tranſtulit. *Et Rex qui ſtat, & loquitur in domo populi ſui.* Ex quibus conſtat Principem hîc induci ſapientem & peritum ex edito loco ad populum verba facientem, leges, imperiaque dictantem. Ergo appoſitè ad hæc ſubnectit Salom. *Et qui ſtultus apparuit, poſtquàm eleuatus eſt in ſublime: Si enim intellexiſſet ori ſuo impoſuiſſet manũ.* Nimirum eſt alius Princeps priori per omnia contrarius, imperitus planè & inſipiens, qui thronum inſcendens inſipientiam ſuam verbis prodit, cui ſatius eſſet os claudere, ac E verba oprimere, ſic enim ſtultitiæ ſuæ velamen aliquod obtenderet.

Memoria igitur repete id quod nuper diximus, videlicet tria illa animantia *leonem, gallum* & *arietem* ambigua quodammodo & ancipitia eſſe, vt Principis optimi ſapientiam, & præcipuas virtutes notent, aut eiuſdem imprudentiam, & indecora vitia adumbrent. *Leo*. n. fortitudinem ſignificat, & idem iram & furorem notat. *Gallus* vigilantiam innuit, & idem obliuionem ſignat. *Aries* manſuetudinem adumbrat, & idem pertinaciam adſignificat, hinc factum vt ex interpretibus alij Principum virtutes, alij eorumdem vitia his animantibus portendi voluerint. Fortaſſe au-

tem Salomon non vnum aut alterum, ſed vtrumque ſibi voluit, virtutes videlicet, ac vitia Principum, illis ſimilitudinibus complecti, propterea vbi *leonem, gallum* & *arietem* præmiſit, duos Principes ſubnectit, ſapientem alterum, cui nemo obſiſtere audeat, qui ad multitudinem ſuam orationem habere, & leges optimas dictare poſſit; alterum ſtultum, & amentem, qui ad regium thronum euectus ſuam inde ſtultitiam & vecordiam prodit, cui ſatius eſſet inter priuatos os claudere, & vocem obſtruere, quàm inter Principes inſanire:
248 quaſi dicat; Vterque iſte Princeps ſiue ſapiens, ſiue ſtultus, *leonem, gallum* & *arietem* moribus ſuis exprimit, ſed ille horum animantium præcipuas virtutes in ſe ipſo adumbrat, ille autem eorumdem vitia refert; non diſplicet hæc interpretatio.

A

B Cæterùm alia perplacet expoſitio, quæ Vulgatam cum Sept. interpretum lectione conciliat. Nam Sept. ſic habent. *Si profuderis te in lætitia, & extenderis manus tuas cum pugna inhonoraberis.* Sanè verba hæc adhortationem continent ad Principes & Reges, neu faciles nimium, & lenes erga ſubditos ſint, neue ſeueri valde, atque rigidi; vtrumque enim honorem eorum, & bonam exiſtimationem in diſcrimen adducit. *Si profuderis*, inquit, *te in lætitia.* Si videlicet, ô Princeps, ſubditis tuis feſtiuè, ludibundè, ac familiariter nimiùm vſus fueris, *inhonoraberis* ab ipſis, quia ſcilicet ipſi tua lenitate indecorè abutentur, *y te perderan el reſpecto* Quod ſi ex aduerſo. *Extenderis manus tuas cum pugna.* id eſt, C in eoſdem ſeuerè admodum egeris, vim & manus inferens, minas iactans, pugnas indicens, ſimiliter *inhonoraberis*, nam ſubditi, vt vim & iniurias qualibet ratione propulſent, Principes ſuos violare, eorumque autoritatem lædere non verentur. Itaque Salomon ſuadet Principibus, vti medium teneant, ne faciles nimiùm & indulgẽtes, neue rigidos & ſeueros valde ſubditis ſe præbeant, ſed indulgentiam ſeueritate, ſeueritatem indulgentia temperent; nam bona adminiſtratio reipublicæ id poſtulat. Hæc interpretatio in eo priores alias vincit, quod cum antecedenti ſententia optimè nectitur, & cum ſequentibus etiam cohæret, vt poſtea conſtabit. Audeo etiam dicere Vulgatam noſtram lectionem ad eundem fermè ſenſum vocari poſſe, hoc modo, *Eſt qui ſtultus apparuit, poſtquàm eleuatus eſt in ſublime.* Eſt ſcilicet Princeps aliquis, qui ad thronum euectus propter faciles nimium & indulgentes mores ſtultitiæ vulgò inſimulatur. *Hic ergo ſi intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manum*, is nimirum ſi ſapit, nequaquàm ſe feſtiuum ſubditis familiaritate ſermonis exhibebit, ſed grauem & moroſum taciturnitate & ſilentio, ſilentium quippe grauitatem & maieſtatem Principibus conciliare conſueuit. Pergo ad alia.

---

XXXIII. *Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit ſangui-*
249 *nem: qui prouocat iras producit diſcordias.*

QVi *autem fortiter premit vbera*, &c. Ex Hebraicis Originibus locus integer ſic reſtituendus eſt ad verbum. *Nam emulſor lactis educit butyrum, emunctor naſi elicit ſanguinem, & emunctor furorum producit litem.* Aliqui pro *emulſore*, & *emunctore*, emulſionem, & emunctionem reddunt Sept. *Mulge lac, & erit butyrum; ſi autem expreſſeris nares, exibit ſanguis: ſi autem extraxeris ſermones, exibunt lites, & rixa.* Chald. *Quia qui exprimit lac, elicit butyrum, & de expreſſione furoris exit ſanguis*, &c. Aquila etiam pro *naſo* furorem conuertit.

Caiet. vrget præmiſſam expoſitionem de Romano imperio. nam per *emulſionem*, ſeu *emunctionem*, Dictaturam intelligit, quæ reipublicæ illi aliquando bonæ adminiſtrationis, ac denique ſubuerſionis cauſa extitit; quemadmodum expreſſio ex vberibus diſtentis lac & butyrum; ex naribus autem ſanguinem prolicit, ſed tamen hæc expoſitio accommodata non eſt, atque adeo reiici debet. Subiiciam alias. *Caiet.*

Ex patribus vterque Gregor. hæc verba ſpiritualem ad ſenſum vocant. Magnus enim in li. 21. 250 *Gregor. Magnus.*
Moral. ca. 1. ſic habet. *Nam quia diuinæ ſententiæ aliquando interius rimandæ ſunt, aliquando exterius obſeruandæ, ideò per Salomonem dicitur*, Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, &c. *Vbera quippe fortiter premimus cũ verba ſacri eloquij ſubtili intellectu penſamus, qua preſſione dùm lac quærimus, butyrũ inuenimus, quia dùm nutriri, vel leui intellectu quærimus, vbertate internæ pinguedinis vngimur: quod tamen nec nimiè, nec ſemper agendũ eſt, ne dùm lac quæritur ab vberibus ſanguis ſequatur. Plerumque etenim dum verba quidam ſacri eloquij pluſquàm debent, diſcutiunt, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem quippe elicit, qui vehementer emungit, quia carnale efficitur hoc, quod eximia ſpiritus diſcuſſione ſentitur.* Hæc ille. D. Greg.
Naz. oratione 31. in illa verba. *Cùm conſummaſſet Ieſus ſermones*, &c. priora verba ad eundem fermè ſenſum tranſtulit. *Quin etiam, ait, hæc verba ſtudioſius & accuratius expendamus. Mulge lac, ait ille, & erit butyrum, id eſt, ſedulò exquire, & fortaſſe in his ſucculentius aliquid inuenies.* Magni Gregorij verba tranſcripſit Beda, lege alia accommodatitia, & myſtica apud Hugonem & Dionyſium. *Nazianz.*

Qui literæ ſententiam rimari volunt, prius ſo-
num verborum excutiunt, vt inde latentem ſub 251
allegoriæ cortice nucleum eliciant. Ergo ex his, quæ initio dixi, cùm varias lectiones præſcriberem, conſtat in Originibus nullam *vberum* mentionem fieri: ſed ad verbum ſic haberi. D *Emulſor*, vel *expreſſor lactis.* Hinc fluxit ad Hebræos celebris expoſitio, qui ſimilitudinẽ hanc ductã volunt ab his, qui lac vtre incluſum verſant, tunduntque, vt butyrũ exprimant, vulgò *mantequillas.* Placuit hæc expoſitio Rodolpho, adeò vt ſuſpicari ſe affirmet mendũ irrepſiſſe Vulgatis codicibus; & non *vbera*, ſed *vtrem* legẽdum eſſe hoc modo. *Qui fortiter premit lac in vtre, exprimit butyrum.* Sed hãc ſuſpicionem correctior Clementis textus damnat, qui *vbera* retinet. Rurſus Hebræorum interpretatio parũ aptè cum ſequenti clauſula conſuitur, ac denique totius ſententiæ energia facilè perit.

E Diuus Gregor. loco citato, Beda, Hugo, Lyra, & alij minores, priorem, ac poſteriorem clauſulam ad vbera referunt, ita vt ſenſus ſit; *Qui fortiter exprimit* vbera *elicit butyrum. Et qui eadem fortius, ac vehementius comprimit, prolicit ſanguinem.* Sed inter Lyram, atque alios hoc intereſt, quod Lyra *butyri* nomine non lactis coacti pinguedinem accipit, ſed materiam aliquam lacte ipſo ſolidiorem per vim elicitam intelligit, ſcilicet ipſorum vberum innatum adipem: putat enim vtramque partem ad vim eſſe referendam. Reliqui ipſummet butyrum recipiunt, quod ex

lacte coacto, & compreſſo ſero fluente trahitur, quaſi dicant. *Qui exprimit vbera lac elicit*, quod coactum denique & maceratum butyrum reddit. His aſſentior, & Lyram minimè audiendum puto. Ruſus à Lyra & ab aliis diſcedo, quatenus aſſerunt illa verba, *Et qui vehementer emungit*, &c. ad vbera eſſe referenda, nam in Originibus *naſus* exprimitur, & verbum *emungo*, ex propria, & germana ſua ſignificatione ad nares ſpectat. Itaque prior pars vberibus; poſterior ad nares accommodatiſſimè traditur.

252 *Lyra.* His prælibatis prima expoſitio eſt Lyræ, qui vtramque partem de violenta nimium expreſſione accipiens, putat duabus ſimilitudinibus eius ſcilicet, qui vbera tàm fortiter vrget, vt innatum adipem extrahat, & qui nares tàm fortiter premit, vt ſanguinis vim ad ipſos moueat, ſignificari identidem homines, qui verbis ſuis alios tantoperè vrgent, ac premunt, vt ipſos ad iracundiam & furorem prouocent. Hæc autem expoſitio ne prorſus ſordeat ſic efferenda eſt: per *vbera* quidem homines manſueti, & faciles notantur: qui verba mollia & dulcia veluti *lac* ſponte ſua reddunt, per *nares* item homines ſignificari immites, & ad iram procliues, vtrumque ſatis exploratum eſt: nam mititas in pectore ſedet, ira verò ad naſum ſubit, adeò vt paſſim in ſcriptura *naſus* pro ira adſcribi ſoleat. Ergo ſenſus erit: Nemo alium verbis acerbioribus perurgeat; nam licet is vberum in morem mitis, ac lenis ſit, ſi tamen verbis nimium auſteris premitur, manſuetudinem exuere, & ad iram concitari ſolet. Si autem aliquis immitis, & anguſtiori, vt aiunt, naſo ſit, hunc certè verba auſtera & acerba ad furorem & rabiem adigunt: quaſi dicat; ille quidem iraſcitur, hic furit. Vel aliter. *Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum*, id eſt, adipem & pinguedinem, hoc ſenſu, qui virum mitem verbis acrioribus vrget, adipem, hoc eſt vires & robur illi eripit. Ita enim euenire ſolet vt viri, quibus faciles, ac lenti mores ſunt, vi oppreſſi animos deſpondeant. *Qui autem vehementer emungit, elicit ſanguinem.* Qui ſcilicet virum immitem, & iracundum auſterius alloquitur, iram illi & furorem immittit. Itaque ſuadet Salomon verbis acrioribus ſemper eſſe parcendum; his enim oppreſſi mites ac faciles animo cadunt; immites verò & acerbi magis ac magis ſæuiunt.

253 *Ianſenius.* Secunda expoſitio eſt Ianſenij, qui horum verborum ſententiam ſic abſoluit: quemadmodum qui *vbera mulget butyrum exprimit, & qui nares emungit vehementius, ſanguinem promit*: ſic qui probrum, aut iniuriam ſibi illatam non ſtatim obliuioni commendat, ſed ſemel iterum, atque iterum illam cogitat, & cogitando vrget, tandem aliquando ſanguinem, hoc eſt vindictam, & vltionem exprimat neceſſe eſt. Hæc ille obſcurius, quæ ad hunc modum explicata aptiùs cadent. Suadet Salomon nihil magnanimis diſcuſſione examinari, & vltra modum cogitando exprimi debere, nec beneficia, nec iniurias. Nam quemadmodum ſi quis lac ex vberibus elicitum premat, butyrum, aut caſeum cogit, rem ſcilicet duram ex molli, atque tenui; ſic etiam qui acceptam ab alio gratiam nimis diſcutit, & cogitando apud ſe diutius premit, non ſemel eandem corrumpit, & ex beneficio iniuriam præſtat. Rurſus quemadmodum qui naſum vehementius comprimit, ſanguinem promit, ſic qui iniuriam ſibi illatam nimia cogitatione examinat, premitque, ad ſanguinem tandem, & vltionem concitatur.

Tertiam expoſitionem offert idem Ianſenius. *Qui fortiter premit vbera*, &c. i. ſicut ille, qui mulget vbera exprimit lac, & butyrum, ſic qui mollia & ſuauia verba ex ore ſuo producit, atque eadem auditoribus propinat, illos quidem optimè reficit & delitioſè paſcit. *Qui autem emungit*, &c. Qui nimirùm ad eundem modum ex ore ſuo ſordes, & probra depromit, quemadmodum ex naribus fæces depromi ſolent, vt eas proximis affigat, diſcordias ſuſcitat, quas ſanguinis effuſio conſequi ſolet.

Quarta interpretatio eſt Rodolphi, qui non de propria, ſed de alterius ira exponit hoc modo. 254 *Rodolph.* *Qui fortiter premit vbera*, &c. i. qui conceptam ſemel ab aliquo iram non ſedat, ſed verbis ſtimulat, vrgetque, ſimilis eſt illi, qui vbera fortiter mulget, & nares vehementer emungit: Nam ſicut hic ex vberibus butyrum, & ex naribus ſanguinem prolicit; ſic etiam ille iram hoſtis ſui vrgens, bella & diſcordias, aliquando etiam neces promit. Sicut enim vbera nimium expreſſa lac, & nares fortiter emunctæ ſanguinem reddunt; ſic etiam conceptus furor, ſi verbis acrioribus identidem vrgeatur, iurgia & diſſidia proferre ſolet. Hæc ille. Sed mallem duas iſtas ſimilitudines diſtribui, & priorem ad amicos & familiares, poſteriorem ad hoſtes referri hoc ſenſu. Sicut is, qui vbera nimium vrget, butyrum promit. i. vbera exhaurit: ſic ille, qui amicis impenſius vtitur, & eos pluſquàm ſatis eſt, crebris petitionibus, aut querelis premit, gratiam ſimiliter exhaurit, & quemadmodum is, qui nares vehementer emungit ſanguinem trahit, ſic etiam ille, qui hoſtes ſuos ſæpius laceſſit & verbis acrioribus vrget, bella tandem atque diſcordias prouocat ineuitabiles.

Sed licet præmiſſæ interpretationes lepôre non careant, tamen (ni fallor) alia eſt Salomonis 255 mens in hoc loco, & ſententia à ſuperioribus ſententiis pendens. Nam ſuperior verſus ſuadet Principibus, ne rigidos nimium, & ſeueros erga ſubditos ſe præbeant (vt nuper dixi) hîc verò rationem attexit. Et quidem omnis Principum erga ſubditos ſeueritas in duobus verſatur, aut in exigendis tributis, aut in puniendis, coërcendiſque delictis. Vtrumque temperat hîc Salomon, vt ſtatim dicam. Sed tamen poſſunt hæc verba ad ſupra dictum ſenſum duplici ratione vocari, vel ita vt vtraque ſimilitudo ad vtramque ſeueritatem temperandam referatur, vel ita vt prior ad tributorum exactionem, poſterior ad delictorum correptionem accommodetur. Ergo vtramque ſimilitudinem ad ſeueritatem correptionis referamus, *Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit elicit ſanguinem*, &c. Siquidem pars vtraque cum Gregorio Magno de vberibus intelligatur, facilis euadet ſententia, & cum ſuperiori verſu valde cohærens ad hunc modum; Subditos quidem benignius premere & coërcere, vtile eſt; eoſdem verò opprimere pernicioſum. Nimia enim indulgentia & impunitas libertatem parit, nimia ſeueritas ſeruitutis ac iugi impatientes reddit. Sicut enim is, qui vbera fortiter premit, quantum opus eſt ad lac mulgendum, butyrum, id eſt, quod lactis eſt pinguiſſimum & ſuauiſſimum, extrahit: ſic etiam Princeps, qui ſubditos ſuos lentius ac ſuauius coërcet & continet, bonos mores & iuſtam legibuſque conformem vitam ab ipſis exprimit, quaſi dicat; Sicut vbera non ſponte, ſed lentius expreſſa & coacta lac reddunt: ſic etiam ſubditi

non ſponte, ſed benignius coërciti & coacti bonos mores ſectantur. Rurſus ſicut is, qui eadem vbera vehementius comprimit, exhauſto lacte ſanguinem extrudit, ſic etiam Princeps, qui ſubditos ſuos nimia ſeueritate compeſcit, & pluſquàm ſatis eſt legibus premit, non vtique bonos mores & iuſtam viuendi rationem illis ſuadet, ſed eorumdem iram, & furorem in ſe concitat & impatientes animos ad bella, & ſeditiones cogitandas exacuit. Quemadmodum verò de ſeueriori morum correptione, eodem tenore de tributorum exactione illa interpretari licet, vt ſenſus ſit; Tributa à ſubditis parcè admodum exigenda (liceat ſic dicere) ſubditos vberum in morem mulgendos eſſe, non emungendos, & exhauriendos: nam vbi ſe exhauriri vident, ſeditiones cogitant.

256 Quod ſi prior pars de *vberibus*, poſterior de *naſo* accipiatur, duplex interpretatio offerri poteſt: altera vtramque partem de correptione & punitione delictorum concipit hoc modo. *Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum*, qui ſcilicet parcè & leniter vberum in morem premit ſubditos, bonos mores & optimam viuendi rationem tamquam lactis adipem ab ipſis extorquet: qui autem eoſdem naſi in modum violentius vrget, iram, indignationem, contumelias, & probra velut ſanguinem ab eiſdem refert Hæc interpretatio alicui forsã arriſerit. Cæterum ſi verba penitius inſpiciantur, venuſtiorem aliam ſententiam reddunt. Duplex ſanè hominum genus; alterum facile & mite, alterum acre, & indignabũdum vtrumque igitur nimia ſeueritate violari docet Salomon. Nam genus illud hominum mite & moderatum vberibus adſimile eſt, atque adeo quemadmodum vbera leniter preſſa lac reddunt, ſed violenter torta natiuum adipem, & ſuccum effundunt; ſic etiam manſuetiſſimi quique ſi à ſuperiori, vel Principe leniter adigantur, bonos mores, tamquam lac, ſponte manant, ſin autem ſeuerius quàm par eſt, cogantur, & coërceantur, vires abiiciunt, atque animis cadunt. Quod ſi cum Hebraïzantibus ſentias ſimilitudinem non duci ab vberũ expreſſione, ſed à butyri concretione, quæ fit lacte in vtre contuſo, & macerato, haud inepta euadet ſententia hoc modo. Sicut lac molle, & liquidum vtre incluſum, dum violenter tunditur, ac maceratur, indureſcit quodammodò, & in butyrum concreſcit; ſic etiam manſuetiſſimi, ac leniſſimi homines, cùm à ſuperioribus acrius exercentur, tunduntur, ac verberantur, non quidem mitiores, ac lentiores redduntur, ſed magis obdureſcunt, & rigeſcunt. Rurſus genus illud hominum acre, & indignabundum, ſimile eſt naſo, vt ſupra obſeruaui. Quemadmodum ergo naſus cùm nimium exprimitur, ſanguinem reddit: ſic etiam homines illi duri, & immites, ſeuerius coërciti ſeditiones, bella, & effuſiones ſanguinis cogitare incipiunt.

257 Cæterùm licet hæc non ineptè dicta ſint, nihilominus tamen ego ita reor duas ſimilitudines diſtribuendas eſſe, & priorem ad tributorum exactionem referri, poſteriorem verò ad delictorum punitionem, & correptionem ſpectare, hoc modo. *Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac exprimit butyrum*. Imprimis enim lactis expreſſio tributorum exactionem notat. Ezechiel. 25. *Idcircò ego tradam te filiis Orientis, & ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas, & ipſi bibent lac tuum*, id eſt, percipient à te tributa: & infrà cap. 34. inuehitur Propheta in Principes Iſraël, qui tributa populi auferentes, eiuſdem vtilitatem, commoda & rectam adminiſtrationem minimè curabant. *Væ paſtoribus Iſraël qui paſcebant ſemetipſos; nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis: gregem autem meum non paſcebatis*. Accidit Iſaias cap. 6. *Lac gentium ſuges, & mamillâ Regum lactaberis*, id eſt, gentes atque Reges tibi vectigales reddes. Ergo ſenſus eſt; Quemadmodum qui vbera lentius premit, lac elicit, & vbera ad eundem modum leuiter preſſa, numquàm exhauriuntur, ſed fluente lacte iterum diſtenduntur: ſic etiam Princeps, qui à populo parcè, ac moderatè tributa exigit, non exhaurit eorum fortunas, quidquid enim vna tributi exactio fecit vacui, ſuccedentia lucra facilè replent. *Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum*. Quaſi dicat. Ex aduerſo quemadmodum qui vbera violenter nimium mulget adipe exhauſto penitus euacuat, lactis profluuium ſiſtit, & vbera ipſa arefacit (ſic n. docet Galenus in lib. de alimentorum qualitate ab his qui pecudes mulgent non omnino eadem exhauriri debere, *ne fons deficiat*:) ſic etiam Princeps qui à ſubditis immoderata vectigalia expoſcit, eorundem facultates, & fortunas exhaurit, atque adeò tributorum fontem arefacit. Itaque Salomõ in hac priori ſimilitudine ſuadet Principibus, neu prouincias grauiſſimis tributorum impoſitionibus onerent. Cui adſimile eſt Alexandri reſponſum, quod Plutarchus in Regum apophthegmatis narrat, qui à familiari quopiam admonitus, vt grauiora ſubditis tributa imponeret ſic adiecit. *Olitorem odi, qui radicitus olera excindat*. Cui accinit illud Tiberij ex Tyrio Maximo 13. ſermone Philoſophico. *Boni paſtoris eſt pecus tondere, non deglubere*. Subdit Salomon.

*Galenus.*

*Plutarch.*

*Tyr. Max.*

*Et qui vehementer emungit elicit ſanguinem*, hæc de puniendis, coërcendiſque delictis captanda ſunt, quaſi dicat. Sicut qui naſum leniter emungit ſordibus, ac fæcibus illum purgat, qui autem eundem vehementius exprimit, ſanguinem excutit: ſic Princeps, qui ſubditos lentius coërcet mores eorum corrigit, & rempublicam delictorum fæcibus perpurgat: quod ſi eoſdem ſeuerius, quàm par eſt, ſuppliciis, atque minis cogit, illorum animos proritat, & bellis, ſeditionibus, ac ſanguine omnia complet. Itaque docet Salomon ſubditorũ liberos mores leniter, ac clementer eſſe compeſcendos, ne diſſolutioni fiat locus: ſed tamen ſæuitiam, crudelitatem erga eoſdem omnino cauendam, ne grauius indignentur, &c. Subdit.

*Et qui prouocat iras producit diſcordias*. Nimi- 258
rùm Princeps qui ſeueritate ſubditos premit, eo-
rumdem aduerſum ſe concitat furorem, &c.

# CAPVT XXXI.

## SALOMONIS.

*VERBA Lamuelis regis. Viſio, qua erudiuit eum mater ſua. 2 Quid
dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum. 3. Ne
dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos reges.
4 Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullũ ſecretũ eſt
vbi regnat ebrietas. 5. Et ne fortè bibãt, & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filio-
rũ pauperis. 6. Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo. 7. Bibant,
& obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur ampliùs. 8. Aperi os tuum
decerne quod iuſtum eſt, & iudica inopem & pauperem. 10. Mulierem fortem quis
inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. 11. Confidit in ea cor viri ſui, &
ſpoliis non indigebit. 12. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ. 13.
Queſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum. 14. Fa-
cta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longè portans panem ſuum. 15. Et de nocte ſurrexit, de-
ditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. 16 Conſiderauit agrum, & emit
eum: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. 17. Accinxit fortitudine lumbos ſuos,
& roborauit brachium ſuum. 18. Guſtauit & vidit quia bona eſt negotiatio eius: non
extinguetur in nocte lucerna eius. 19. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius ap-
prehenderunt fuſum. 20. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pau-
perem. 21. Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt
duplicibus. 22. Stragulatam veſtem fecit ſibi: byſſus & purpura indumentum. eius. 23.
Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ. 24. Sindonem fecit, &
vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. 25. Fortitudo & decor indumentum eius, &
ridebit in die nouiſſimo. 26. Os ſuum aperuit ſapientiæ & lex clementiæ in lingua eius.
27. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit. 28. Surrexerunt fi-
lij eius, & beatiſſimam prædicauerunt; vir eius, & laudauit eam: 29. Multæ filiæ con-
gregauerunt diuitias tu ſupergreſſa es vniuerſas. 30. Fallax gratia, & vana eſt pulchri-
tudo: mulier timens Dominum, ipſa laudabitur. 31. Date ei de fructu manuum ſuarum:
& laudent eum in portis opera eius.*

# CAPVT XXXI.

# SALOMONIS.

I. *Verba Lamuelis Regis, viſio, qua erudiuit eum mater ſua.*

VERBA Lamuelis &c. Heb. *Verba La-*
1 *muel Regis aſſumptio, qua erudiuit eũ ma-*
*ter ſua*. Pag. *Prophetia, qua erudiuit*, &c.
Pagninus. Chaldæus. *Prophetia, & eruditio* ſeu *in-*
*crepatio, qua erudiuit eum mater ſua* Aquila. ῥῆμα
λαμμοῦν, id eſt, *verba Lammun*. Theodotion. ῥήματα
ῥεβουήλ, id eſt, *verba Rebuel*. Symmachus λόγοι λά-
Aquila. Theod. μουν, id eſt, *Sermones Lamuel*. Eſt autem hîc למואל C
*Lemuel*, per Scurech. ſed infrà *Lemoel*, per cholem.
Hanc diuerſitatem obſeruauit Caietanus, & quo-
Caietanus. ad ſenſum nihil intereſſe dicit. Nam qui in ini-
tio ſuperioris capitis ſemetipſum in prima perſona
איתיאל *Ithiel*, nuncupauerat, hoc eſt *mecum Deus*
hîc in tertia vocat *Lemuel*, id eſt, *cum ipſo*, vel *in*
*ipſo Deus*, nam *Lemuel* fit ab למו *Lemo* & אל el.
Quidam etiam legunt למועל *Lamoel*, quod inter-
pretatur *ipſius Deus* per Kameſt & Cholem ab
למו, & אל Beda verò, Lyra & alij conuertunt.
Beda. *Cum quo Deus*, ſed præferenda eſt prima lectio.
Lyra. Fere interpretes docent Salomonem eo nomine
inſignitum à Matre ante lapſum ob propheti-
cum ſpiritum, per quem Deus ipſi præſentiſſi-
mè aderat, vel quia valde gratus erat Deo. Ad-
Ianſenius. notat præterea Ianſenius id nominis compoſi- D
tum & conflatum videri ex nomine שלומו *Selo-*
*mo*, ſublato ש & addito אל nomine Dei. Ita vt
dicamus Bethſabee (vt ſolemne eſt matribus
cum filiis delitioſè agentibus) nomen illius
commutaſſe, illi nimiùm applaudens, atque blan-
diens, vt placet Hugoni. Ego quidem reor Sa-
lomonis hoc nomen magno conſilio inditum
fuiſſe, quia vmbra erat, atque figura veri Salo-
monis Chriſti, qui propriè *Lemuel*, id eſt, *in ipſo*
*Deus*. Septuaginta interpretes nomen hoc diſſol-
uerunt, nam ſic conuertunt. *Verba mea dicta*
*ſunt à Deo, Regis admonitio, quem erudiuit mater*
*ſua*. Itaque non vnum aliquod nomen proprium
exiſtimarunt eſſe *Lemuel*, ſed propoſitionem, ac
nomen Dei.

Viſio. Hebr. משא *Maſa* fluit à radice נשא *Naſa*,
quæ ſignificat *portare* & *eleuare*. Itaque *Maſa*
propriè *onus*, ac *pondus* notat: ſumitur verò paſ-
ſim in ſcriptura pro vaticinio, & Prophetia. Er-
go aliqui hîc oneris ſignificationem obſeruan-
tes putant notari ſeueriorem aliquam correptio-
nem matris, alij non ita, ſed Prophetiam & vi-
ſionem, Chaldæus verò vtrumque complexus
eſt, habet enim. *Prophetia, & correptio, qua eru-*
*diuit eum mater ſua*, Symmachus. *Aſſumptio qua*
*erudiuit*, &c. Aquila *Pondus* Diuus Ambroſius ad Aquila.
virgines. *Admonitio, qua erudiuit*, &c. Sed ex- Ambroſ.
pendamus ſingula.

*Verba Lamuelis Regis*, non quidem ab ipſo pri- 2
mum dictata, ſed recitata & relata, vt à matris
ore didicerat. Huius quidem orationis, quam ad
filium habuit Bethſabee, non vnam cauſam of-
ferunt Hebræi. Alij enim dicunt, vel potius fa-
bulantur, Salomonem cùm in prima nocte nu-
ptiarum, quas cum Pharaonis filia copulauit ex
conuiuio geniali mero incaluiſſet, ac nouis amo-
C ribus laſciuiret; in thalamo ad multam vſque
diem hæſiſſe. Hæc autem Regis iners indulgen-
tia in cauſa fuit, vt hora ſacrificij matutini præ-
teriret, atque hoſtiæ ſolemnes non perſoluerен-
tur. Nam claues templi erant ſub ceruicali Salo-
monis, atque adeò ſacerdotibus aditus præclu-
ſus fuit, Eapropter, inquit, mater filium ſuum in-
crepauit, & ſeuerius monuit obiiciens libidinem
& crapulam, de quibus poſtea ſermo eſt. Sed
quis non videat hoc aliis Rabinorum figmen-
tis prorſus adſimile eſſe? Aptius, ac veriſimi-
lius alij etiam Hebræi docent Salomonem patre
demortuo, vt erat liberali ingenio & moribus
ingenuis, vt matri pro adepto ſibi regno gra-
tiam referret, eidem ſignificaſſe, vt quidquid
vellet nihil non exoratura poſtularet; ipſam ve-
D rò his verbis occurriſſe, quibus adſtruit nihil
gratius ſibi à filio præſtari poſſe quàm vt libidi-
nem, atque crapulam caueret. Cæterùm fruſtra
ad hæc commenta confugimus, cùm ſit obuia
ſatis huius orationis cauſa Puta ergo ſtudioſam
& ſollicitam de filij educatione Bethſabee hæc ab
ineunte ætate Salomoni monita ſæpius dictaſſe,
atque inculcaſſe, vt altius illius animo infigeren-
tur, quæ adeò memoriæ illius adhæſerant, vt ea
iam prouectus repeteret. Nec inſolens Salomoni
ſententias à Matre olim acceptas in librum iſtum
referre: nam ſupra capite 4. verſu 3. ſic fatur.
*Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnige-*
*nitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat:*
E *Suſcipiat verba mea cor tuum*, &c. Vide quæ in
eum locũ coniecimus. Hugo Cardinal. exiſtimat
hoc prius Hemiſtychiũ, *verba Lamuelis Regis*, nõ à
Salomone conſcriptũ, ſed ab inſtauratore ſacrorũ
librorum Eſdra in titulum capitis præfixũ, deinde
in textum relatum Non inficior in antiquis codi-
cibus hæc extra textum in fronte capitis adſcribi;
ſed tamen poſtquam correctiora Clementis Bi-
blia reliquo textui inſeruerunt, haud dubitan-
dum eſt à Salomone pronuntiata. Itaque ait.

*Verba Lamuelis Regis, Viſio qua erudiuit*, quaſi A
dicat, ea, quæ hactenus adſcripſi mea ſunt, ſed
tamen illa potiſſimum mea eſſe iudico, quæ à
matre accepi; nam præſtantiſſima patrimonij
pars, quam parentes in filios transferunt, ſunt
*Hugo.* monita, & adhortationes ſalubres. Et quidem
cùm doctiſſimus, ac ſapientiſſimus vulgo habear,
haud piget meo nomine matris conſilia profer-
re, quæ nimirum fœminæ captum exuperant, &
ſapientiſſimo viro digna ſunt. Et quidem ſi vera
eſt Hugonis ſententia, illud nomen *Lamuel* Salo-
moni à matre inditum fuiſſe cùm illi adhuc par- B
uulo blandiebatur & indulgebat, accommodatè
hîc additum eſt, cùm Salomon ea recenſet, quæ
mater illi blandiens & applaudens dicebat. Inte-
rim autem cogita illius Heroinæ ſeueros mores,
quæ inter blanditias tàm ſeria monita miſcebat:
imò hæc & non alia erant illius blandimenta &
plauſus, quibus filium delitiosè fouebat. Diſcite
matres adblandiri filiis, neu veſtris delitiis remol-
leſcant & illiquefiant. Ad hæc, acerbæ quædam,
& rigidæ nimium matres, quæ filios ſuos paſſim
diabolo, ac diris deuouent, animaduertant quo-
nam nomine Salomonem paruulum compella-
re ſolita erat, etiam cùm increpat & corripie-
bat, *Lamuel .ſ. cum ipſo Deus*, quod perinde eſt ac
ſi diceret, *Valate Dios*: quia verò mater id nomi-
nis paſſim vſurpabat inde factum vt Salomon il-
lud cognominis loco ferret, ita vt vulgò *Lamuel* C
4 à pueritia vocaretur.

*Viſio, qua erudiuit eum mater ſua.* Nomen vi-
ſionis *Vaticinium*, & Prophetiam ſonat, quapro-
pter dubium eſt an Bethſabee fuerit prophetiſſa,
*Caietanus.* & vatidico ſpiritu afflata, negant expreſsè Caie-
tanus & Arboreus, ex quibus Caietanus aſſerit
fieri quidem potuiſſe vt hæc à Nathan Propheta
accepta mater filio denuntiaret, ac referret. Ar-
*Arboreus.* boreus autem nomine prophetiæ, ac viſionis,
non oraculum aliquod, ſed piam, & ſpiritualem
doctrinam ad mores informandos idoneam ſi-
*Ianſenius.* gnificari vult (vt paſſim aliàs in ſcriptura.) Ian-
*Pineda.* ſen. verò, cui hæret noſter Ioannes Pineda, faten-
tur Betſabee Prophetiæ dono illuſtratam fuiſſe, D
atque ex hoc loco ſatis efficaciter colligi eam
ex diuino afflatu præuidiſſe futuros deinde Sa-
lomonis amores & turpem libidinem, atque il-
*Beda.* lum iam inde à puero aduerſus eam peſtem ſa-
*Hugo.* lutaribus documentis munire cœptam: & qui-
*Gloſſa.* dem huic ſententiæ non aduerſor. Mitto Bedam,
*Rodolph.* Hugonem, & Gloſſam, qui totam hanc oratio-
nem Bethſabee adimunt gratiamque matris no-
mine ad ipſum loquentem induci volunt, hæc.n.
planè accommodatitia ſunt. Magis.n. placet Ro-
dolph. conſilium, qui docet Salomonem his ver-
bis innuere voluiſſe, quanti apud ipſum eſſet ma-
tris doctrina; tanti.n. ſe illam feciſſe dicit, vt Pro-
phetiæ & oraculi loco duceret, propterea addit
*Viſio, qua erudiuit eum mater ſua.* Et ſanè parentũ
monita filiis pro oraculis eſſe debent, nam per E
*Platon.* ipſorum ora Deus ad illos loqui, & certiſſima
reſponſa reddere ſolet. Subeſt Platonis ſententia
in Dialog. 11. de legibus. *Cuius pater*, inquit, *vel
mater confecti ſenio, quaſi theſaurus quidam domi
iacent, is putet nunquam aliud ſibi tale ſimulacrum
magis efficax domui ſuæ affuturum ſi rectè & vt de-
cet ab eo colitur.* Quæ verba ſic accipio, vt paren-
tes ſenes ad inſtar ſimulacrorum obtinere dican-
tur, quos filiis conſulere liceat, atque ipſi viciſſim
oracula & reſponſa eiſdem fundere ſoleant. Ali-
ter etiam nomen *viſionis*, ac Prophetiæ exponi
poteſt in vniuerſum pro re certiſſima & veriſſi-
ma quemadmodum vulgo dici ſolet de re aliqua
indubitata. *Eſto es el euangelio.* Sic Salomon pa-
rentis ſuæ documenta propter conſtantiſſimam
certitudinem viſionem, ac Prophetiam appella-
uit, etiamſi mater nuſquàm prophetico ſpiritu
afflata fuerit. Adhæc dici poſſet, hanc Bethſabee
orationem Prophetiæ, ac viſionis nomine dona-
tã à Salomone, non vtique quia mater ex diuino
afflatu tamquàm prophetes vſquam loquuta fue-
rit, ſed quia id, quod reipſa futurum erat attigit,
vt vulgò etiam dicere conſueuimus, cùm aliquid à
quopiam nobis ante denuntiatum contigit. *Eſto
me prophetico fulano*, non ita vt illum prophetico
ſpiritu diuinaſſe credamus, ſed quia illius conie-
ctura & ſuſpicio vera euaſit. Non aliter Salomon
videns ea, quæ ſibi iam inde à puero à matre do-
cumenta, & monita ſeriò tradita fuerant, ad ea
maximè ſpectaſſe crimina, in quibus poſtea de-
liquit, ſcilicet ad mulierum turpem amorem, vi-
ni & epularum intemperantiam; iſthæc docu-
menta viſionem, atque Prophetiam appellat.
Quod ſi pro *viſione onus* legas, vel pondus, 5
hæc.n. eſt altera ſignificatio, quæ ſubiicitur voci
*Maſa*, ſeueram matris correptionem ſignifica-
bit, quam Bethſabee ex materna licentia in illum
animaduertiſſe credendum eſt, iam tunc cum
turpi mulierum amore flagrare & vino epuliſ-
que ſolui cœpit, tunc enim maximè opportuna
erat hæc increpatio, quæ meritò *onus* appella-
tur, vel *pondus*, quia nimirum grauis admodum
fuit, atque ſeuera. Sed licet hæc non ineptè dicta
ſint, tamen præferenda eſt illa interpretatio, quam
ſupra dedimus c.30. verſ. 1. vbi germanam cauſam
obtulimus, propter quam Salom. in ſuperiori ca-
pite, *Congregantem*, atque in hoc *Lamuelem* in-
ducit verba fundentes: lege etiam plura de hac re
in Iſagoge huius commentarij.

---

## *II. Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum?*

Quid dilecte mi, &c. Heb. *Quid fili mi, quid fi- 6
li votorum meorum.* Chal. *Qualeva fili mi?
va? fili vteri mei, va fili votorum meorum.* Sept.
*Quid fili ſeruabis? quid dictiones Dei primo genite ti-
bi dico fili, quid fili mei vetris? quid fili mearum ora-
tionum?*

Vti horum verborum vis melius capiatur ſin-
gula enucleanda ſunt, *Quid dilecte mi?* profectò
circa illud *quid*, ter repetitum, non vna interpretũ
mens, nam cùm verbum aliquod ſupplere opor-
teat, alij aliter decernunt. Ergo ex his, quos ſupra
adſcripſi, quotquot ſentiunt Salom. matri amplam
quidlibet petendi copiam feciſſe, addunt illam
ſic reſpondiſſe. *Quid dilecte mi?* quid inquam pe-
tam à te fili amantiſſimè? per illam verò repeti-
tionem inducitur Bethſabee quodammodo ad-
dubitans, quid potiſſimum à filio expeteret, ab-
ſoluit autem ea deprecans, quæ ipſi filio maximè
ſalutaria fore putauit. Secundò alij ſincerius ediſ-
ſerunt, *Quid dilecte mi?* quid ſcilicet dicam tibi?
Illud verò *quid* ter propterea vſurpatum fuiſſe
dicunt, quia triplex eidem conſilium præbere
decreuerat: Primum de libidine fugienda, ſecun-
dum de ebrietate vitanda, tertium de iniuria pro-
ximo non inferenda. Tertiò alij illud *quid* vocem
eſſe dicunt excitantis, & ad audiendum compa-
rantis, quaſi dicat *Hem*, vel *heus dilecte mi.* Et qui-
dem ſi dicamus hæc verba eſſe matris Salomoni

adhuc tenello adblandientis, placet hæc extrema A
obſeruatio: Sin verò ad correptionem, & incre-
pationem eſſe affirmemus, qua mater iuuenem
iam & luxui habenas laxantem coercuit, ſanè
illud *quid* minas cohibere exiſtimo, ac ſi dicat,
quid de te ſperem fili mi? id eſt, mali aliquid
ominor. Chald. id expreſſit, qui ſic habet. *Quale
væ fili mi? væ fili vteri mei*, &c. id eſt, *Que ſera deti
hyo mio Ay deti hiio de mis entrannas.*

7 *Pagninus.* *Dilecte mi.* Hebr. ברי *Beri.* Pagninus admonet
in quibuſdam codicibus legi, *Electe mi*, idque
propiùs ad Origines accedere, nam בר *Bar* poteſt
eſſe Benoni, à verbo ברר *Barar*, duplicante ſecun-
dam, quod ſignificat *eligere, mūdare*, itaque *Bar*, eſt
electus, mundus & purus. Item בר *Bar*, cum nomē B
ſubſtantiuum eſt, *filium* ſonat, vt obſeruauit Diuus
Hieron. ad illa verba Pſ. 3. *Apprehendite diſcipli-
nam*, vbi ſic ex Hebr. conuertit, *oſculamini filium*,
communiter autem ex Hebræis aliqui inter בר
*Bar* & בן *Ben* hoc intereſſe dicunt, quod *Ben*, quē-
libet ex filiis notat, *Bar*, autem eum tantummodo,
qui præ cæteris electus, atque dilectus eſt; qua-
propter accommodatè interpres noſter conuer-
tit hîc, *Quid dilecte mi*, aptè. n. mater dilectum
eum appellat, quem ante alios omnes filios, quos
ex Dauid ſuſceperat adamauit, adeò vt reliquis
poſthabitis illum ad regni faſtigium euehendum
curauerit. Quod ſi verbum illud *Bar*, ſit partici-
pium à radice *Barar*, vt nuper obſeruaui, atque
adeò conuertas. *Quid electe mi?* aut *quid munde mi?*
ſenſus etiam erit cohærens, ita vt electum mater C
vocet illum, quem præ cæteris adamatum delegit,
vt patri ſucceſſorem offerret. Vel appoſitè ad ea
documenta, quibus illum imbuere decreuerat,
*mundum purumque* illum iterum, atque iterum vo-
cat, quaſi dicat, ô pure adhuc & immaculate
adoleſcens, *ô pure vteri mei*, &c. qui ſcilicet eam
adhuc munditiem ſeruas quam ex vtero matris
traxiſti, & quam egomet tibi votis & orationi-
bus meis impetraui; ne committas vt hanc puri-
8 tatem, & munditiem contamines, & commacu-
les. *Ne tradideris mulieribus ſubſtantiā tuam, &c.*

*Quid dilecte vteri mei?* Sunt qui nomine *vteri*
*Paulus.* viſcera in vniuerſum notari exiſtiment, quaſi di-
cat, quid dilecte viſcerum meorum? i. quem to-
tis viſceribus amplector, eo ſenſu, quo Paulus in D
Epiſtola ad Philemonem, Oneſimum ſeruum
ſua viſcera appellat cùm ait. *Suſcipe mea viſcera*,
Reliqui exiſtimant Bethſabee filio obiicere tem-
pus, quo illum in vtero geſtauit, atque dolores,
& cruciatus, quibus illum tandem enixa eſt, vt
ipſum magis ſibi deuinciat, & obſequentiorem
*Machab.* reddat, quod ſatis ſolemne eſt matribus. Machab.
2.c.1. Mater ſeptem filiorum, ad vnum, qui ſex
iam interfectis ſuperſtes erat ſic orationem ha-
buit. *Fili mi miſerere mei, quæ te in vtero nouem men-
ſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in æta-
*Pineda.* tem iſtam perduxi*, & apud alios ſimilia paſſim le-
gas. Ad hæc noſter Pineda in ſuo Præuio Salo-
mone lib. 1. cap 6. ex hoc loco colligit Bethſabee E
Salomonem non peperiſſe tantùm, ſed etiam
aluiſſe, ac propriis vberibus lactaſſe, nam cap. 4.
*ſe vnigenitum & tenellum coram matre* ſua fuiſſe
dicit, id eſt, non amandatum & nutricibus tradi-
tum, ſed matris ſemper in gremio reptaſſe & in
oculis fuiſſe. Hoc autem, inquit, propterea aſſe-
rendum eſt, vt ila indulgentiæ plena blandimen-
ta meritò vſurpare poſſet Bethſabee. *Quid dilecte
vteri mei? quid dilecte votorum meorum?* adi ipſum;
conflat enim non pauca in eam ſententiam.

9 *Quid dilecte votorum meorum?* Non eodem modo
hæc verba exponi conſueuerunt. Ianſenius, dile-
ctum ſeu filiū votorū à matre cōpellari propterea
dicit, quia mater omnia ſua vota & deſideria in
illū vnicè intenderat, ita vt de nulla alia re, præter
quàm de ſalute, fortuna & fœlicitate illius ſolli-
cita eſſet. Rodolph. aliter atque aliter exponit. *Rodolph.*
Itaque filium votorū dictū cenſet, vel quia an-
tequàm illum conciperet, aliquod votū. Deo nun-
cupauerat, vt probū & ſapientem filium ab ipſo
obtineret; vel quia votis omnibus ac deſideriis ex-
petitum regnum à patre illi impetrarat. Caietanus
hæret Rodolpho, & priorem illius interpretatio-
nem ſic illuſtrat. *Fili votorum meorum*, id eſt, tot
votis, ac deſideriis expetitus, vt non ſis minus de-
ſideriorum meorum filius, quam vteri mei, vtpote
quem animo magis, quàm corpore enixa ſum. Be- *Beda.*
da autem ſic legiſſe videtur. *Quid electe votorum
meorum?* Quam lectionē apud veteres in vſu fuiſſe
nuper admonui. Explicat autem ad hunc modum,
fili mi, qui electus demùm es, ad hoc, quod ego ti-
bi tota deuotione deſiderabam & deprecabar, ſci-
licet in regnum. Alij demum *dilectum votorum*, hoc
ſibi velle dicunt, id eſt, quem non modo vti mater
filium adamaui, ſed etiam vt amica amicum ſuum?
his enim de more erat, pro ſalute illorum, quos
impensè diligebant, vota & victimas Deo exolue-
re, vnde amatrix illa fœmina ſupra c. 7. ſic ad iuue-
nem, cuius amore flagrabat. *Victimas pro ſalute
deuoui, hodie reddidi vota mea.* Nec inſolens hæc
ſententia apud parentes, atque filios, nam apud
C Homerum Hecuba Hectorem filium ſæpe amicū
compellat, atque ipſi viciſſim matrem amicam di-
cit, vt obſeruat illius Scholiaſtes.

Placet nihilominus coniectura noſtri Ioan. de
Pineda in Salom. li. 1. ca. 6. qui docet Bethſabee, 10 *Pineda.*
quæ viderat priorem filium ex adulterio ſuſce-
ptum paulo poſt lata ſententia interiiſſe, timore
maximo perculſam fuiſſe ne ſecundus filius ſimili
ſententia decederet, atque adeò pro illius ſalute
& incolumitate ſollicita mente vota Deo nuncu-
paſſe, & preces fudiſſe; eapropter illum filium
votorum ſuorum appellat. i. quem non ſolum ex
vtero editum pepererat, ſed indies etiam votis, ac
precibus quodammodo reparturiebat. Hūc ſpe-
ctat lectio Sept. qui habent. *Quid fili mearum ora-
D tionum?* Itaque Salomon orationum filius dicitur,
ſiue etiam quia editum iam in lucem mater preci-
bus à præcoci morte vendicauit, ſiue etiam quia
regnum, ſapientiam, & probos mores eidem ma-
ter precibus ſuis exorauit. Quapropter affirma-
re licet Orationem vna cum Bethſabee Salomo-
nis matrem fuiſſe, aut etiam commatrem, ſic. n.
in Hom. de Anna, & Samuele Chryſoſt. aſſerit
Orationem in procreando, alendo & educando
Samuele, *Annæ commatrem* extitiſſe.

Sed tamen quæres an Salomon filius oratio-
num dici queat, ſicut Samuel, Iſaac, Ioannes Ba-
ptiſta & alij, quos quia ab infœcundis, & ſterili-
bus parentibus procreati ſunt, filios orationum
vocat Ambroſ. in 1. cap. Lucæ? Et quidem Ruper-
E tus Bethſabee in ſterilium fœminarum cenſum *Ambroſ.*
refert, nam in ca. 2. Matth. ſic ſcribit. *Septem ma- Rupertus.*
*tres fuiſſe ſteriles ſacra ſcriptura memorat, Sarram,
& Rebecam, Rachel, & eam, quæ peperit Sanſon,
Annam matrem Samuelis, Bethſabee quæ fuit mater
Salomonis & Elizabeth, quæ peperit præcurſorem
Domini: qui ex iſtis nati fuerunt, magni fuerunt, &
in pleriſque (vt iam dictum eſt) admirabiles quaſdam
ſimilitudines Domini prætulerunt, de virginitate na-
ſcituri, quæ naturaliter ſterilis eſt, & non parit, vide-
licet Iſaac & Iacob, Ioſeph & Sanſon. Samuel &*

*Salomon*, hæc ille. Cui adſtipulatur Dionyſ. 2. Reg.
*Dionyſius.* 11. ad illa verba. *Sanctificata eſt ab immunditia ſua*
*& dixit, concepi*, Liberata (inquit Dionyſ.) ab
ſterilitatis & infœcunditatis opprobrio, quia ha-
*Pineda.* ctenus filium minimè genuerat. Dubitationem
hanc verſat Pater Pineda in ca. 7. eiuſdem libri,
ac demum Bethſabee ſterilem minimè fuiſſe de-
cernit, imò tantùm ab ſterilitate abfuiſſe, vt ex
primo Dauidis concubitu conceperit, cui ego
libenter ſubſcribo: non.n. adduci poſſum, vt cre-
dam, primum Bethſabee partum ex adulterio ſuſ-
ceptum à Deo fœcundationis miraculo honora-
tum. Illa autem verba. *Sanctificata eſt ab immun-*
*ditia ſua*, alium ſenſum reddunt, ſignificant.n. mẽ-
ſtruum profluuiũ illi defuiſſe, quod vbi experta
eſt ſtatim dixit, *concepi*, nullum .n. fœminis con-
*Paralip.* cepti fœtus certius argumentum eſſe conſueuit,
*Paulus.* quam menſtrui fontis defectio. Quod autẽ *ſan-*
*ctificata* dicitur perinde eſt ac purificata à ſordi-
bus menſtrui, nam *ſanctifico*, non ſemel in ſcriptu-
ris idem eſt, quod *purifico*, ſecundi Paralipom. 15.
*Sanctificamini cum fratribus*, ad Heb. 9. *& inqui-*
*natos ſanctificat* .i. *purificat*, & alibi. Quapropter
cùm Salomon *filius orationum* appellatur, non
eſt ſenſus ipſum ab ſterili matre per orationes
conceptum, ſed multis aliis modis ab eadem ma-
tre orationibus ac precibus tum natum, tum etiam
ſeruatum, vt ad regnum capeſſendum veniret.

11

*III. Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam;*
*& diuitias tuas ad delendos Reges.*

NE *dederis mulieribus*, &c. Heb. *Ne dederis*
*mulieribus robur tuum, & vias tuas ad delen-*
*dum Reges*, Chald. *Ne dederis mulieribus fortitu-*
*dinem tuam, & vias tuas filiabus Regum.* Sept. lon-
gè aliter. *Ne dederis mulieribus diuitias tuas, &*
*Caiet.* *mentem tuam, & vitam in ſeram conſilij mutationẽ*,
*Ianſen.* ſic habet correctior textus, Græcè εἰ ὑστεροβουλίαν.
Complut. & Reg. *in pœnitentiam*, accinit Theod.
εἰς μετάνοιαν .i. *in pœnitentiam*, idem verò Theod.
Aqui. & Sym. priora verba ſic extulerunt. *Ne de-*
*deris pecunias tuas mulieribus.* Quomodo autem
eiuſmodi lectiones cum Originibus cohæreant,
deinde ſubnectam.

*Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam*, Caiet.
& Ian. affirmant ſatius eſſe *robur* quam *ſubſtan-*
*tiam* reddere, & Vulgato interpreti tam in hoc,
quàm in ſequenti Hemiſtychio oblatrant. Sed
vtrobique aberrant, & Vulgati mentem non te-
nent. Hic. n. cùm vox Originalis ambigua eſſet,
atque diuitias & robur ex æquo ſignificaret, vo-
cem ſimiliter ambiguam, & ancipitem addidit
quæ pro diuitiis & pro ipſo corpore, aut corpo-
ris robore ſumi ſolet; talis.n. eſt *ſubſtantia*. In quo
ſuperat Sept. interpretes, qui habent τὸν πλοῦτον. i.
*tuas diuitias.* Ergo vocem ambiguam, & anci-
pitem duplicem ad ſenſum vocant interpretes: alij
ſic exponunt. *Ne dederis mulieribus ſubſtantiam*
*tuam*, ne ſcilicet opes tuas & facultates regias
mulieribus impendas; nam quamlibet regiæ ſint,
& immenſæ tamen ocyùs exhauſtis theſauris de-
ficient; nam fœminarum quoque immenſa aui-
ditas eſt; ſed hac de re non ſemel ſupra ca. 6. 7. &
9. fruſtra hîc multis. Secunda expoſitio eſt. *Ne*
*dederis*, &c. id eſt, ne immodico, ac intemperanti
veneris vſu corpus conficias, & vires labefactes
tuas. Vide etiam plura de hoc argumento ſupra
c. 5. v. 9. & 11. *Et diuitias tuas ad delendos Reges*,

A Carpunt ſimiliter hanc lectionem Caiet. & Ian.
& eam præferunt, quæ reſpondet Originib. ni- 12
mirum, *& vias tuas*, &c. ſed tamen eam retinet *Caiet.*
correctior codex, & nihil omnino abſurdi co- *Ianſenius.*
hibet, nec ſenſum euariat. Ergo prima interpre-
tatio ſic habet, Ne diuitias & theſauros tuos in
bella conferas & ad euertendos finitimos Reges
his abutaris. Et quidem aptè conſuluit mater fi-
lio regnare tunc inchoanti: nam primum regnare
incipientium conſilium eſſe ſolet de regno &
ditione amplificandis, præſertim eorum, qui the-
ſauros & copias non vulgares à parentibus acce-
perunt. Cum igitur Salom. ingentes à parente Da-
uid theſauros accepiſſet, ſapienter admodũ Beth-
ſabee id conſilij filio ſuo dat, neu de bellis, aut de-
B bellandis Regibus ſtatim cogitet, ſed conſilia
ſua, & rationes, ad quietem, pacemque traducat,
vt verè *Salomon* .i. *pacificus* exiſtat. Itaque Sal. eam
pacem, quam toto regni ſui tempore tanto ſtu-
dio amplexus eſt, parentis ſuæ conſiliis tribuit.

Secunda interpretatio per Reges accipit eos, 13
qui Regi à conſiliis ſunt & adminiſtrationi pu-
blicæ dant operam, qui cum ipſius Regis perſo-
nam vbique ſuſtineant, non immeritò Regum
nomen ferunt. Sic autem verba ediſſerit, & cum
ſuperioribus nectit, *Nec diuitias* (ſeu vias) *tuas ad*
*delendos Reges*, ne. ſ. libidini obſequaris, & mulie-
rum amore colliqueſcas. Etenim Rex cum ſis
exemplo tuo plurimum aliis nocebis, & eos vel
maximè euertes & in tuos mores traduces, qui
C tecum quaſi corregnant, nimirum proceres, &
conſiliarios tuos: hi.n. ſeſe ad Regum mores ple-
rumque effingunt, & eorũ viuendi rationẽ imitan-
tur. Sed tamen huic expoſitioni non acquieſco,
vim enim non paruam verbis ipſis afferre videtur.

Subiicio tertiam, quam ex Rabi Aben-Hezra
petitam tradunt, & præferunt Ian. & Rodolph.
*Nec vias tuas ad delendos Reges.* Noli, inquam, mu- 14
lierum amores ſectari, ne inquam actiones tuas *Abẽ. Ezra*
& inſtituta ad ea conuertas, per quæ maximè Re- *Rodolph.*
ges, & regna peſſum ire ſolent. Itaque vias tuas
dare ad delendos Reges, inquit Aben-Hezra, hoc
ſibi vult, ſectari. ſ. eos mores, & conſilia, quæ ma-
ximè Reges perdere ſolent, & regna euertere:
hæc autem ſunt libido & amor immenſus fœmi-
narum, quæ præ cæteris Reges à publica admini-
D ſtratione & negotiis agendis auertere & ad inertẽ
quandam ignauiam & inertiam traducere ſolent.
Ex tribus autem expoſitionibus ſanè mihi prima
ante alias probatur, quia melius cum Vulgata le-
ctione concinit, hæc autem tertia minimè diſpli-
cet, iuxta quam Emphaſim habet verbum origi-
nale למחות *Lamechoth*, eſt.n. à radice מחה *Machah*,
quæ ſignificat *abſtergere* aut *detergere*, & teſte
Dauid in libro radicum, propriè dicitur, aut de
calice, qui ad fundum vſque exhauritur, aut de
tabula litteris exarata, quæ conuerſo ſtylo deletur.
Patet hoc ex illo loco 4. Reg. 22. quem Diuus
Hieronymus ſic extulit. *Delebo Hieruſalem ſicut*
E *deleri ſolent tabulæ, delens vertam & ducam ſæpius*
*ſtylum ſuper eam.* Alij verò ad alteram ſignificatio-
nes referentes ſic conuertunt. *Et abſtergam Hie-*
*ruſalem, quemadmodum abſtergit quiſpiam calicem,*
*qui abſterſit & vertit ſuper faciem eius.* Ergo ſi illud
ad delendos Reges ad priorem referas ſignifica-
tionem, talis euadet ſenſus, fuge amorem mulie-
rum, & molles effœminatoſque mores, qui eiuſ-
modi ſunt, vt Reges de Regum, ne dicam de vi-
rorum catalogo deleant. An non Herculem, Sar-
danapalum, & Neronem venus & mollities de
virorum catalogo deleuit, & in fœminarum al-
bum

bum retulit? quos conſtat, velut demutato ſexu inter mulieres inglorie admodum aliquando conſediſſe, atque colis fila duxiſſe. Quod ſi ad poſteriorem ſignificationem referamus, ſic ſententia conformanda eſt, caue fœminarum amores, qui tales ſunt, vt vel reges ipſos rerum potẽtes non à liter copiis omnibus exhauriant, quàm cum calix aliquis ad fundum vſque vacuatus, & deterſus ſuper faciem vertitur ſuam. Et ſane hæc poſterior expoſitio aptius congruit cum vulgato textu, qui ait, *Et diuitias tuas ad delendos Reges*, ne ſcilicet copias tuas diſſipes, & in meretrices effundas, id enim ſatis eſt ad Reges ipſos copiis, ac fortunis omnibus priuandos, & theſauros eorum penitus exhauriendos.

15 Adeſt tamen lectio Septuaginta, quę difficilè admodum ad Hebraicos fontes reuocari poteſt. Sic enim extrema verba extulerunt, *Et mentem tuam & vitam in ſeram conſilii mutationem.* Accipe hac de re meum conſilium: ſane in Hebręo ſic habet ודרכיך למחות מלכים *vderabecha lamechon malechim*, quæ ad verbum ſic habent. *Et vias tuas ad delendum.* poſterior autem vox *malechim* duplici modo verti poteſt, vel ita vt ſit ſubiectum illius gerundii *ad delendum*, hoc modo, *ad delendum Reges*, vel ita vt per gignendi caſum efferatur hoc modo, *delendum Regum*, & participium habeat vicem nominis, quod Hebræis inſolens non eſt: quaſi dicat, ad deletionem, vel obliterationem Regum: ſenſus autem efformandus iuxta ea, quæ nuper diximus de conuerſione ſtyli ad delendas vel eradendas tabulas, quod verbum *Macham*, genuine notat: itaque ait. Ne vias illas, atque viuendi rationes ineas quæ cogunt Reges ſtylum vertere, id eſt, ſententias mutare, ducta metaphora ab his, qui quod ſemel in cereis tabulis exararunt, conuerſo ſtylo detergunt. Ergo Septuaginta metaphoram ſoluentes, ſic expreſſerunt. *Et mentem tuam, & vitam in ceram conſilii mutationem*, ſupple, *non des.* Congruit autem optime cum priori parte. *Ne des pecunias tuas mulieribus*, ac ſi dicat, ne copias, & fortunas tuas meretricibus addicas, nam decoctis facultatibus te ſera tandem pœnitentia capiet. ſic enim libidinoſis omnibus euenire conſueuit. Exemplo ſit iunior ille, qui vbi totam ſubſtantiam luxurioſe viuendo ligurriuit, tunc demum *ad ſe reuerſus dixit. quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus?* Item ſuprà idem Salomon iuueni luxurioſo ſeram pœnitentiam adſcribit. *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli: ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena, & gemas in nouiſſimis quando conſumpſeris carnes tuas*, &c. En ſeram deuoratis facultatibus & conſumpto patrimonio reſipiſcentiam. Et quidem ferè ita accidit, vt hi libidinibus mancipati homines non prius reſipiſcant, quàm conſumptis fortunis paupertas, fames, atque ipſarum fœminarum repulſa illos menti reddat, & ſanitati reſtituat. Luc. 5.

16 Ad extremum ſubiicio haud diſparem difficultatem occurrere in tranſlatione Chaldaïca cum originibus conſuenda, quæ ſic habet. *Ne dederis mulieribus robur tuum, & vias tuas filiabus Regum.* Niſi quis dicat Chaldæum pro למחות *lemechoth*, legiſſe, לבנות *lebanoth*: aut ex propria coniectura ſic reſtituendum exiſtimaſſe, quia non ſatis aſſequutus eſt vim textus Hebraïci, & ſenſum eâ ratione quadrare conſpexit, ad hunc modum, Ne mulieres impenſiùs adames: ſed illud imprimis caue, ne longiùs à finibus Iſraël excedas, & ad alienigenas tranſeas, vt filias Regum tibi in coniu-



A gium aſciſcas. Itaque mater conſulit filio Salomoni, vt legem eam ſeruet, quæ prohibet alienigenarum nuptias. Ad alia.

---

*IV. Noli Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinum: quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas.*

NOli Regibus, &c. Hebr. *Non Regum, ô Lamuel, non Regum bibere vinum, & gubernatorum non eſt ſicera.* Chaldæus. *Obſerua te à* 17
B *Regibus, ô Lamuel, obſerua te à Regibus, qui bibunt vinum, & à potentibus, qui bibunt ſiceram.* Septuag. paulò aliter. *Cum conſilio omnia fac, cum conſilio vinum pota: potentes iracundi ſunt, vinum autem non bibant.* S. Hieron. in c. 5. Iſaiæ ſic extulit verba Sept. *potentes verò ſi iracundi ſint, vinum non bibant.* Hieron. Ex his conſtat extrema noſtræ tranſlationis verba, *Nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas*, longiùs abire ab aliis interpretationibus: placet autem coniectura Ianſenij, qui obſeruat vocem רוזנים *Rozenim*, quæ *gubernatores* ſonat, aliàs ab interprete noſtro ad ſecretum referri. Iſaiæ 40. *Qui dat ſecretorum ſcrutatores, quaſi non ſint.* Iſaia 40. Hebr. *Rozenim*, neſcio an alibi. Addit præterea Vulgatū pro ל *le*, deſeruiente, legiſſe
C לא *lo*, negatiuum, vt crediderit ſenſum eſſe, *& non ſecretarij vbi ſicera*, quem ipſe luculentius expreſſit, *Nullum ſecretum vbi regnat ebrietas*, illud tamen non probo, ſcilicet commutationem deſeruientis ל *le*, in לא *lo*, ſed ſuperioris clauſulæ negationem bis repetitam ad extrema verba, ab interprete noſtro extenſam: eſt. n. Hebręis perquàm familiare negationem ſupprimere, ac ſupplere ex prima quæ præceſſit clauſula, eiuſmodi eſt illud Pſ. 142. *Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.* Pſa. 142. hoc eſt, *Et non ero ſimilis*, &c. & paſſim alibi.

Huius autem loci non vna expoſitio. Primo er- 18
D go quibuſdam placet Bethſabee filio Salomoni id conſilij dare, vt ſuis proceribus, & aliis, quibus ad publicam regni adminiſtrationem vtetur. vini vſum indiceret: putant. n. hos Reges appellari, quia Regis perſonam, & vices agebant. Itaque ait: *Noli Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinum.* id eſt, tuos conſiliarios à vino penitus abſtinere iube: aliter omnes tuas rationes, & arcana conſilia in palam dabunt, *nullum enim ſecretum vbi regnat ebrietas.* Sanè conſilium optimum eſt, ſed expoſitionem minimè probo: Mater enim filio potius ſuadet vt temperantiam ipſe ſeruet, quàm vt aliis leges temperantiæ imponat.

Igitur Lyra, Ianſen. Arboreus, & alij, per *Reges* Salomonem ipſum vnà cum ſuis proceribus, ac iudicibus intellexerunt, ad quos ait: Neque tibi, Lyra. Ianſen. Arbor.
E neque tuis conſiliarijs vini plurimum hauriendum dederis, cùm illos fortè conuiuio exceperis: tempera ſcilicet tibi à vino, & Principibus tuis eandem temperantiam indicito. Et quia Princeps cum Rege ſimul affatur, omnes Reges compellat, ita enim omnes à ſuperioris nomine cenſeri debuerunt. Caietanus, & Rodolphus, imò etiam Ianſenius, cùm non ſatis hæc illis placeant, de Vulgata lectione parum bene ſentiunt: itaque ſic legendum cenſent. *Non Regum, ô Lamuel, non Regum bibere vinum*: id eſt, dedecet maximè Reges temulentia, & crapula. Caiet. Rodolph. Cæterùm cùm noſtram lectionem deſerere nec fas, nec pium ſit: puto quidem Vulgatum aptiſſimè conuertiſſe, nam cùm extremam ſu-

perioris ſententiæ clauſulam ad hunc modum extuliſſet, *Et delitias tuas ad delendos Reges*, Hebraiſmum retinens, quod perinde eſt ac ſi dicat. *Ne conferas opes tuas ad delendum te ipſum Regem*, per ſimilem Hebraiſmum ſequentem verſum extulit dicens, *Noli Regibus ô Lamuel, noli Regibus dare vinum*. i. tibi ipſi Regi plurimùm vini miniſtrari vetato, præſertim cum tam ſit familiare linguæ ſacræ numeros multitudinis pro ſingularibus vſurpare. Sed expendo iam ſingula.

13 *Noli Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinum*, tunc cum filium à vino temperare ſibi iubet Bethſabee, nomen Lamuelis reſumit. i. *cum ipſo Deus*, vel *ipſi Deus*, vtrumque. n. ſiue hoc, ſiue illud, Regem abſtemium eſſe oportere demonſtrat. Itaque mater vini temperantiam filio ſuadet duplici nomine, & quia Rex, & quia Lamuel: Regem enim cum primum dedecet vinolentia. Inter alias leges (author eſt Laërtius) quas Solon tulit Lacedemoniis altera ſic habebat. *Princeps ſi deprehendatur ebrius, morte mulctetur.* Item Alex. ab Alex. lib. 3. c. 11. tradit apud Indos lege, ſimiliter cautum, *Vt concubina, vel alia qualibet mulier Regem temulentum occidens, hoc donaretur munere, vt ſucceſſori nuberet.* Quantum vero ex Principis ebrietate periculi immineat, vnus confirmat Alexander Magnus, qui inter ipſa pocula Clitum chariſſimum ſibi ac fideliſſimum haſta transfodit, quo facinore intellecto prope fuit vt ſibi etiam ipſi manus afferret. Vnde Auguſtinus ad ſacras Virgines de hac Alexandri intemperantia ſic ſcribit. *Innumerabiles quidem iugum Dominationis diu recuſantes vinolentia in alienum redegit arbitrium. Alexander omnium victor à vino victus eſt.* Seneca in epiſt. 28. de eodem Alexandro. *Alexandrum*, inquit, *qui tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quæ victa temporum ac locorum difficultate tranſierat, tot flumina ex ignoto cadentia, totque maria tutum dimiſerunt, intemperantia bibendi, & ille Herculaneus ac facilis ſcyphus ſummerſit*: quaſi diceret, *El que auia paſſado tantos rios, y tantos mares ſe vino achogar en vna taza de vino.* Et quidem cyathus vino plenus, pelagi turbulentiſſimi vndas imitatur: vnde non inepte antiqui Græci maximos quoſdam ſcyphos *Thetides*, id eſt maria appellabant, vt tradit Athenæus lib. 5. cœnarum. *Maria* inquam, in quibus plura quàm ipſiſſimo in mari naufragia euenire conſueuerunt. Ad id ſpectant illa verba Salomonis ſupra capite vigeſimo tertio. *Ne intuearis vinum*, &c. *Et eritis ſicut dormiens in medio mari, & ſicut gubernator amiſſo clauo.*

*Solon. Alex. ab Alex. Alexand. Mag. Auguſt. Seneca. Athen.*

21 Sed tamen elegantiſſime de Principis ebrietate Plato dialogo tertio de Republica. *Ab ebrietate itaque omnibus diximus abſtinendum: ſed tamen cùm alii, tum maximè Cuſtodi non conceditur, vt ebrietate grauatus vbi terrarum ſit neſciat. Nempe ridiculum eſſet Cuſtode indigere Cuſtodem.* (Nota eſt acceptio Cuſtodis apud Platonem pro ſupremo Principe.) Addit præterea eiuſmodi cuſtodes, vel ex eo abſtemios eſſe oportere, quia athletæ quidam ſunt, hi autem à vino & crapula magnopere ſibi cauebant, putabant enim his vires, atque lacertos elidi: ſic autem ſcribit. *De his vero quid dicemus? Athletæ quidem hi viri ſunt & maximi quidem certaminis. Nonne maxime quidem.* nimirum quia ſecum, & cum vitioſis omnibus decertant. Adhæc alio ex capite id comprobat, quia ſcilicet ebrii crapulam edormire ſolent. Cuſtodes vero inſomnes eſſe oportet, *At vero*, inquit, *ſomnolenta eſt ebrietas, & ad valetudinem dubia. An non vides quod vitam totam edormiunt?* Et poſt pauca. *Ergo dedecet ebrietas hos bellicoſos athletas, quos velut canes inſomnes eſſe oportet, & acutiſſime videre atque audire.* Ad extremum Baſilius Imperator capita quædam exhortatoria Leoni filio dictauit, quæ habentur in 5. to. Bibliot. PP. in his autem capite 25. de luxu, & ebrietate ſic ſcribit. *Refuge commeſſationes, in quibus indulgetur poculis, ebrietas enim inimica eſt prudentiæ. Vbi enim mens à vino opprimitur, idem contigit Principi, quod imperitis aurigis, qui cum regere currum neſciant, & ſe, ac ſuos equos hùc atque illùc circumagunt, & ſpectatoribus magnos riſus excitant, ac denique in præcipitia feruntur. Hæc ille.*

*Plato. Baſil.*

Rurſus alio nomine mater vini abſtinentiam Salomoni filio ſuadet, quia *Lamuel* eſt, id eſt, *in ipſo*, vel, *cum ipſo Deus*, atque Deus ab ebriis quàm longiſſime abeſt. Sane Baſilius infra ebrios cum his, qui à dæmone obſeſſi ſunt componit. Auguſtinus in ſerm. 24. de tempore ipſammet ebrietatem *blandum dæmonem* appellat. Clemens Alex. in Pædagog. ebrios, & guloſos cum pythonibus ventriloquis comparat, nimirum cum his, ex quorum ventre diabolus oracula & reſponſa refert. Chryſoſtomus Homilia 1. ad Populum. *Ebrius*, inquit, *dæmon eſt voluntarius, mortuus, animatus*, &c. Cum igitur in temulentis diabolus tot nominibus adeſſe, & præeſſe dicatur, vtique Deus in ipſis manere non poteſt. Vnde Baſilius in oratione 16. de ingluuie & ebrietate ſic aſſuit. *Ebrietas Dominum non ſuſcipit, Spiritum ſanctum depellit: nã vt fumus fugat apes, ſic crapula dona fugat Spiritus ſancti.* Merito ergo Bethſabee, vt filium ab ebrietate deterreret *Lamuelem* appellat. ſ. *in quo eſt Deus.* Quod ſi ethymologia huius nominis ſit *ipſius Deus*, vt ſupra animaduerti, id etiam temulentiæ aduerſatur: nam vt Princeps erga ſuos Deus quodammodo ſit, ac numen propitium, Duo præcipit Anonymus ad illa verba Pſal. *Quoniam dii fortes terræ*, &c. ſ. vt quemadmodum Deus vbique locorum præſens eſt: ſic etiam Princeps vbique adſit, & totam quodammodo Rempublicam compleat: atqui ebrius, vt ait Plato ſupra, *vbi terrarum ſit, neſcit*, imo nullibi gentium eſt, nec ſecum ipſe. Secundo Princeps Dei prouidentiam erga ſuos imitari debet: quid autem magis vel improuidum, vel incautum, quàm temulentus? 21

*Baſil. Auguſt. Clem. Al. Chryſoſt. Baſil. Plato.*

*Quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas*, accommodate ſane vſus eſt Salomon verbo illo, *Regnat*. nam cum Princeps vino deditus eſt, non tam ipſe, quàm merum & ebrietas regnat. Vinum quippe ebrium, atque omnes eius actiones moderatur. Huc ſpectat D. Baſilius in oratione de ingluuie, cum ait, *Cum enim multum meri infuſum fuerit, quaſi tyrannus quidam arcem petit, & à ſummo vertice ingentes tumultus animæ præbet, nulli rei, ne principali quidem parcit, ſed ipſam primum rationem in ſeruitutem addicit. Propter hoc Dynaſtæ inquit ne bibant vinum.* Quibus verbis vini in hominem tyrannicum imperium deſcribit, & plane ad hunc Salomonis locum adludit. 22

*Baſil.*

Quod autem ebrietas omnis ſecreti, & arcani violatrix ſit paſſim legas D. Auguſtinus ad ſacras virgines. *Ebrius vultu deiecto ſupinus accumbit, & nullo alio cogente præter vinum cordis ſui arcana patefacit, & amicorum commiſſa ſecreta in medium producit.* Expende illud, *nullo alio cogente præter vinum*, ſignificat enim vinum ad proditionem arcani cogere. Vnde perbelle Horat. in Odis. 23

*Auguſt. Horat.*

*Tu leue tormentum ingenio admoues*
*Plerumque duro, tu ſapientum*
*Curas, & arcanum iocoſo*

*Conſilium retegis Lyæo.*
Huius tormenti iterum meminit in Poëtica.
*Reges dicuntur multis vrgere cucullis,*
*Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant*
*An ſit amicitia dignus.*

Seneca. Seneca in Ep. 28. *Onerati*, inquit, *mero quemadmodum non continent cibum vino redundante, ita nec ſecretum: ſed quod ſuum eſt, & alienum pariter effundunt.* Et iterum. *Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omne quod in imo iacet in ſummam partem vis caloris eiectat: ſic vino exæſtuante, quidquid in imo iacet abditum effertur, & prodit in medium.* Maxim. Accedit etiam D. Maxim. locorum com- B ſer. 30. qui Æſchynis dictum producit ad hunc mocum. *Speculum formæ eſt æs, animi autem vinum.* Innuebat autem in vino arcana perinde obiici obtutibus, ac formam in ſpeculo. Plin. quid plura? Plin. l. 14. c. 22. de vitanda ebrietate ſic habet. *Alii*, ait, *teſtamenta ſua nuncupant, alii mortifera loquuntur, rediturasque per iugulum voces non continent, vulgoque veritas iam attributa vino eſt*, mitto alia.

24 Venio ad lectio. Sept. quæ ſic habet. *Cum conſilio omnia fac, cum conſilio vinum pota, potentes iracundi ſunt, vinum autem non bibant.* Vel vt reddit Hieron. *Potentes ſi iracundi ſunt vinum non bibant.* Itaq; cum noſtra lectio eam ob cauſam vinum interdicat Regibus, quia ebrietas ſecreta & arcana omnia in medium adducit (quod quàm ſit Regibus C pernicioſum nemo ignorat) Sept. aliam rationem attingunt. ſ. quia Reges per ſe iracundi ſunt: vinum autem furorem & iram valde exacuit. Quid certius? Sed tamen, vt alia omittam accipe tantum verba Plato. Plato. dialog. 8. de Repub. *Ebrius*, inquit, *vir tyrannicum gerit animum: quinetiam furioſus, & extra ſe poſitus non ſolum hominibus, ſed & diis imperare contendit, ſperatque ſe id conſequuturum:* reddit autem rationem, quia ebrietas iram & animoſitatem, hæc autem tyrannidem parit.

---

### *V. Ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorum: & mutent cauſam filiorum pauperis.*

NE forte, &c. Heb. *Ne forte bibat, & obliuiſcatur ſtatuti, & mutet iudicium filiorum afflictionis.* D
25 Itaque hic verſus in Heb. de ſingul. num. eſt, noſter autem interpres, vt hæc verba cum ſuperioribus concinerent, numerum multitudinis ſeruauit: non equidem vt ſignificaret tam de aliis Regibus, quam de ipſo Salomone capiẽda eſſe, ſed vt pari Heb. ornaret, ne poſterior pars à priori diſſideret. Chal. *Ne forte bibas & peruertas rationem tuam, & mutes iudicium filiorum pauperis.* Sep. *Ne obliuiſcantur ſapientiæ, & recte iudicare non poſſint imbecilles.*

Huius loci luculenta valde ſententia eſt: id tantum inter Doctores diſſidii verſatur, quod aliqui de Iudicibus ac Magiſtratibus illam exponunt, quos Rex publicis negotiis atque iuri dicendo præponit: E reliqui de ipſomet Rege enuntiari putant: quibus ego libentius aſſentior: vſus autem numeri multitudinis pro ſingulari aliàs ſolemnis hîc locum habet ob ſupradictam rationem. Ergo ait *Ne fortè bibant, & obliuiſcantur iudiciorum. i. ne forte bibas, & obliuiſcaris, &c.* Ne. ſ. ſi vino madueris obliuionẽ tibi accerſas iuris, atq; legum ad cauſas iuſte decernendas. Et ſane vinum memoriam perimere author Plin. eſt Plinius in lib. 14. c. 22. *Poſtera*, inquit, *die* (ſ. à potu nimio) *ex ore halitus cadi, ac fere rerum omniũ obliuio, morſque memoriæ. Rapere ſe ita vitam prædicanticum priorem diem quotidie perdant: illi vero, & venientem.* Itaque in ebriis memoriam penitus

A emori docet Plinius, quos quidem ideo carpit author iſte qui aiebant, ſe ea ratione dum vino, & calicibus hauriendis, & ſorbillandis dies terebant, *Vitam rapere*, an non potius (inquit) eiuſmodi homines vitam amittere dicendi ſunt, quippe qui non modo more aliorum præteritam iam diem perdunt, ſed etiam ſequentem, in qua vel crapulam edormiunt, vel mentis impotes non ſentiunt. Et quidem hæc ſolum temporis iactura Principes ab omni crapula deterrere deberet, quia illos tot negotiis intentos eſſe oportet, quibus vix tota vita ſatis eſt. Quod autem attinet ad memoriam, quam quam ebrietate hebetari diximus, ſubeſt D. Baſilii Baſil. ſententia in Hom. de ieiunio. *Famulus profugit ab hero verberante, tu vero non recedis à vino, quod contundit caput tuum: ebrietas vt ſomnum affert mortis germanum? ita vigiliam habet obliuioſam ſomnis adſimilem.* Et ruſus in oratione de ingluuie, ſtuporẽ, & obliuionem hanc appoſitiſſime deſcribit: *Quod enim*, ait, *peccas per Deum immortalem, ita vt ebrius viſu, & auditu delinquit: nam vino obrutus familiariſſimos non agnoſcit, ſed ſæpius ad hoſtes, quaſi ad neceſſarios accurrit, vmbras etiam ipſas aliquando quaſi riuos quoſdam, & conualles tranſit: terra altum petere ipſi videtur, ac montes in orbem circum verti. His quidem ſomni ſunt graues animam ipſorum intercludentes, quique morti ſunt quàm ſimillimi: vigiliæ autem ſomnis longe ſtupidiores. Vita enim ipſorum quaſi inſomnium quoddam eſt: vtpote qui, cum nec pallium quidem habeat, neque quod craſtina die edant, dominantur tamen, & exercitui præſunt, vrbes ſtatuunt, & pecuniæ largitiones faciunt.* Hæc ille, ex quibus conſtat homini vinum obliuionem afferre, quia vel omnino dormit ſomno preſſus, vel vigiliam agit ſomno adſimilem.

Sane in eo loco hominis temperantis, atq; ebrii 26
diſcrimen tradere contendit Baſilius, hoc modo, Baſil.
temulentus cum dormit morti ſimilem ſomnũ agit & velut exanime cadauer iacet, ita vt mori potius, quàm dormire dicendus ſit. Temperans autem cũ moritur ſomno ſimilem mortem obit, ita vt dormire potius, quam emori dicendus ſit. Item ebrius cum vigilat ſomno ſimilem vigiliam tranſigit, temperans vero cùm dormit, vigiliæ ſimilem ſomnum carpit. Denique ebrius, cum ad ſe omnino rediit, & merum decoxit, quandam ſomnianti ſimilem vitam agit: at temperans cum inſomnia inter dormiendum patitur, non minus prudenter, & decore cogitat, quàm ſi penitus inſomnis eſſet. Hinc obliuio pluſquam lernæa rerum omnium ad rectam adminiſtrationem Reipublicæ ſpectantium, quæ ex temulentia, & vino accidit. Vnde ſatis accommodate Horatius vinum Maſſicum Horat. *obliuioſum* appellauit. *Et obliuioſi pocula Maſſici*, &c. Adde etiam Baſilium hic adnotaſſe, illud ebrietatis eſſe proprium, vt pannoſi homines, & miſeri cum vino madent ſemetipſos Duces, Reges, & Imperatores æſtiment adeo vt dominari, exercitus regere, atque magnis populis iura dicere ſibi videantur. Si ergo ebrietas in cauſa eſt vt miſeri, & ſordidiſſimi homines ſibimetipſis imperia mentiantur, quid de magnis Regibus cogitandum erit cum forte illos ebrietas & temulentia cepit? ſane nihil vlterius reſtat, quàm vti ſe deos ac numina æſtiment. Hoc ſibi voluit Plato cuius verba nuper exhibui, de Principe temulento. Plato. *Quin etiam furioſus, & extra ſe poſitus non ſolum hominibus, ſed & diis imperare contendit ſperatque ſe id conſequuturum.* Conſule antiquarum monimenta hiſtoriarum, ac nullum plane

leges Imperatorem aut Regem diuinos honores affectaſſe, qui non etiam ebrius, ac vinolentus fuerit. Ad hanc ſententiam pertinet alia huius loci expoſitio. *Ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorum*, &c. Aliqui enim per *iudicia* intelligunt legem Dei, & religionem. Hebraïce enim habent. *Et obliuiſcatur ſtatuti*. Statutum vero antonomaſtice eſt lex, & teſtamentum diuinum, cuius ebrii haud meminiſſe dicuntur.

Chaldæus legit. *Ne forte bibas, & peruertas*
27 *rationem*. ſumitur autem *ratio* pro ſupputatione quę fit ſubductis numeris, vulgo, *Por que no pierdas la muenta*. Sane inter alias ebriorum paſſiones illa ſatis communis eſt, vt oculi caligine quadam offuſi numeros perſonarum ac rerum minime diſcernant. Nam ſæpius vnus homo duplex, ac triplex apparet, vt docet Plinius loco citato. Accipe verba Clement. Alex. lib. 2. pædag. c. 2. *Ebrii nume-*
*Plin.* *rare non poſſunt, quæ procul ſunt, tanquam ſint vni-*
*Clem. Al.* *ca, atque duos ſoles videre mihi videor, ebrius ille dicebat Thebanus Rex, Motus.n.viſus à vini calore ſæpius eius, quod eſt vnum, multiplicem apprehendit viſione ſubſtantiam*. Ad hæc ſi nomine *rationis* mentem ipſam & iudicium accipiamus, expendendum eſt verbum illud *peruertas*, quod in Originibus eſt, *circum agas*, & ad vertigines capitis referre licet, quas temulenti aſſiduò experiuntur. Aut aliter hæc lectio accommodari poteſt ver-
*Chryſoſt.* bis Chryſoſtomi, qui in ebriis quædam rationis volumina, & vortices exemplo fluminum apte deſcribit. *Hoc ſane contingit ebriis, quod in flumine quiſpiam viderit cùm aquarum vortex efficitur*. ſ. in maximis alluuionibus, *ſicut.n.tunc mortuos piſces videmus adnantes, & fimi craſſitudine oculis captos: idem & in nobis efficitur, cum multus ingluuiei ſupernè influxerit imber, poſtquam omnia commouerit mortuas adnare facit cogitationes pridem ſanas, & impure viuentes*. Subdit Salomon.

28 *Et mutent cauſam filiorum pauperis*. Senſus apertus, Ne. ſ. Rex vino madens pauperis cauſam non ſatis calleat, & contra illum ſententiam ferat. Quibus verbis ſignificat Principem vino deditum ad iudicandum, & ſententiam dicendam prorſus inhabilem eſſe. Omnis quippe diiudicandi ac diſcernendi dexteritas in temulentis perit. Quapropter Leuit. 10. ſic Dominus ad Moyſen. *Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibes tu, & filii tui, quãdo intrabitis in tabernaculum teſtimonii, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras: & vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum: inter pollutum & mundum: doceatiſque filios Iſrael omnia legitima mea, quæ locutus ſum ad eos*.

29 Sept. habent. *Ne obliuiſcantur ſapientiæ, & recta iudicare non poſſint imbecilles*. Sententia eadem eſt cum ſuperiori, ſignificat autem ebrietatem, & ingluuiem in ſapientes aliquando cadere: at vbi cecidit omnem in ipſis ſapientiæ vſum interire ac de-
*Chryſoſt.* mergi. Eleganter Chryſo. hom. de ebrietate exemplo nauis rimoſæ, & nimio onere prægrauatæ. *Quemadmodum*, inquit, *in nauibus plurimum oneratis, vel quæ aquam per rimas ebibunt, non maris trãquillitas, non ſcientia gubernatoris, non multitudo nautarum, non inſtrumentorum aptus apparatus, non tempus anni commodum, non aliud quidquam ita ſe habenti naui prodeſt. Ita & his, qui luxu affluunt, & vini plurimum hauriunt, non ſcientia, non doctrina, non exhortatio, non inſtitutio, non conſilium, non metus futurorum, non pudor, non aliud deniq; quidquam ſeruare animum ita fluctuantem poteſt: verum & ad hanc vitam præſentem inutilis fit is, qui talis*

A *eſt, & ad omne opus bonum reprobum*. Ita quæ ſenſus eſt, homo bibax vini, ſimilis eſt nauigio pertuſo & aquarum, vt ita dicam, bibulo, reliqua perſpicua ſunt.

Ad extremum ſubiicio non inelegantem coniecturam noſtri Hieron. de Prado in c. 27. Ezech. *Hieron.*
vbi notat *pretium*, aut *manus* Hebraïce appellari *Prado.*
אשכר *eſchar*, à radice שכר *Sachar*, quæ ſignificat *inebriare*, hinc איכר *Sichar*. i. ſicera, quæ vox omnem potum ad inebriandum compoſitum ſonat. Ergo fortaſſe, inquit Hieron. Bethſabee dum vinum & ſiceram interdicit Principibus, atque Regibus, ne. ſ. cauſam pauperis commutent: non tam vinum & ſiceram ipſam ſignificare voluit, quàm
B dona, & munera, quæ Principum capita fortiùs tentant, quàm vinum, & grauiorem illi temulentiam adducunt. Et quidem omnes temulenti hominis conditiones Principi muneribus corrupto accommodare in promptu eſt. Pergo ad alia, hanc enim coniecturam non probo.

---

*VI. Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo.*

*VII. Bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ: & doloris ſui non recordentur amplius.* 30

C DAte ſiceram. Hebræa non diſſonant. Chald. etiam concinit. Sep. *Date inebriatiuum his, qui in mœroribus: & vinum bibere his, qui in doloribus*. Symmachus. *Date inebriatiuum pereunti*: quæ lectio ad Origines propiùs accedit, & eam ſequitur Caietanus, & alii recentiores Hebræi.

*Bibant & obliuiſcantur*, Hebr. de ſingulari habetur. *Bibat, & obliuiſcatur*, &c. Chaldæus numerum multitudinis tenet, & extrema verba ſic extulit, *& detritarum veſtium non recordentur amplius*. Accinunt Septuag. qui extremam clauſulam ſic reddunt. *Et laborum ſuorum non recordentur vltra*: Symmachus. *Et mollitierum ſuarum*, &c. de ſignificatione illius vocis שיכר *Sichar*, alii multa-Adi lexica, piget enim hic tranſcribere.

D Prima expoſitio ſatis vulgaris apud Hebræos, quam amplectitur Arboreus, nec diſplicet noſtro Hieronymo à Prado in cap. 23. Ezechiel. docet hic *Pradus.*
fieri ſermonem de ſontibus damnatis, & extremo ſupplicio addictis: conſtat enim his vini meri poculum exhiberi ſolitum, quo vel fierent animoſiores ad cruciatus, & ſupremam necem tolerandam, vel omnino ex temulentia in ſtuporem acti minime perſentirent. Huius vini meminit Amos
cap. 2. *Et vinum damnatorum bibebant in domo* *Amos. 2.*
*Dei ſui*, id eſt, vinum generoſum, & pretioſum, quale propinari ſolebat damnatis ad robur, animoſque capiendos: ſic fere alii. Ego vero ſic expono. *Et vinum damnatorum bibebant*, id eſt, vinum ad ebrietatem vſque, & ſtuporem potabant,
E vt damnati conſueuerunt. Itaque vinum damnatorum bibere perinde eſt, atque ſic bibere vti ſontes extremo ſupplicio deuoti ſolebant, ſcilicet vſque ad ſtuporem & amentiam. Vel aliter, vinum illud, quod in ſuis conuiuiis percolabant, pro vi-
no damnatorum ipſis erat, quia nimirum iam tunc *Pſal. 59.*
erant ad certam mortem deſtinati. Huius etiam poculi mentio occurrit in Pſalm. 59. *Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis*. Diuus Hieronymus. *Potaſti nos vino ſtuporis*, vel *ſtupefaciente*, id eſt, nobis præſentiſſimam necem oſtenſtaſti, adeo vt vinum damnatorum iam inde pro-

A pinaueris paulo poſt morituris. Accedit etiam locus alter Pſalm. 71. *Pſal. 71.* *Et calix in manu Domini vini meri plenus mixto: inclinauit ex hoc in hoc, verũtamen fæx eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ.* Huius etiam vini ſoporiferi, & ſtuporem adducentis, quod ſontibus offerri ſolebat meminit Iſaias capite 29. verſu 8. 9. & 10. & Ierem. capite 25. verſu 27. & capite 51. verſu. 7. *Iſaias. Hierem. Apocalip.* Hinc etiam aliqui lucem afferunt illis verbis Apocali. 17. *Et mulier erat circumdata purpura, & coccino,* &c. *Habens poculum in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis ſuæ.* Et infra. *Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum Ieſu.* B Ab his enim extremis verbis colligunt poculum illud in manu ſæuiſſimæ mulieris eſſe calicem damnatorum, vt ſenſus ſit, illam martyres Chriſti vino damnatorum perpotaſſe, id eſt, ad mortem damnaſſe: ſed tamen alibi docui eum calicem eſſe amatorium, in quo meretrix illa Phyltra ſua miſcuiſſe fingitur ad homines faſcinandos, & ſibi alliciendos: aptius enim cadit hæc interpretatio in illa verba. *Habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius,* ſcilicet plenum Phyltris amatoriis, quibus homines ad fornicationem inducebat. Denique vinum hoc, quod ſontibus offerebatur, non erat merum, & immixtum, ſed quibuſdam aliis ſpeciebus conditum, C ſcilicet myrrha, thure, vel aliis rebus ſtuporem efficientibus. Extat eiuſmodi vini mentio apud *S. Marc.* Diuum Marcum capite decimo quinto. *Et dabant ei myrrhatum vinum*, oblatum vero ipſe minime hauſit, ne dolores paſſionis, ſtupefactis membris, leuaret. Mitto alia prophana, quę ad hunc perantiquum morem referri poſſent, & ad ſententiam ſuſcepti loci contendo.

31 *Rodolph. Ianſen.* Inuehitur ſane in hanc interpretationem Rodolphus, & Rodolpho de more ſuo hæret Ianſenius, quaſi cum reliquo textu conſui non poſſit, ſed tamen, ni fallor, acccommodate necti poteſt, nodum autem eius ſic adſtringo. Vtique Bethſabee filium officii admonens Regibus, atque Prin- D cipibus à vino abſtinendum eſſe dixerat, quia videlicet merum obliuionem adducit, & caput tentat, & ad iudicandum ineptum reddit: ergo iam nunc apte ſubdit. *Date ſiceram mœrentibus* ( vel vt habent Origines ) *pereunti, & vinum his, qui amaro ſunt corde*: nimirum vinum non conuenit Iudicibus, quos muneri ſuo intẽtiſſimos eſſe oportet, ne quemquam inſontem damnent, ſed ipſiſmet ſontibus, & damnatis, his enim expedit fortaſſe inebriari, vt in ſtuporem acti cruciatus non ſentiant. *Et doloris ſui non recordentur amplius.* Obſerua extrema illa verba, *Non recordentur amplius,* quæ non parum expoſitionem iſtam commendant: atque in eos ſolum apte quadrant, qui morte damnati vino ſoporifero perpotantur. Nam E ſtatim atque inebriati ſunt, priuſquam ad ſe redeãt, & afflictionis ſuæ meminiſſe liceat, morte afficiuntur, atque adeo doloris ſui *non recordantur amplius.* Itaque nexus iſtius ſententiæ cum aliis ſuperioribus hic eſt. Dedecet ſane Principes, ac iudices inebriari. Hoc enim reorum magis eſt, & eorum qui morte damnati ſunt, vt ſcelera ſua luant, quàm eorum, qui illorum cauſas ad iudicandum aſſumunt.

32 Secundò dici poſſet Bethſabee per quandam vini deteſtationem hæc verba ſubieciſſe. *Date ſiceram pereunti,* &c. quaſi dicat? Ita ne, vt Principibus inebriari liceat? abſit ebrietas vtique, & ſtupor maleficis, ac ſontibus contingat.

A Tertio denique aliter accommodatiùs dico, Bethſabee his verbis ebrietatis ſummam turpitudinem, & dedecus optime exaggeraſſe, ſolent .n. ebrii vino madidi multa indecore facere, multa temere, & per furorem admittere, ex quibus poſtea cùm ad ſe redeunt pudorem, & confuſionem maximam accidere neceſſe eſt, ſæpe etiam dolorem atque etiam moleſtiam. Ergo ait Bethſabee. *Date ſiceram pereunti,* &c. nimirum his tantummodo vinum ad ebrietatem vſque ſumere licet, qui illud ad cruciatus ſupremos ſubeundos ſumunt. Nam hi nunquam ad ſe amplius redeunt, atque adeo ſi quid interea per ebrietatem indecore, & B turpiter geſſerunt, id minime illos tangit: qui vero decocta crapula mentem recepturi, & tunc demum quam ignominioſa, & quam turpia commiſerint, cognituri ac viſuri ſunt, ſane ob pudortem à vino ſibi temperare deberent. Hunc ad ſenſum vocanda eſt lectio vulgata. *Date ſiceram mœrentibus,* &c. ſ. his qui ad mortem deſtinati mœrent, & qui deuorata iam nece amaro, & acerbo animo ſunt. *Bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ,* hi. ſ. copioſius ad ebrietatem vſque hauriant, vt ſtupore correpti præſentem afflictionem, & cruciatum non ſentiant. ( Egeſtas enim hic, vt ſæpe aliàs in ſcriptura, afflictionem ſonat. i. ) *Et doloris ſui non recordentur amplius.* i. vt iam deinceps nunquàm C ſuæ mentis compotes facti, ſui dedecoris meminerint: nimirum quia ebrietatis ipſius, & eorum, quæ ab ebriis dicuntur, ac geruntur, infamia illos nunquam deinceps attingere poteſt. Fauet huic expoſitioni vox Hebraïca עמל *ghamal*, quæ non dolorem ſolum, ſed etiam infamiam ſonat. Pſal. 140. *Pſal. 140* *Et labor labiorum ipſorum operiet eos,* alii, *& dedecus labiorum*, &c. i. infamiæ labes, quibus alios aſpergere voluerunt, in ipſos recident: & Geneſ. Aſeneth. filia Phutipharis Manaſſe in lucem edito *Geneſ. 41* ſic dixiſſe fertur. *Obliuiſci me fecit Deus laboris mei*: ſic habent Primitiua, quod plures ad ſterilitatis infamiam referunt, cuius ſuſpicionem, quâ diu laborauerat, tunc exuerat.

D Secundam expoſitionem offert idem Hieronymus de Prado in cap. 24. Ezechiel. vbi hæc verba 33 *Pradus,* exponit de his, qui mortuos lugebant, atque illorum parentalia celebrabant, quibus ſolemne erat vinum haurire ad dolorem leuandum. Meminit Hierem. capite decimo ſexto vbi in maximis Hebræorum calamitatibus hoc ponit, *Hierem.* quod vinum ad temperandum luctum illis minime ſuppeteret. *Et non dabunt*, inquit, *eis poculum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo, & matre ſua.* Mitto plura, quæ de ſepulchralibus epulis alii conflant. Itaque ſenſus erit. *Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo, vt obliuiſcantur egeſtatis ſuæ*: Vinum ſcilicet Regibus parce admodum hauriendum eſt: nam delitiæ, ſecunda fortuna, & omnium erga illos obſequium E ſatis ipſos oblectat, & erigit, & ſi placet etiam illorum caput tentat. Quapropter ſi his omnibus vinum accedat, facilè mentem eripit, & in valde indecoras voluptates effundit. Ergo *date*, inquit, *ſiceram mœrentibus.* i. vinum, & quicquid inebriat his tantummodo copioſiùs offerre licet, qui chariſſimorum mortem acerbius lugent, vel alia de cauſa dolore tabeſcunt, & in ſqualore iacent: hos enim difficilius vinum mente, & ratione priuat: interim autem eoſdẽ oblectat, & mœrore delinito obliuionem adducit afflictionum, atque dolorum, quæ animum grauiter angebant. Et quidem exploratum eſt triſtes atque mœſtos difficilius inebriari, & in vniuersũ melancholicos omnes perrarò vino

vinci, & in temulentiam agi docet Hipocrates & ex ipſo alii medicorum proceres: hæc enim paſſio ſanguineos, atque in lætitiam nimium effuſos ferè inuadere ſolet.

Tertia interpretatio conformari poteſt ad hunc
34 modum, Bethſabee his verbis eò ſpectat, vt in vniuerſum vini potum haud communem futurum eſſe demonſtret: ſed veluti medicamentum aliquod adhibendum eſſe, quando vſus poſtulat, ſcilicet ad leniendum mœrorem, & luctum. Itaque ait. *Date ſiceram mœrentibus, &c.* i. vini præcipua facultas, atque vis eſt cordi lætitiam & hilaritatem inſpirare, atque adeo tunc ſolum adhibendum, cum triſtitia, & mœror animum angit. Huic autem expoſitioni inſeruit lectio originalis, *Date ſiceram pereunti. & vinum his, qui amaro ſunt animo,* pereuntem quidem ægrum appellauit. Itaque duas vini hauriendi cauſas attigit, ſcilicet morbum & mœrorem: de reliquo à vino abſtinendũ eſſe dicit. Et quidem merum non paſſim, ſed medicamenti ad inſtar op-
*Clem. Ale.* portune ſumendum eſſe, cum vſus poſtulat, docet
*Chryſoſt.* Clemens Alexand. loco citato. Chryſoſt. Anſelm.
*Anſelm.* & alii, ad illa verba Pauli. *Vtere modico vino propter ſtomachum, &c.*

35 Ego vero exiſtimo ex præmiſſis expoſitionibus primam eſſe reliquis pręferendam, vel omnino dicendum Bethſabee neque vinum interdicere, neque hauriẽdi vini cauſas præſcribere, ſcilicet morbum, aut luctum: ſed eiuſdem ſumendi modum & temperantiam tradere: conſtat enim vinum ſobrie potatum valetudini prodeſſe, & cordi lætitiam afferre: quod ſi mediocritas, & temperantia abſint valetudinem lædere, & triſtitiæ minime ſuccurrere. Ergo ait Bethſabee, *Date ſiceram mœrentibus*, vel *pereunti, & vinum his, qui amaro ſunt animo:* Seruatur Hebraiſmus idem qui in ſuperioribus ſententiis, numerus ſcilicet multitudinis pro ſingulari. Itaque filium affatur dicens: Vtique vinum (ô Salomon fili mi) ea mediocritate ſumendum tibi eſt, quã conſtat valetudini ſalutare, & mœrori auxilio eſſe, *Bibant, & obliuiſcantur, &c.* nimirum eatenus bibas licet, quatenus ſatis ſit ad deliniẽdum mœrorem, & calamitates, atque afflictiones tuas obliuioni tradendas: hoc autem modum, ac temperantiam poſtulat: nam potus vini immoderatus ex aduerſo morbos, & triſtitiam adducit, vnde Patres ſæpius ad vini temperantiam hoc argumento
*Chryſoſt.* adhortantur. Chryſoſt. Hom. 1. ad Populum. *Vinum*, inquit, *medicina optima, eſt quando commenſurationem habet optimam.* Et in Homil. 71. *Vinum*, ait, *datum eſt vt delectemur, non vt dehoneſtemur, vt rideamus, non vt rideamur, vt valeamus, non vt ægrotemus: vt corrigamus corporis valetudinem, non vt animæ proſternamus virtutem. Cur te ipſum per immoderantiam afficis contumelia? Audi Paulum dicentem, vino modico vtere, &c.* Pſeudo-Au-
*Paul.* guſt. in lib. de Salut. documentis. *Vinum*, ait,
*Pſeud. Aug.* *Deus nobis ad lætitiam cordis, non ad ebrietatem donauit: bibamus ergo non quantum gula exigit, ſed quantum neceſſitas poſtulat: ne id, quod ad medelam corporis noſtri tributum eſt, ad perniciem eiuſdem deputemus:* ſed abſolutiſſime in Homil. de Caſtitate, & ſobrietate. *Vinum moderatum*, ait, *debilem ſtomachum reficit, vires deficientes reparat, algentem frigore calefacit, vulneribus infuſum medetur, antidotis etiam, diuerſiſque medicamentis adiunctum ſalutem operatur, triſtitiam remouet, languores animi delet, lætitiam infundit, conuiuas honeſta miſcere colloquia facit: paulo amplius vere ſumptum quodammodo conuertitur in venenum.* Et infra. *Ruſticanum quidem, ſed ſanum dictum: vini*

A *medicamentum plus iuſto ſumptum venenum eſſe cognoſcitur.*

---

*VIII. Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum, qui pertranſeunt.*

APeri os tuum, &c. Heb. ad verbum. *Et adiudicium omnium filiorum tranſitus.* Pagninus. 36
*Omnium filiorum mundi.* Cald. *Aperi os tuum, iis qui non peruertunt iudicium, & indica cauſas peruerſorum.* lxx. *Aperi os tuum verbo Dei, & indica omnes integre.* Lucifer pro S. Athan. Aquila, Sym.
B & Theod. *Aperi os tuum ἀλάλῳ.* i. muto. Occurrit hic vox אלם *Elem*, à radice אלם *Alam* quæ ſignificat *colligere*, & *obmuteſcere*, hæc enim duo affinia ſunt, & quidem nomen illud *Elem*, cum quinque punctis ſæpius *mutum* ſonat, *congregationem* vero *Eccleſiam*, & *collectionem* hominum aliquando ſignificat, vt obſeruat Pagn. Pſalm. 57. *Pſal. 57.*
*Si vere vtique iuſtitiam loquimini.* Heb. *Nunc vere cõgregatio iuſtitiã loquimini.* &c. Ergo lxx. ad hanc ſignificationem poſteriorem forte reſpicientes conuerterunt. *Aperi os tuum verbo Dei*, ſcilicet ad docendam Eccleſiam & congregationem. Pro *Aperi os tuum Eccleſiæ*, extrema illa verba, *& cauſis eorum qui pertranſeunt*, deinde expendemus.

Vna omnium interpretum mens de ſententia
C prioris hemiſtychii. *Aperi os tuum muto*, ſcilicet, *pro muto*, quaſi dicat, eius, qui pro ſemetipſo eloqui non audet præ timore, vel neſcit præ imperitia, tu ipſe cauſam ſuſcipe, & depoſita iudicis perſona patronum illius age. Itaque mater ſapientiſſima filio ſuadet, vt pauperes, & abiectos homines qui fere ſuas cauſas apud Principem tueri neſciunt, ipſe quidem foueat, & ius illorum prudenter æſtimet: & quidem Vulgata noſtra lectio difficilè alium ad ſenſum vocari poteſt propter ſubiecta verba. *Et cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt*, ſed tamen, ſi ad Origines cuncta reuocentur, vtique licebit dicere, Bethſabee filio innuere, quibuſcum agere, & arcana ſua aperire deberet, hoc ſenſu. *Aperi os tuum muto*, nimirum ei tantum conſilia, & rationes tuas explica, quem veluti mu-
D tum omnino, & elinguem taciturnum fore ſperas. Regibus enim cum primis neceſſarium eſt, vt eorum concilia arcana ſint. Quapropter illa aut nemini committere deberet, aut his tantum quos non ſecus apud ſe ſeruaturos eſſe norunt, ac ſi penitus elingues eſſent. Huc ſpectat peruetus ſymbolum viri optimi, quo Princeps familiariter vtitur apud Horum, ſcilicet *Canis elinguis*, qui fidem ſimul ac ſilentium notaret: Canis enim fidei ſimulachrum eſt. Quod ſi hæc interpretatio minime diſpliceat ſubiecta verba ſic ediſſerenda ſunt. *Et ad iudicium eorum, qui pertranſeunt* (ſic habent Primitiua) nimirum Princeps os ſuum vix aperire debet, atque adeo tunc ſolum eloqui tutò poterit,
E cum arcana ſua familiari alicui tradit, cuius ſilentium exploratum habet: vel cum cauſam aliquam publicè iudicat, &c. Cæterum quamuis hæc poſterior interpretatio non omnino abſurda ſit, tamen prior, tanquam appoſita magis, & Vulgatæ lectioni conſentanea anteponenda eſt.

*Et cauſis omnium filiorum, qui pertranſeunt.*
Hebraice *filiorum* חליף *Chaluph.* i. *tranſitus*, vel 37
*mutationis*, vel *excisionis*. Nam fluit à verbo *Chaluph*, quod ſignificat *tranſire*, *mutare*, & *exſcindere*, hinc diſſidium interpretum. Pagninus legit. *Omnium filiorum mundi*, addit autem ſic, *Et vo-*

*cantur filii mundi, filii excisionis, eò quod à mundo*
*exſcinduntur, & moriuntur.* Itaque per *filios mundi*
mortales omnes notari exiſtimat Pagninus, vt ſen-
ſus ſit: Regis eſt non ſolum nobilibus, & proce-
ribus, ſed etiam ſordidiſſimis hominibus ſine diſ-
crimine ius ſuum reddere: id ſibi vult illud. *Et cau-*
*ſis omnium filiorum mundi*, vt vulgo dicimus. *De*
*todos los hombres del mundo.* Secundo alii cum le-
giſſent. *& cauſis omnium filiorum excisionis*, eos in-
telligunt, quorum caput, ac vita agitur: itaque
putant Bethſabee filium admonere, vti his maxi-
me patronum ſe præbeat, quorum cauſa capitalis
eſt: hi enim *filii excisionis*, optime appellantur. i.
proximi vt exſcindãtur, & de medio tollãtur. Ita-
q; hoc matris conſilium eò ſpectat, vt maximũ om-
niũ ſupplicium, videlicet mortẽ, nemini temere, &
inaudita cauſa irrogandum eſſe Salomoni ſuadeat:
quin potius iudicis partes eſſe, vt quoad fieri poſ-
ſit reos morti eripiat. Tertio alii legendum exiſti-
mant, *Et cauſis omnium filiorum tranſitus*, per fi-
lios vero tranſitus, peregrinos, & aduenas acci-
piunt: ſed de his peregrinis alii aliter decernunt.
Nonnulli enim peregrinos appellari exiſtimant
Pſal. 83. omnes in vniuerſum homines, qui continuò mi-
grant, & tranſeunt, iuxta illud: *Mane floreat,*
*& tranſeat*, &c. Pſalm. 83. Itaque ſenſus eſt: Re-
ges omnibus mortalibus ab æquo iuſtitiam imper-
tiri debere, ac ius ſuum cuique reddere, & perſo-
narum acceptionem à Principe longius abeſſe
oportere, ita vt nihil propter gratiam, vel amici-
tiam, vel neceſſitudinem faciat: ſed in omnes
æqualiter, tanquam in peregrinos, & alienos ius
dicat. Alii rurſus peregrinos dici volunt eos, qui
vere à patria ſua extorres apud alienos agunt, hi
enim cumprimis deſpecti, atque omni patrocinio
deſtituti ſunt: atque adeo maieſtate regia dignum
eſt, eos maxime fouere, & amplecti. Quarto qui-
buſdam placuit extrema lectio, *& cauſis filiorum*
*mutationis*, per eiuſmodi autem mutationis filios
eos accipiunt, quorum fortuna commutata, &
conuerſa eſt, qui ſcilicet olim fœlices, & fortu-
nati fuerunt, ſed iam inde miſeri in rerum omnium
anguſtias deciderunt, his enim auxilium ferre ma-
gis quodammodo pium, atque decorum eſt, nam
eorum, qui fortuna demutata iacent miſeria ma-
ior, atque ſors deterior eſt quàm eorum, qui
nunquam fœlices fuerunt.

38 Ad extremum obſeruandum eſt D. Hieron.
Hieron. in lament. Hieremię cap. 1. ad illa verba. *O vos*
*omnes, qui tranſitis per viam*, hęc verba ſpiritua-
lem ad ſenſum vocaſſe hoc modo. *Hic per Salomo-*
*nem dicitur, Aperi os tuum muto, & cauſis omnium*
*filiorum, qui pertranſeunt: muti enim dicuntur, qui*
*prædicatorum verbis contradicẽdo minime reſiſtunt:*
*qui etiam pertranſeuntes ſunt, quia intentionem*
*mentis in amore vitæ præſentis dedignantur agere,*
Gregor. quæ verba D. Gregor. tranſcripſit, & in ſua com-
Beda. mentaria coniecit l. 15. Moral. c. 27. Aliter Beda
*Os*, inquit, *aperire muto, eſt populo gentium fidei*
*verbum prædicare, qui diuina eloquia prius perſo-*
*nare neſciebat.*

Lectio Septuag. perſpicuam ſententiam claudit.
*Aperi os tuum verbo Dei, & indica omnes integre,*
ſignificat autem Principem, qui poteſtate à Deo
accepta regnat, eius etiam nomine ius dicere, &
cauſas iudicare. Itaque ait, ſic loquere, vt Deum
decet, cuius vices geris: vtere ſcilicet verbis Dei,
hoc eſt ad eum modum integre, ac iuſte ſententiam
ferre debes, ac ſi Deus ipſe ex ſolio ſuo decerne-
ret. Et quidem nunc de hac tranſlatione Saptuag.
tale iudicium fero: nimirum ſapientiſſimos illos
viros vocem אלם *Elem* non per aſum dandi, ſed
per caſum nominandi efferendam exiſtimaſſe, ad
hunc modum. *Aperi os tuum mutus*, non autem,
*Aperi os tuum muto*, quibus verbis hunc ſenſum
ſubeſſe cenſuerunt. Non tua tu, ſed Dei verba pro-
ferre debes. Id enim ſibi vult. *Aperi os tuum mutus,*
id eſt, noli ex cerebro tuo loqui, ſed mutus & ta-
cens expecta à Deo quicquid dicturus es, ac tunc
demum dictata à Deo verba dicito. Ita vt non tam
tu ex teipſo, quàm Deus in te eloqui videatur.

---

*IX. Aperi os tuum, decerne quod iuſtum eſt, &*
*iudica inopem & pauperem.*

A*Peri os tuum*, &c. Hebr. *Aperi os tuum, &* 39
*indica iuſtitiam. & iudicium afflicti & egeni.*
Chald. *Et ius redde pauperibus, & iniuriam pa-*
*tientibus.* Septuag. *& iudica pauperem, & imbe-*
*cillum.* Antiquis codicibus irrepſerat hoc men-
dum, *& vindica inopem, & pauperem.*

Sententia adeo perſpicua eſt, vt interprete non
egeat. *Aperi os tuum*, &c. Suadet quidem, vt om-
nibus ipſum adire volẽtibus ſui copiam faciat adeo,
vt alloqui dignetur pauperes, ac maxime deſti-
tutos, & cauſas illorum aduerſus diuites, à qui-
bus iniuriam pati ſolent, non audiat ſolum, ſed
etiam tueatur, ac defendat, hæc enim ſunt præci-
pua Regis officia. Pergo ad alia.

---

*X. Mulierem fortem quis inueniet? procul,*
*& de vltimis finibus pretium eius.*

M*Vlierem fortem quis inueniet?* Heb. אשת חיל 40
*Iſach, Chail*, fluit autem חיל *Chail*, à radice
חול *Chul*, vt quidam putant, quod eſt, cum dolo-
re eniti. Itaque ſtrenuitatem, & diligentiam pro-
prie notari exiſtimant, hæc enim cum labore & mo-
leſtia pręclare geſta velut parturit, vel potius eni-
titur. Et quidem vox illa non vnam rem ſignificat.
in ſcriptura, ſumitur enim paſſim pro *exercitu*, ſæ-
pius pro *robore*, ſæpiſſime pro *diuitiis*, ac facultati-
bus: aliquando etiam pro *induſtria*, ſollicitudine: &
harum ſignificationum exempla ſatis multa peti
poſſunt ex lexicis. Inde nata lectionum diſcordia:
pleriqque enim ex Hebręo legunt, *Mulierem opum*
*quis inueniet?* & quidem non ditem aliquam fœmi-
nam ſignificare volunt, ſed eam, quæ parandis
opibus induſtriam impendit. Alii rurſus lectitant.
*Mulierem exercitus quis inueniet?* id eſt, fœminam
aliquam militari robore præditam, pugnacem, &
robuſtam. Cum hac lectione cohæret Vulgata
tranſlatio, & ab eadem Sept. non abeunt, γυναῖκα
ἀνδρείαν. id eſt, *Mulierem*, vel *vxorem virilem.*
Chald. habet. *Mulierem bonam quis reperiet?* Alii
denique conuertunt. *Mulierẽ induſtriam*, & qui-
dem vim eius vocis adeo extollit Luyſius Legion,
vt dicat ea voce virtutum omnium cumulum, &
omnimodam perfectionem notari.

*Procul & de vltimis finibus terræ pretium eius:*
Hebr. ad verbum. *Longinquum, & ab vnionibus*
*pretium eius*, pro *vnionibus* autem ſubeſt מפנינים
*Mi Pheninim*, eius autem vocis vim ſupra adſcri-
pſimus c. 3. verſ. 15. Conſtat enim interpretem no-
ſtrum non ſemper eodem modo vocem illam con-
uertiſſe. Nam ſupra loco citato, *opes* tranſtulit.
*Pretioſior eſt*, inquit, *cunctis opibus*, & cap. 20. n. 25.
Gemmas in vniuerſum. *Eſt aurum*, ait, *& multitu-*

Thren. 4

*do gemmarum.* Thren. 4. *Ebur antiquum, Rubicundiores*, inquit, *ebore antiquo*, hic demum, *extremos terræ fines.* Quid plura? Hebr. doctiores cùm gemmas vbique ſignificari exiſtiment, tamen de certa gemmarum ſpecie euariant: Alii enim *margaritas* notari volunt qui partim eam vocem פנינים *Pheninim*, fluere exiſtimant à radice פנח *Phanach*, id eſt, *aſpexit*, quod ſcilicet, *margaritæ* in anteriore concharum parte ſint: alii vero à radice פנם *Phanam*, ex eo quod ab intimis nimium, & abſtruſis locis petantur. Alii rurſus *Rubinos*, nonnulli etiam *Adamantes* conuertunt. Hinc nata etiam lectionum diſſimilitudo in hoc loco. Sept. habent. *Pretioſior eſt lapidibus pretioſis, quæ talis eſt.* Chald. *Pretioſior eſt lapidibus optimis.* Pagninus. *Diſtans à margaritis pretium eius*, quam lectionem amplectuntur paſſim Hebr.

41 Hęc verba alii tribuunt Bethſabee. Aſſerunt.n. ſapientiſſimam illam fœminam, quæ filium hactenus ab omni libidine, & illicito fœminarum congreſſu dehortata eſt, iam nunc illi legitimas nuptias ſuadere, atque adeo omnes optimæ vxoris conditiones deſcribere intendit, vt oſtendat rem admodum difficilem eſſe illam nanciſci, atque adeo non temere, ſed magno delectu ſuſcipiendam. Alii rurſus Salomoni tradunt iſta verba, qui vbi matris ſuæ monita adſcripſit, arrepta inde occaſione reliquam orationem laudibus ſtrenuę mulieris impendit. Ego vero exiſtimo verba iſthæc à Salomone pronuntiari non ſuo, ſed *Lamuelis* nomine, quem in hoc ſapientiæ conuiuio loquentem inducit, vt docuimus ſæpe in Iſagoge huius commentarii, & cap. 9. verſ. 1. & cap. 30. verſ. 1.

Et quidem eiuſmodi laudes, & elogia ſic temperat Salomon, vel Lamuel, vt ſinguli verſus à ſingulis Alphabeti Hebr. literis incipiant. Nimirum prima incipit ab א *Aleph*, ſecunda à ב *Beth*, & ſic deinceps ordine ſuo. Sed quorſum Salomon ſententias iſtas per Alphabeti ordinem digerit? Occurrit non ignobilis, ſed recentior interpres, Salomonem hoc innuere, eam ſcilicet fœminam quæ his virtutibus prædita foret, quas ipſe viginti duobus carminibus complexus fuit, dignam eſſe longioribus elogiis, adeo vt ſuper eo themate libros integros exarare liceret. Quapropter alphabeti litteras omnes præſcripſit, vt ſignificaret ſe aliis immenſam ſcribendi & laudandi materiem offerre, atque tantæ fœminę laudes non breui oratione celebrandas eſſe, ſed quamplurimis ſcriptis, & monimentis commendandas. Alii vero ad ſignificationes ipſarum literarum referunt: aſſerentes eas huic extremæ mulieri adaptari poſſe, aut per ſingulas, vel inter ſe comparatas. Nam *Aleph*, inquiunt, *Doctrinam* ſonat, & Beth, *domum*, atqui vxor *doctrina Domus* optime dicitur, & ſic de aliis. Denique cum conſtet literas Hebr. numerorum notas eſſe, alii ad numeros ſpectari putant: ita vt Salomon hoc innuerit ſe videlicet numeris omnibus abſolutam fœminam deſcribere, vel certe valorem, & pretium eius, ea ratione extuliſſe, vtpote quod omnes ſummas clauderet, & nullis vnquam numeris, & rationibus plene comprehendi poſſet. Quapropter vbi aliquid accommodatum inciderit circa eiuſmodi literas libenter adſcribam.

42 *Aleph*, quidem *doctrinam* ſonat: *Beth*, *mille*, ſunt *qui doctrinam tentationum* interpretari autument, ſed difficile eſt eiuſmodi interpretationem ad Origines reuocare. Ergo qui doctrinam eo charactere ſignificari volunt, Aleph quidem cum ſequenti littera *Beth*, copulant, ita vt *Aleph*, *Beth*, perinde ſit, ac doctrina, ſeu diſciplina domus: vt nuper dixi, quod in vxorem apprime quadrat, ipſius enim eſt domeſticas res agere, ac familiam inſtituere. Hi enim qui *mille* interpretantur, id quidem innui volunt, vnam fortem, ac ſtrenuam mulierem mille adinſtar fœminarum obtinere, vel ex multis millibus vnam eſſe eo robore præditam.

*Mulierem fortem quis inueniet?* Sunt qui putent his verbis fidem ſtrenuæ coniugis commendari, ita vt *fortis mulier* illa dicatur, quæ procorum, adulterorumque vim conſtantiſſime retundit. Sed tamen huius expoſitionis nullus ſatis locuples autor eſt. Oſorius vtique *Mulierem fortem* dici voluit, quæcumque muliebrem ſuperat infirmitaté, nam fere mulierum genus infirmum, & molle eſt, mulieremque à mollitie dictam paſſim docet ethymologorum turba. Ergo fœminam, quæ muliebrem, id eſt, mollem, & imbecillem naturam vicit, & conditione ſua ſuperior exiſtit, hæc *mulier fortis* appellatur, ſeu *mulier virtutis.* Non reluctor. Rodolphus *fortem*, id eſt, *audacem* ad res gerendas exponit: nam fœminæ plerumque timidæ, & parum animoſæ exiſtunt. Non repugno. Ianſenius eam *fœminam fortem* dici vult, quę non ſit deiecti & demiſſi animi, vt fere mulieres omnes, ſed ſupra conditionem viriles ſpiritus alat, virilemque fortitudinem præ ſe ferat, cui fauet tranſlatio Septuaginta, quæ ſic habet. *Mulierem virilem quis inueniet?* Denique Luyſius Legionenſis non vnam aliquam virtutem, aut perfectionem ea voce notari exiſtimat, ſed omnes vna virtutes, & animi dotes, quotquot mulierem exornare, & perficere poſſunt: ita vt perinde ſit *Mulier fortis*, ac mulier, vel vxor perfecta, numeriſque omnibus abſoluta. 43

Cæterum quamuis hæc omnia appoſite dicta videantur, ego ſane *fortem mulierem* hic apellari exiſtimo, vxorem ſollicitam, & induſtriam, quæ parandis fortunis diligentem curam impendit. 44 Equidem tum in hoc libro, tum alibi obuia ſatis ſunt loca alia, in quibus induſtrii, ac ſolicitі homines *fortes* appellantur, ſup. cap. 10. *Manus autem fortium diuitias parat*, & cap. 12. *Manus fortium dominabitur, & quæ remiſſa eſt tributis ſeruiet*, & cap. 15. *Domus iuſti plurima fortitudo, & in fructibus impiis conturbatio.* Ad hæc ſi ad huius elogii ſeriem ſpectes commendandę, ac celebrandæ ſtrenuę mulieris induſtriæ totum impendi videas. Ergo Salomon ait. *Mulierem* eiuſmodi diligentem, & induſtriam *quis inueniet?* Hæc autem verba non ita accipienda ſunt, quaſi mulier talis in vniuerſum à quolibet difficilè admodum inueniri queat, vt fere interpretes exponunt, ſed de maritis ſermo eſt hoc ſenſu: Quis maritus diligentem, atque ſtrenuam vxorem reperiat, quam ſibi ipſi copulet. Ita Nazianz.
exponit D. Nazianz. in oratione de Patris funere, vbi de matre ſua verba faciens ſic addit. *Diuinam ſcripturam dicentem audiui, mulierem fortem quis inueniet? qui in ſententia externi quoque ſunt, ſiquidem illorum hoc eſt, nullam proba vxore meliorem rem cuiquam euenire poſſe, nec rurſus improba peiorem.* Sententiam hanc petiuit Gregor. ab Heſiodo ex libro, qui *Opera, & dies* inſcribitur. Ergo dum Salomon ait. *Quis inueniet?* eam plane inuentu difficilem eſſe oſtendit, atque inde infert Luyſius Legion. magno ſtudio, & cura veſtigandam. Ego vero aliter infero, ſcilicet eiuſmodi fortem, ac ſtrenuam vxorem propterea inuentam dici, quia illam nanciſci res eſt fortunæ, & gratiæ, non induſtriæ. Nam inter hæc verba *inuenire* & *reperire*, hoc intereſt, quod ea quis *reperire* dicitur, quæ poſt multam veſtigationem nactus eſt: illa vero *inuenire*, in quæ forte incidit, vt docet

Quintilianus. Et quidem eam eſſe vim verbi Originalis alicubi docui, & exemplis confirmaui. Nec vero id ſuadeo, vt vxor quælibet temere, ſine conſilio ducatur, ſed id contendo poſt multam conſultationem, & diligentem diſquiſitionem vxorem optimam euenire, non quidem diligentiæ, ac ſolertię noſtræ, ſed fortunę cuidam, & fœlicitati diuinitus immiſſæ tribuendum eſſe. Addo etiam præfatum Gregorium nobiſcum ſenſiſſe, ac nomine fortis mulieris induſtriam, & ſollicitam vxorem res domeſticas diligentiſſime obeuntem intellexiſſe: libet autem hic ſubiicere verba, quibus ipſe mulierem induſtriam extollit. *Iam*, inquit, *cum aliæ rei familiaris augendæ laude, aliæ pietatis gloria excellant, ( vtrumque enim aſſequi difficile eſt) vtroque nomine mulieres omnes ſuperauit: tum quod vtrumque horum ad ſummum vſque præſtiterit: tum etiam quod ſola duo iſta complexa fuerit. Rem enim domeſticam induſtria ſua iuxta leges mulieri forti à Salomone ſtatutas ita auxit, quaſi pietatem colere neſciret. Deo rurſum, ac diuinis rebus ita ſe addixit, tanquam à rerũ domeſticarũ procuratione omnino abeſſet. Nec ab alterutro horum quidquam impedita eſt, quominus alterum impleret: quin potius vtrumque alterius ope fulciuit, & confirmauit:* hęc ille. Hinc autem liquidò colligitur difficultatem, quæ in hac ſollicita muliere reperienda occurrit, non equidem totam in ſexus infirmitatem, & mollitiem referendam eſſe, vt quidam docent, ſed in ipſammet rei magnitudinem, quæ tanta eſt, vt illi virilis mens, & animus vix ſufficiat. Nam Salomonis mens proculdubio ea eſt, vt eam mulierem laudibus ad cœlum vſque vehat, quæ cum pietate induſtriam componit, hanc ſane *fortem* appellat, vel vt eſt in Primitiuis *Mulierem virtutis*, quę vox anceps eſt, & vtramque ſignificationem complectitur. Hæc autem duo, induſtriam cum pietate copulare arduum valde, atque difficile eſt, quia mutuò ſecum pugnare videntur, pietas enim quietis amica eſt, induſtria vero inquietudinem, & perturbationem parit.

44 *Procul, & de vltimis finibus terræ pretium eius.* Interpretes fere æſtimationem huius optimæ Virginis his verbis notari volunt, quaſi dicat. Huius vtique mulieris pretium ingens eſt, quemadmodum earum rerum, quæ procul ab extremis terrarum finibus aſportari ſolent. Ea enim quæ aliunde adducuntur, pluris fieri ſolent, quàm illa quæ tellus patria paſſim fundit. Ad eundem ſenſum vocari poteſt lectio Sept. *Pretioſior eſt lapidibus pretioſis quæ talis eſt*, atque illa. *Longinquum ab vnionibus pretium eius*, hæc enim omnia pretii magnitudinem innuunt. Cæterum (ni mea me fallit coniectura) alius eſt huius loci ſenſus. Præmittere autem oportet id, quod iam inde multis docui ſupra cap. 4. verſ. 5. ſcilicet vxores à viris emi ſolitas, vti eas in ſuas familias traducerent: cuius moris luculenta exempla ex ſacris litteris petita ibi dedi: conſule eum locum. Ergo Salomon ſic ait. *Mulierem fortem quis inueniet?* Si qua vero eiuſmodi inueniatur, *Procul & de vltimis finibus terræ pretium eius*, id eſt, quolibet pretio oblato coëmenda, & comparanda eſt in vxorem, quia pretium eius ſuperat pretioſiſſimarum rerum æſtimationem, vincit vtique earum rerum, quæ ab extremis terrarum finibus aſportantur pretium: excedit vnionem, & aliorum lapidum æſtimationem.

Licet prætereain lectionem Originalem aliam coniicere interpretationem, acutam magis quam ſolidam. *Longinquum ab vnionibus pretium eius*, id eſt pretioſiſſimarum margaritarum valorem exſuperat. Margaritæ enim vnionum nomine propterea cenſentur, quia, vt author eſt Plinius lib. 9. cap. 35. vix vnquam duæ reperiantur indiſcretæ magnitudine æquales, forma & colore conſimiles. *Plinius.* Ergo Salomon, ait, vxor hæc fortis ac ſtrenua, vnionum valorem facile ſuperat, quia in his nullus eſt alteri par, & ſimilis, atque adeo nullus cum altero cohærere poteſt. Ideo vniones appellantur, quia per ſe ſinguli pulchri, ac pretioſi ſunt, non autem quia cum aliis accommodate congruant. At vero mulier eiuſmodi ſtrenua, & ſollicita, vel ideo pretioſa eſt, quia aptiſſima eſt ad conſortium, & ſocietatem: idonea videlicet ad nuptias, vtpote, quæ ad viri ſui ingenium ac mores ſeſe accommodare, & temperare ſoleat, ita vt illi per omnia par atque conſimilis ſit.

## *De Virgine, & Eccleſia.*

Præter hanc expoſitionem, quæ litteralis eſt, oc-
currit alia Patribus admodum familiaris, qui mu- 45
lierem iſtam fortem Eccleſiam eſſe voluerunt. Hieron. Beda, & Salonius hîc: ſed reliquos vincit Auguſt. ſermone 45. de diuerſis, vide ibi. Sunt etiam ex Patribus, qui reliqua huius capitis verba ſanctiſſimæ Deiparæ adſcribant, ex his autem D. Bernard. in præfatum verſum ſic addit, ſerm. 2. ſuper *Miſſus eſt*. *Bernard.* *Quam vero aliam requirebat mulierem Salomon cum dicebat, Mulierem fortem quis inueniet? nouerat. n. vir ſapiens huius ſexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem, tamen quia Deum legerat promiſiſſe, & ita videbat congruere, vt qui vicerat per fœminam, vinceretur per ipſam, vehementer admirans aiebat, Mulierem fortem quis inueniet? quod eſt dicere. Si ita de manu fœminæ pendet noſtra omnium ſalus, & innocentiæ reſtitutio, & de hoſte victoria, fortis omnino neceſſe eſt vt prouideatur, quæ ad tantum opus poſſit eſſe idonea: ac ne hoc quæſiſſe putetur deſperando: ſubdit prophetando: Procul, & de vltimis finibus terræ pretium eius: hoc eſt non vile, non paruum, non mediocre, non denique de terra, ſed de cœlo, nec de cœlo proximo terræ pretium huius fortis mulieris, ſed à ſummo cœlo.* Hæc ille. ſed excutiamus hęc verba, *Mulierem fortem.* De Virginis ſanctiſſimæ robore, & fortitudine ſatis multa dixi ſupra cap. 8. ad illa verba. *Mea eſt fortitudo*: ſi vero per *fortitudinem* non quidem robur, ſed accuratam diligentiam circa domeſtica accipiamus, nulla vnquam rei domeſticæ magis ſollicita Procuratrix fœmina fuit, quàm *Maria*, domus enim Dei Eccleſia eſt, iſtius domus totam curam, & adminiſtrationem Virgo ſancta ſuſcepit, ſed de hac re ibidem aliquid adſcripſi.

*Procul, & de vltimis finibus terræ pretium eius.* 46
nimirum digna eſt, quæ ingenti pretio comparetur (ſic nuper expoſui) vile enim eſt quicquid pro ipſa offertur, ergo quicumque Mariam ſibi optat, opes ſuas profundat: quicquid enim dederit illi longiſſimo interuallo impar erit. Septuginta habent. *Pretioſior eſt lapidibus, quæ talis eſt*, Diuus Auguſtinus de Eccleſia in vniuerſum exponens hæc verba deſcribit: primum Eccleſiam multarum gemmarum varietate conueſtitam, & ornatam, ſubdit vero omnes fideles gemmas eſſe, in ornamento huius myſticæ mulieris: ſed ſi inde aut excidant, aut euellantur, continuò à pretio, & valore excidunt ſuo. Itaque abſoluit ſic Auguſtinns. *Diſcite lapides æſtimare negotiatores regni cælorum, nullus lapis nobis placeat, qui ſit extra huius mulieris ornamentum: hæc, quæ pretioſior eſt lapidibus pretioſis, ornamenti ſui ipſa pretium eſt.* Non aliud

de ſanctiſſima Deipara iudicium ferendum eſt: ſane fideles omnes, quotquot illam ardentiori ſtudio proſequuntur gemmæ ſunt, & pretioſi lapides, quibus illa veſtem ſuam pingit, ac variat: hi autem tandiu æſtimatione digni ſunt, quandiu in veſte illa inſuti hærent, ſi enim inde excutiantur valorem omnem continuo amittunt. *Maria enim, quæ pretioſior eſt lapidibus pretioſis, ornamenti ſui ipſa pretium eſt.* Quid certius?

47 Extremam etiam lectionem accipe, *Longinquum ab vnionibus pretium eius.* Virgo enim Margarita eſt omnium margaritarum pretium ſuperans, hoc
*Bernard.* enim nomine cenſuit Mariam Bern. non ſemel aliàs, ſed tum maxime in ſerm de Natiuit. D. Damaſc. in ſerm. eodem tit. D. Ephrem in orat. de Margarita, & alii non pauci. Et quidem Maria vniones omnes vincit, eo ſenſu, quo nuper adſcripſi, quia non eſt aliquis alteri vnioni per omnia ſimilis, & ideo omnis ad ſocietatem, & conſortium ineptus ait ſanctiſſima Deipara nihil vtique ad ſocietatem copulandam accommodatius vnquam fuit, hanc Ioſeph ſibi coniugio adiunxit, hanc Spirit. Sanct. imò tota Trinitas ſponſam adſciuit, & vt ſup. c. 8. non perfunctorie diximus ad illa verba, *Per me Reges regnant*, &c. eadem *Sponſa Chriſti Sponſa Patris, & Sponſa totius Trinitatis* à Patribus compellari conſueuit. Quid igitur ad conſortium aptius illa, quæ tot vnà ſimulque ſponſos adinuenit? Subdit Salomon.

---

## XI. *Confidit in ea cor viri ſui, & ſpoliis non indigebit.*

48 Confidit, &c. Hebr. *Et ſpolio non indigebit*, occurrit autem loco ſpolii vox שלל *Salal*, proprie autem ſignificat *prædam*, quę de victis hoſtibus refertur. Septuag. *Confidit ſuper eam cor viri ſui, quæ talis eſt: pulchris ſpoliis non indigebit.* Chald. *Confidit in ea cor viri ſui, & non ſpoliatur, neque indiget.* Scholiaſt. pro *ſpoliis* ſubiicit λαφυρῶν, cum Septuag. habeant σκυλῶν, hoc autem intereſt diſcriminis inter vtramque vocem, quod σκύλα ſpolia ſunt ab hoſte iam perempto detracta, λάφυρα vero ea ſignificat, quibus hoſtis adhuc viuus diripitur. Caietanus tranſtulit, metaphoram ſoluens. *Et res familiaris non deficiet. Confidit in ea cor viri ſui*, verbum eſt נחת *Natach*, ſignificat autem ſeuerum eſſe, opponiturque metui, vel ſuſpicioni, vel dubitationi.

Prima ergo fortis, ac ſtrenuæ mulieris pars eſt hæc, ſic ſe gerere, vt omnem ſui ſuſpicionem adimat viro, atque illum ſeuerum eſſe iubeat, ita vt zelotypię nullus locus ſit, ſic fere omnes interpretes. ſunt tamen nonnulli, qui confidentiam iſtam mariti ad rem domeſticam, & familiarem referant, quaſi dicat: Maritus omnium rerum domeſticarum adminiſtrationem, & curam illi permittit, ac ſecurus, & timoris expers forenſia, & publica ipſe tractat. Poteſt tamen aliter exponi fortaſſe accommdatius. *Confidit in ea cor viri ſui*, nimirum vir eius prouidentiæ, & induſtriæ tantum tribuit, vt ſperet ſe ipſius operis, atque lucris ſatis diuitem euaſurum, adeo vt ſpoliis non indigeat, id eſt, minime opus ſit illi caſtra ſequi ad ſpolia referenda.

49 Sed tamen extremum hoc hemiſtychium non vno modo expendunt interpretes, plures præmiſſam expoſitionem amplectuntur .i. vir huius fortiſſimæ mulieris haud opus habebit apud caſtra mereri, & ſpolia tanto diſcrimine quærere, quod quidem ita accipiendum eſſe reor, quaſi dicat: vir iſte fortunatus, cui tam ſollicita, & prouida vxor contigit, nunquam in eas anguſtias rei familiaris deueniet, vt opus ſit illi cuiquam inſeruire: adeo vt vel illud, quod maxime ingenuum eſt, ac liberale ſeruitii genus, ſcilicet militare, ac mereri in caſtris nunquam ſubire cogatur. Caietanus per ſpolia rem familiarem intelligit, aque illud. *Spoliis non indigebit* perinde eſſe exiſtimat, ac ſi dicat, *Res familiaris non deficiet*, nam lucra omnia, quæ induſtria parantur ſpoliorum nomine cenſeri vult. Illud vero *non indigebit*, ſic exponit, *non carebit illis*. .i. affatim habebit.

50 Rodolphus hæc verba vxori tradit, ita vt ipſamet ſpoliis nequaquam indigere dicatur, hoc *Rodolph.* ſenſu. Non minori ipſa robore, ac induſtria res neceſſarias ſibi ac domeſticis comparabit, quàm ſi de victis hoſtibus ſpolia reportaſſet. Hieron. Oſorius aliam in hunc locum coniecit expoſitionem ad *Oſorius.* hunc modum. *Et ſpoliis non indigebit*, vtique ſpolia vocat bona per induſtriam parta: nimirum vir iſte, qui optimam vxorem nactus eſt, credet illi cuncta bona ab ſe conquiſita, & ex creditis, & fidei illius commiſſis nihil vnquam ei deperibit vel deficiet. Id ſibi vult illud, *Non indigebit*, id eſt, non carebit, ſed ſeruata ſemper in promptu habebit. Legionenſis de perfecta vxore aliter verba iſtá ediſſerit. Duplex eſt, ait, genus bonorum, aliud quod mercatura, & negotiatione paratur, id vero ſpoliorum nomen fert, quia fere mercatores aliis ſpoliatis diteſcunt: aliud autem quod ex telluris fructibus quæritur, quod imprimis innocens, ac iuſtum eſt (vt nos alibi longa oratione docuimus.) Ergo Salomon ait, vir iſte fœlix, cui diligens, ac ſollicita vxor contigit, augendæ rei familiaris ſpem in ipſa reponens, ſatis ſibi ducet agros colere, & fructus decerpere, quos tellus ſponte affert: negotia vero, & mercaturam exercere ad quæſtus ampliores percipiendos opus ſibi eſſe non exiſtimabit. Hactenus interpretes.

51 Sed vt dicam quod ſentio, aliam Salomonis mentem eſſe reor, pręmittere autem oportet fœminarum veſtes, monilia, & alia mundi muliebris ornamenta, ſpoliorum nomine accommodatiſſime appellari: ſic apud Sophoclem. *Amicus ad amicam*, καί σε παγχρύσοις ἐγὼ στέψω λαφύροις, id eſt, & ego te *Sophocl.* aureis ſpoliis coronabo, vel circumdabo, id eſt, monilibus atque aliis ornamentis: vide quæ nos contulimus Cant. 4. ad illa verba. *Collum tuum ſicut turris Dauid, quæ ædificata eſt cum propugnaculis mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*, vbi decreuimus Salomonem loqui de anathematis. *Cant. 4.* Erant autem anathemata ſpolia ab hoſtibus detracta, ſcilicet ſcuta, & alia armorum genera pro turribus appenſa in partæ victoriæ monimentum, ita vt quarundam turrium externi parietes clypeis vndequaque cincti olim viſerentur. Accipe pauca ex multis, quę ibi dedimus. Ezech. Propheta Tyri pulchritudinem commendans ſic *Ezech 27.* ſcribit c. 27. *Perſæ, & Lydii, & Lybies galeam, & clypeum ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo.* Ipſos etiam templi Hieroſolymitani parietes ſpoliis atq; anathematis appenſis ornarunt Hebræi. Ioſeph. li. 25. Antiquit. cap. 14. *Circum templum*, inquit, *affixa erant ſpolia barbarica, quæ omnia herodes denuo dedicauit, additis etiam recentibus Arabicis.* *Ioſeph.* Mitto alia humana. Ergo in illis verbis, *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*, ſermo eſt de Regia Dauid: per clypeos autem intelligo anathemata, & ſpolia non quidem intra turrim ſer-

ūcta, ſed foris pro muris appenſa, &c. hæc autem A aptiſſime conferuntur cum monilibus aureis, aliiſque ornamentis, quæ ex collo ſponſæ demittebantur. Licet etiam hanc clypeorum multitudinem ad ſcutulatas veſtes referre, quibus olim nuptæ vtebantur, quarum meminit Hieron. qui illa verba Pſalm. 44. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis*, &c. ad verbum ex Originibus ſic conuertit. *Omnis gloria filiæ Regis intrinſecus faſciis aureis veſtita eſt, in ſcutulatis ducitur ad Regem.* Erant autem ſcutulatæ veſtes vmbellis aut ſcutulis quibuſdam aureis diſtinctæ, quarum meminit Plinius lib. 38. c. 8. & Iuuenal. Satyra 2. de viro vbi qui induerat muliebria ſic addit. B *Cærulea indutus ſcutulata, & Galbana raſa.* Et quidem decora ſatis, atque apta comparatio eſt, turris clypeis, & vmbonibus deauratis victoriarum monimentis vndequaque præcinctæ, cum fœmina ſcutulatam veſtem induente. Ad rem.

*Plin.* *Iuuenal.*

52 Salomon quidem mulierem illam fortem, quam deſcribendam ſuſceperat, commendans ſic ait. *Confidit in ea cor viri ſui*, id eſt, illi toto corde, atque omni ſuſpicione ſublata fidit, *& ſpoliis non indigebit.* Vir ſcilicet iſte fortunatus, nequaquam opus habebit pretioſis monilibus, aut ſcutulatis veſtibus, vel aliis ornamentis. quibus illam ſic exornet, C quemadmodum turres ſpoliis, & anathematis appenſis decorari ſolent. Nam cum ipſam fortiſſimæ adinſtar turris conſtantem ſemper, atque robuſtam experiatur, non tamen illi neceſſe erit ſcutulata veſte ipſam tegere, quemadmodum turres appenſis ſcutis præcinguntur. Et idem eſt ſi præfata verba de vxore accipiantur cum Rodolpho, ipſa nimirum non indigebit hiſce ornamentis à marito ſibi collatis Itaque iuxta hunc ſenſum prima huius ſtrenuæ mulieris laus eſt ornamentorum contemptus: hinc autem viri erga illam fides: nam quæ ſunt Phylocoſmæ, & ornamentorum percupidæ mulieres, zelotypiam maritis mouere ſolent Chryſoſtomus homilia vigeſima prima ad D Populum. *Vis, inquit, ornare faciem, non margaritis, ſed modeſtia, & honeſtate: ſicque vir gratiorem cernet aſpectum: ille nempe ornatus, & zelotypiæ ſuſpicionem iniicere ſemper ſolet, & inimicitias & contentiones, & pugnas.*

*Chryſoſt.*

53 Vel aliter iuxta dicta locum iſtum expono. Animaduertere autem oportet illas aureis vmbellis ſcutulatas veſtes nuptiales eſſe: his. n. amictæ ſponſæ ad maritos deferri ſolebant. Ita docuit Plinius, atque lectio D. Hieronymi aperte innuit, quę ſic habet. *In ſcutulatis ducetur ad regē*, id eſt, ad ſponſum. Ergo Salomon ait. Mulier fortis, & induſtria, difficilis admodum inuentu eſt: *Procul, & de vltimis terræ finibus*, &c. Si tamen aliqua eiuſmodi E occurrat, *Confidit in eo cor viri ſui* .i. cor animum que ſuum in illam transfert maritus, *& ſpoliis non indigebit*, hæc nimirum, quæ talis eſt, opus non habebit ſcutulata veſte, aut monilibus vt placeat viro ſuo, cum primùm illi ducenda offertur: ſed nuda, vt aiunt, & indotata accipi poterit. Itaque ſecundum hanc expoſitionem ſuadetur mulierem induſtriam, & ſtrenuam, indotatam, & nudam præferendam eſſe illi, quæ auro, & gemmis ſplendet, atque dotem ampliſſimam numerat. Hanc interpretationem confirmat tranſlatio Septuag. quæ extrema verba ſic extulit. *Quæ talis eſt pulchris ſpoliis non indigebit.* Itaque non *ſpolia* ſolum, ſed *pulchra ſpolia* dicit, innuens aperte non de militaribus ſpoliis ſibi ſermonem eſſe, ſed de his ornamentis fœminarum, quæ metaphorice ſpolia, & anathemata dicuntur.

*Plinius.* *Hieron.*

### *De Virgine, & Eccleſia.*

Hæc verba de Eccleſia interpretantur ſupra ſcripti Patres Auguſtinus, Beda, Hieronymus, Hugo, & alii locis citatis. Lege apud illos multa 54
in hanc ſententiam. Virgini etiam hæc verba tribuit Eccleſia. At quis, inquies, vir iſte, vel ſponſus, qui tanta ipſam confidētia complectitur, *confidit in ea cor viri ſui?* non enim vnus tantum Mariæ ſponſus, ſed duplex, ſcilicet Ioſeph, atque Spiritus ſanctus illi quidem per legitimas nuptias tradita fuit, huic mente & animo copulata, de quo Angelus ad ipſam. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, vbi verbum *obumbrabit*, ad nuptias pertinet, ſicut verbum *nubo*, vt ſupra docui cap. 8. verſ. 12. Ergo ex his duobus ſponſis, alter, ſcilicet Ioſeph, non omnino ex corde Virgini confidiſſe videtur: nam aliquando zelotypiæ, & ſuſpicioni locum faciens. *Cum nollet eam traducere, voluit tamē occulte dimittere eam*, Matt. 1. Reliquum ergo eſt, vt Spiritus ſanctus ſit confidentiſſimus ille ſponſus Mariæ. At, inquies, Spiritus ſanctus à zelotypia non omnino immunem ſe eſſe teſtatus eſt Cant. 8. vbi eandem Virginem affatus ait. *Pone me vt ſignaculum ſupra cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt, vt mors, dilectio, & dura ſicut infernus æmulatio.* Cæterum Ioſephum à zelotypiæ ſuſpicionibus liberant ex patribus Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophil. & alii: accipe vnius Chryſoſtomi verba hom. 4. in Matth. *Non enim tantum eam damnare voluit, ſed ne publicare quidem. Vidiſti virum ſublimiter philoſophantem, & tyrannæ illius affectionis immunem: noſtis enim profecto, noſtis quàm impotens res ſit zelotypia.*

*Matth. 1.* *Cant. 8.* *Chryſoſt.* *Theodor.* *Theophil.*

Ego quidem ita reor vtrumque ſponſum Virgini ſanctiſſimæ ex animo fidem prǽſtitiſſe: an vero inter ſe mutuò zelotypię aliquid ſenſerint videndum. Diuus Auguſtinus in lib. 83. quæſt. inquirit cauſam ob quam Deus, qui in veteri Teſtamento vni viro plures ducendi vxores copiam fecit, vni quidem fœminæ plures maritos ſibi adiungere non indulſit: occurrit autem ea in re, *Deū zelotypiam remouere voluiſſe*, quæ viros vehementer vexare ſolet. Cum ergo Virgini duplex ſponſus euenerit, ſcilicet Ioſeph, ac Spiritus ſanctus zelotypiæ locus quodammodo fieri videbatur. D. Laurent. Iuſtin. vtriuſque ſponſi nuptias recolens zelotypiam omnem inter Spiritum ſanctum, & Ioſeph. ſubmouere volens ait. *Officia inter ſe ſic partitos fuiſſe, vt cura, & cuſtodia corporis ad Ioſephum pertineret, animi autem curam & cuſtodiam Spiritus ſanctus ſibi ſumeret:* Itaque Ioſeph, corporis, Spiritus ſanctus animi ſponſus erat. Cęterum (ſi res penitus inſpiciatur) ea curarum, atque munerum partitione non tam quidem Spiritus ſancti, & Ioſeph, zelotypiam ſuſtuliſſe, quàm eiuſdem cauſam aſſignaſſe mihi videtur. Nam Ioſeph quidem tanto ſtudio Virgini inſeruire, atque de illa bene mereri cupiebat, vt quodammodo zelotypia erga Spiritum ſanctum, ſi licet dicere, vreretur, quod animum colens maiora, & digniora ſponſæ ſua beneficia conferret, quam quæ ipſe eiuſdem corpori impendere poterat. Ac rurſus Spirit. ſanct. tanto ardore erga Mariam beneficiis largioribus cumulare ſtudebat, vt quodammodo etiā, liceat ſic fari, Ioſephum zelo quodam nobili proſequeretur, quod ea Ioſeph præſtaret Virgini officia quantumuis inferiora, quæ ipſemet Spiritus per ſeipſum Mariæ præſtare non poterat. Hinc vtriuſq; æmulatio, hæc zelotypiæ materies, ex quo id de-

55 *Auguſt.* *Laurent. Iuſtin.*

A mum conficiebatur, non ſolum vt ſponſus vterque ſua erga Virginem officia plurimū augere curaret, ſed etiam vt ſinguli alter alterius æmulus, eius curā & munera, quoad fieri poſſet, imitari conarentur.

Expendo igitur æmulationem, qua Ioſeph erga
56 Spiritum ſanctum ardebat, ac primo ſuccedant memoriæ illa verba, quibus Iacob Patriarcha filio
Geneſ. 41. Ioſeph moribundus benedixit Gen. 41. *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu,* quem locum Sept. interpretes ſic extulerunt. *Fi-*
Ambroſ. *lius zelatus Ioſeph, filius zelatus.* Ambroſius autem non ſemel ſic legit. *Filius zelotes Ioſeph, filius zelotes* Itaque Ioſeph ille, qui, Bernardo teſte,
Bernard. noſtri Ioſeph vmbra, & ſimilitudo fuit, *zelatus*, B atque *zelotes* dictus eſt, quæ verba in Mariæ ſponſum optime cadunt, hic enim vir zelatus, atque zelotes fuit, quia ſcilicet ab Spiritu ſancto zelatus eſt, & ipſe viciſſim eidem Spiritui ſe zelotem, atque æmulum præbuit. Iam vero qua ratione Ioſeph Spiritum ſanctum, quaſi ex quadam æmulatione imitari contenderit in his, in quibus ab ipſo ſuperari videbatur, ſubiicio libens. Vtique Spiritus ſanctus, ad quem ſpectat animas ſanctificare, & gratia donare, Mariam gratia repleuit, vnde Angelus ad ipſam, *Aue gratia plena.* Ergo Ioſeph Spiritum ſanctum zelatus, liceat mihi, inquit, illum quodammodo imitari: ita vt quemadmodum Maria ab Spiritu ſancto ſponſo ſuo gratia plena dicitur, ſic etiam eadem à me quodammodo compleri dicatur: nam ipſemet Spiritus ſanctus mulieris, C quę viro probo, atque iuſto tradita eſt, fœlicitatem commendans ait, *Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata:* loquitur autem Eccleſiaſticus
Eccleſiaſt. de fœmina vxorata cui bonus, & pius obtigit maritus, & ſenſus eſt, iuſta, caſta, atque bene nupta mulier, quaſi dicat, mulier, quæ virum optimum nacta eſt gratia quidem affatim expletur, id eſt, fœlix valde, atque beata eſt, ſumitur enim ibi gratia pro fœlicitate. Ergo non immerito dicemus Mariam Virginem ex eo, quod Ioſepho viro perfecto, ac iuſto copulata fuit, gratia completam fuiſſe, atque adeo Ioſephum Spiritus ſancti erga Mariam beneficentiam, velut ex quadam zelotypia imitatum fuiſſe. Secundo de Spiritu ſancto dicitur Lucæ primo *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,* D
Luc. 1. *& virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Auguſtinus autem ſic exponit *obumbrabit*, id eſt ab æſtu libidinis defendet, vt ſalua Virginitate conciperet. Ergo Ioſeph ait, in huius gloriç ſocietatem, me vocari oportet, ſi enim Spiritus ſanctus Virginitatis Marianę defenſor, & aſſertor eſt, *ego etiam eiuſdem Virginitatis cuſtos* dici debeo, & quidem eo nomi-
Auguſt. ne cenſetur ab eodem Auguſtino in ſerm. de Annunciatione Mariæ, & ab aliis paſſim Patribus.
Bernard. Bernardus vero verbum illud *obumbrabit*, ſic ediſſerit, nimirum Spiritus ſanctus myſterium incarnationis, & Virginitatem Marię teget, & quaſi tenebris obducet, ne paſſim ab hominibus cognoſci poſſet, huius autem gloriæ nequaquam exortem E ſe eſſe patitur Ioſeph: quinimo ſi Spiritus, inquit, ſanctus ad occultandum hoc myſterium vmbram aliquam obtendere volet, ego ſane futurus ſum ipſa vmbra, & integumentum, quia non aliter partus Mariæ Virgineus celatus, & occultatus eſt, niſi per nuptias Ioſeph. Ad hæc alii tradunt verbum illud *obumbrabit*, eſſe vocem nuptialem, ſicut *nubo, tego, operio*, & alia id genus, vt ſupra obſeruaui capite 8. verſu 13. atque adeo ſenſum eſſe, *obumbrabit*, id eſt, viri opus, ac vices compenſabit, vt ſcilicet ab ipſo Spiritu ſine viro Chriſti conceptus peragatur. Hinc autem emicat ſublimior quædam gloria Ioſeph cuius vicarius proxime Spiritus ſanctus fuit. Succedat autem memoriæ id; quod lex olim fratri minori præſcripſit, cum natu maximus obierat, antequam filios ex propria vxore ſuſciperet. *Et accipiet*, inquit, *eam* (ſcilicet vxorem fratis natu maximi) *frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen illius de Iſrael.* ad rem. Sane Ioſeph, quod attinet ad prolem generandam, per votum perpetuæ Virginitatis, quod iam inde nuncupauerat, plane demortuus, ac vita functus diu, & cum mortuis numerari poterat. Ergo Spiritus ſanctus erga illum, liceat ſic dicere, quaſi minoris fratris vices egit, ſuſcitans illi ſemen, hoc eſt, filium in vtero Mariæ diuina ſua virtute procreans, qui licet opera & virtute Spiritus ſancti editus in lucem fuit: eum tamen Spiritus ſancti filium appellare fas non eſt, vt veriſimilior opinio fert. Ioſeph vero filius, & dici, & appellari poteſt, ac debet, vt ab ipſa Virgine Maria didicimus, cum ait. *Ego, & pater tuus dolentes quærebamus te*: ad hunc modum Ioſeph. cum Spiritu ſancto, veluti ex quadam zelotypia contendit, ita vt nihil gratię, vel operis ab Spiritu ſancto in Mariam proficiſceretur, quod non etiam ex quadam imitatione à Ioſeph quodammodo proficiſci dicatur.

Rurſus Spiritus ſanctus ſponſus Mariæ aliter 57
per zelū, & æmulationem cum Ioſepho contendit, ea ſcilicet officia, & munera quæ per ſemetipſum exequi non poterat imitari, & adumbrare, & eiuſdem conſortem fieri volens. Nam primo quidem Ioſeph fuit legitimus, & proprius Marię ſponſus, per veras & legitimas nuptias illi copulatus, hanc dignitatem, & gloriam, liceat ſic dicere, inuidit Spiritus ſanctus Ioſepho, & cum non poſſet Mariæ ea ratione per nuptias legitimas vere deſponſari, ac nubere id tamen, quoad fieri potuit, imitari ipſi libuit. Primo quidem quia Nicephorus Ca- Nicephor.
lixtus nuptias Mariæ, atque Ioſeph deſcribens ſic addit. *Spiritus ſanctus fuit huius connubii paranymphus, & pronubus.* Eſt autem pronubus, vulgo procurator, qui nomine abſentis ſponſi ſponſam ducit: Ergo Spiritus ſanctus, vt aliqua ratione Mariam duxiſſe diceretur, cum non poſſit eidem ſuo ipſius nomine nubere, pronubum egit, vt ſaltem de alterius nomine nubere diceretur. Quod ſi roges qua ratione pronubum, & paranymphum Spiritus ſanctus ſeſe exhibuit? audi Hieronymum in hiſtoria de ortu Mariæ. *Pontifex ad* Hieron.
*conſulendum Deum de more acceſſit: nec mora cunctis audientibus de oraculo, & de propitiatorii loco vox facta eſt: requirendum eſſe, cui Virgo illa commendari ac diſpenſari deberet, cunctos de domo, & familia Dauid nuptui habiles, non coniugatos virgas ſuas ad altare allaturos eſſe prædixit, & cuiuſcumque virgula florem germinaſſet, & in eius cacumine Spiritus Domini ſpecie columbæ conſediſſet, eum eſſe, cui virgo commendari, & deſponſari deberet.* Euentus autem oraculo reſpondit, Spiritu ſancto columbæ ſpecie ſupra illius virgulam conſedente delectus eſt Ioſeph. Merito igitur Nicephorus harum nuptiarum para- Nicephor.
nymphum, & pronubum Spiritum ſanctum appellat.

Quid plura? Gerſon hanc præſcriptam hiſtoriam 58
commemorans ſic abſoluit. *Ioſeph ergo ſancto Spi-* Gerſon.
*ritu ſuadente Mariam duxit vxorem.* i. Spiritus ſancti afflatu, & impulſu. Sane exploratum eſt in moralibus ei, qui aliquid ſuadet alteri, effectum exhortationis perinde moraliter tribui, & adſcribi, ac ſi

A ac ſi ipſe per ſe geſſiſſet. Nimirum qui ſuadet furari, fur dicitur, & qui ſuadet mœchari, mœchus ſimiliter appellatur. Ergo Virginem ab Spiritu ſãcto aliqua ratione ductam fuiſſe dicere oportet: ſiquidem Gerſon ait Ioſeph Spiritu ſancto ſuadente Mariam duxit vxorem. At, inquies, abhorret hic modus loquendi ab Spiritus ſancti maieſtate, & gloria At rogo, quid magis Spiritus ſancti maieſtatem, & gloriam dedecet, deſponſarine, an flere, & gemitus dare? ſanè hoc indecorum magis videtur. Cùm ergo ex eo tantùm, quod ad flendum, & gemendum impellat, illacrymari, atque gemitus edere non incongruè dicatur, ſecundum illud Pauli. *Spiritus ſanctus poſtulat pro nobis gemitibꝰ inenarrabilibus*, potiori iure deſponſari, & Mariam ducere congruè ſatis idem Spiritus dicetur, cuius ſuaſione, & afflatu illam duxit Ioſeph. Itaque Spiritus ille ſacer nuptias Ioſeph, velut ex zelotypia imitari volens, quodammodo etiam Virgini nubere voluit, vt iam dixi.

*Rom. 8.*

59 *Rupert.* Sed tamen, mea quidem ſententia, in eo maximè hæc Spiritus ſancti erga Ioſeph ęmulatio perſpicitur, quod Rupertus attexuit. *Erat*, inquit, *Spiritus ſanctus vtriuſq; nexus, & coniugalis amor*, quod quidem ego ita accipio, ne Maria Ioſephũ impenſiùs amaret, ita vt iniuria aliqua fieret amori, quem ipſemet Spiritui ſancto ſuper omnia impendere debebat. Ac rurſus ne Ioſeph Mariam ſic adamaret, vt aliquid de amore ſuo erga Deum detraheret, vtriuſque coniugis amorem æmulator, atque zelator Spiritus moderabatur, ac regebat, duas vtriuſque voluntates ſic connectens, ac copulãs, vt inter ſe ea ratione cohæreret, vt amor humanus, & coniugalis diuino amori, & charitati penitus ſubderetur. Ad hunc modum Ioſeph noſter filius fuit *zelatus*, atq; *zelotes*, ſic duo Virginis ſponſi Spiritus ſanctus, atque Ioſeph (liceat ſic dicere) inter ſe mutuò ex æmulatione contenderunt, & virgini etiam confidentiſſimè inſeruierunt, iuxta illud *Confidit in ea cor viri ſui.*

*Auguſt.* Cæterùm vt hæc confidentia Ioſeph plurimi habeatur libet ſubiicere obſcura verba Auguſtini in ſerm. 14. de tempore in feſto Natiuit. (ſi tamen illius eſt, vel alterius non ineruditi viri, ſtylus enim haud degener exiſtit.) *Habe.* inquit, *Ioſeph cum Maria coniuge tua Virginitatem membrorum, quia de Virgineis membris virtus naſcitur Angelorum, ſit Maria ſponſa Chriſti Virginitate ſeruata* (hic ſanè mẽdum eſſe ſuſpicor, atque adeò ſic reſtituendus eſt locus iſte, vt ſententia cohęreat, *ſit Maria mater Chriſti Virginitate ſeruata, ſis autem & tu pater Chriſti cura caſtitatis, & honorificentia Virginitatis, vt de Virgineis membris genitricis ſæculis Chriſtianis nulla ſit zelotypia*, hæc ille, quæ verba hunc ad ſenſum vocanda ſunt. Alloquitur Auguſtinus Ioſephum Mariam dimittere cogitantem: *Habe*, inquit, id eſt, cole Virginitatem carnis, quæ tibi cum ſponſa tua Maria vna, & communis eſt: nec temerè, quia qui Virginitatem colunt virtute, ac meritis, Angelis ipſis pares ſunt *Sit*, inquam, *Maria mater Chriſti Virginitate ſeruata.* Hæc verba non ab ipſa Maria Virginitatem ſeruatam ſignificant, ſed à Ioſeph, qui Mariani pudoris cuſtos, & ſeruator fuit. Itaque ait, ſit. ſ. per te, ô Ioſeph, *Maria mater Chriſti ſeruata ipſius Virginitate*: nimirum quod Maria ſit mater Chriſti hoc tibi debeat: nam ideò mater Chriſti, quia Virgo fuit; ideo autem Virgo fuit, quia tu Virginitatem illius ſeruaſti. Quomodo autem Ioſeph Mariæ pudorem ſeruauerit ſubſcribit



Auguſtinus, quia ſcilicet iuri, quod ipſi propter legitimas nuptias in Mariæ carnem inerat, ceſſit libens, & vna cum ipſa Virginitatem colere voluit. Obſerua dignitatem Ioſeph, & Mariæ erga ipſum immenſum debitum. Quod enim mater Dei electa, & facta fuit, poſt Deum ipſum vni Ioſeph debet; Nam Virginitas illi maternitatem attulit, Virginitatem autem illius Ioſephi temperantia ſeruauit. Rurſus ex hoc tanto debito coniectari licet quantis pia Virgo donis hoc debitum illi rependere, & remetiri ſemper ſtuduerit. Subdit Auguſtinus *Sis autem & tu pater Chriſti cura caſtitatis, & honorificentia Virginitatis*, id eſt, non quidem tuæ ſed Mariæ: quaſi B dicat, dum Mariæ Virginitatem, cuſtos optime, temperantia tua ſeruas, ac defendis, non ſolum id obtines, vt ſponſa tua ſit Dei mater, ſed etiam vt tu ipſe ſis Dei pater, excellenti quadam auctoritate: ſicut enim alii violatis vxoribus ſuorum filiorum parentes fiunt, ſic tu è conuerſo ſponſæ tuæ Virginitate incolumi ſeruata, pater Chriſti efficiaris. Nam quemadmodum aliis filiis naſcendi cauſa fuit coniugalis vſus; ita etiam Chriſto naſcendi cauſa fuit abſtinentia ab hoc vſu, & matris ipſa Virginitas à Ioſepho ſeruata, Chriſtus enim non aliter niſi ex Virgine naſci debuit. *Ac demum* inde fiet, *vt de Virgineis membris genitricis ſæculis Chriſtianis nulla ſit zelotypia.* i. te cuſtode, ac C ſeruatore Virginei pudoris, fiet vt iam deinceps nullis vmquam ſæculis Chriſtianos animos vlla tangat ſuſpicio Marianæ Virginitatis, ſed omnes certo certius credant eam ante partũ, in partu & poſt partum inuiolatã Virginitatem ſeruaſſe. Itaque mens Auguſtini hæc eſt, Ioſeph Virginitatem per ſuam zelotypiam (ſi qua fuit erga Virginem) omnem ab Eccleſia zelotypiam, & ſuſpicionem de perpetua Dei genitricis Virginitate ſuſtuliſſe. *Ergo confidit in ea cor viri ſui.* Quia etſi primùm fortaſſe ambiguus fuit, ab Angelo admonitus ſuſpicionem depoſuit, & Chriſtianis omnibus eiuſdem ſuſpicionis deponendæ auctor fuit. Attexit.

*Auguſt.*

*Et ſpoliis non indigebit.* Hæc ſi Ioſeph tribuatur 60
D recolẽda eſt communis illa doctorum perſuaſio, quæ docet in Ioſepho ab ipſo die initi cum Maria coniugii, ob reuerentiam tantæ Virginis omnem libidinis fomitem, & ſenſum fuiſſe penitus extinctum, ita vt neque leuior aliquis motus animum illius ſubiret, ita docent Gerſon. in ſerm. de Natiuit. Virginis, Ekius in ſerm. de ſancto Ioſeph. Iacobus Chriſtopolitanus in Magnif. & alii paſſim. Ergo ſic accipe. Cum alii ſancti carnis rebellionem experiantur, vtique pugnare, vincere, ac ſpolia reportare illis opus eſt: At Ioſeph noſter ſpoliis non indiguit, quia pugnas, & bella appetitus, & carnis numquam ſenſit, ex quo Virgini matrimonii vinculo adſtrictus fuit, quod ſi per *ſpolia* intelligas ornamẽta monilia, ſcilicet inaures, & alia id genus, vt ſupra præfatus ſum, ſen- E ſus erit, *Et ſpoliis non indigebit*, hoc eſt, minimè opus erit Ioſeph, veſtes, monilia, & alia ornamẽta ad Mariam ſponſam ſuam perornandam & decorandam conquirere. *Omnis enim gloria filiæ Regis abintus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus*, externarum autem veſtium nullus illi cultus, aut gloria, vt docet Ambroſ. in lib. de Virginitate, vel aliter, *Maria ipſa non indigebit ſpoliis*, nimirum vti ſponſo ſuo Ioſeph placeat, pretioſis veſtibus & ornamentis non indiguit, nam virtutum ipſius decor ac ſplendor efficiebat vt eidem pergrata accideret.

*Gerſon. Ekius. Iacobus. Chriſt.*

*Pſ. 44.*

*Ambroſ.*

*XII. Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ.*

61 REddet ei, &c. Hebr. *Reddit*, aut *retribuit ei.* Septuag. *Operatur enim viro bonum, & non malũ tota vita ſua*, ſic habet codex Regius, Complutenſis, & alii. At Sixti correctior textus ſic reddi debet. *Operatur enim viro ad bona in omni vita ſua.* Schol. *In omni tempore.* D. Auguſt. *Operatur viro ſuo bona, & non mala.* Aquil. Sym. & Theodot. *Omnibus diebus vitæ ſuæ*, ſicut noſtra.

Sanè textus noſter anceps eſt: poſſunt enim verba hæc vxori, atque viro tradi, ita ſcilicet, vt ſenſus ſit. *Reddet ei bonum & non malum*, &c. nimirum huic forti, atque ſtrenuæ mulieri non ſolùm fidit vir eius, ſed etiam ei ſemper indulget, & numquàm ſeueriùs cum illa agit: Sed tamen hæc interpretatio, quam aliqui amplexi ſunt, abhorret omninò à textu Originali, in quo pronomen illud ei, eſt generis maſculini, atque adeò ad virum referendum eſt.

62 Ergo communis interpretatio verba iſta vxori tribuit, ſenſus autẽ quadrifariam conformari poteſt Primo, *Reddet ei bonum*, &c. i. vxor hæc fortis quam maritus per tantã confidentiam ſibi deuinxit, hanc gratiã rependet, vt quo maior eſt viri erga illam confidentia, eo maior ipſius erga virum ſit fides. Itaq; *bonum reddet ei, & non malum*, ſecundùm hanc expoſitionem perinde eſt, ac ſi dicat, pro confidentia fidem ei reddet, non perfidiã. Sic Rodolph. Et ſanè ea ratione inſinuatur optimè huius fœminæ robur, & ingenuitas, nam ſi degener eſt alicuius fœminæ animus, confidentia viri audaciam illi, & impudentiam præſtare ſolet. At ingenuæ, atque robuſtæ mulieris fides confidentia ipſa alitur, & creſcit.

63 Secundò alii ſic exponunt. *Reddet ei*, &c. i. non ipſius opes, & facultates exhauriet, ſed magis induſtria ſua augebit, & cumulabit. Congruit autẽ hæc interpretatio cum ſequentibus. *Quæſiuit lanam, & linum*, &c. ſic Legionenſis. Expendit autẽ

Legion. autor iſte verbum illud *reddet*, quod ſignificat hoc officium non gratis, ſed ex debito viro ab vxore præſtari debere: tenetur enim vxor opes mariti ſeruare, & augere, non diſſipare, & decoquere. Vrget iterum idem verbum *Reddet*, atque inde conficit, oportere maximè vt vir erga vxorem ſic ſegerat, vt prædicta vxoris cura ſit quædam redditio, & compenſatio acceptæ ab ipſo gratię.

64 Tertiò Ianſenius per *bonum* hoc, quod vxor

Ianſen. marito ſuo reddere dicitur; ſolatium, lætitiam, indulgentiam, & in vniuerſum quodlibet bonum, quod ab vxore in virum proficiſci poteſt, intelligi poſſe exiſtimat. Fruſtra enim in anguſtias cogitur, inquit, hæc interpretatio; ſed tamen vereor, nedum amplior quæritur expoſitio laxior ſententia fiat. Quapropter quartum alium ſenſum reliquis præferendum eſſe puto ad hunc modum. *Reddet ei bonum, & non malum*, Commẽdatur quidem huius mulieris robur, & animi magnitudo, quam tantam futuram eſſe docet Salomon, vt licet maritus illam acerbus contingat, qui ſeuerius obiurget; carpat, ſuccenſeat, qui verbis acrioribus, aut quomodolibet aliter ipſam petat, nihilominus numquàm *malum pro malo reddit*, ſed hæc omnia bonis officiis, obſequiiſque compenſat. Hæc eſt. n. robuſtiſſimæ mulieris præſtantiſſima laus, aſperum & acerbum virum non modò ferre, ſed etiam tolerantia ſua & indulgentia mitem reddere. Hũc ſanè accommodatius deflecti poteſt illud exemplum viperæ atque murenæ, de quibus ſic Baſilius homil. 7. in Hexam. *Vipera genus ſerpentum omnium exitioſiſſimum, murena marina nuptias expetit, & ſibilo ſuam ſignificat præſentiam, eamq; ex gurgite vaſto inuitat ad nuptiales complexus, illa autem obtemperat, & coit cũ venenato. Quid hæc mea ratio vult? quid portendit? ſiue aſper eſt cuiuſpiam coniux, ſiue ferus moribus, perferat illum vxor neceſſe eſt, neque vllam prorſus ob cauſam ſocietatem illius diſſoluere patiatur. Ferit ne, verberat, eſt que percuſſor? at vir tamen eſt tuus: temulentus ne? at tibi eſt natura coniunctus. Durus ne, moroſus, & implacidus? at membrum iam tuum eſt, & membrorum præſtantiſſimũ: audiat que ipſe vir accommodatam, ſeq; decentem admonitionem. Vipera virus ob nuptiarum venerationem euomit, tu duritiam, tu feritatem, tu crudelitatem ob vnionis reuerentiam non deponis?* Hæc ille. Ergo quæ ad hunc modum acerbos, & difficiles mariti ſui mores perfert, & tolerentia ſua emollit, ac lenit, hæc *viro ſuo bonum reddere dicitur & non malum.* Baſil.

Ad extremum illa verba. *Omnibus diebus vitæ ſuæ*, de vita ipſius vxoris capienda ſunt, nam pronomen poſſeſſiuum in Primitiuis eſt fœminini generis, ſignificat autem hæc obſequia, & officia vxoris ſtrenuæ erga maritum nullis temporum decurſibus, aut ętatum viciſſitudinibus interrumpenda. 65

Tranſlatio correctior Septuag. alium ſenſum reddere videtur. *Operatur viro ſuo ad bona*, id eſt, mulier iſta fortis, ſeu induſtria, cooperatur cum viro, & adiutorium ſuum illi præſtat ad optima quæque perficienda, licet enim mulier viro in adiutorium data ſit ad onera portanda, tamẽ multę ſunt vxores, quę non eleuant, ſed magis cumulant virorum ſarcinas. Non ita robuſtior hæc fœmina, quæ opere & auxilio ſuo viri labores, & ſarcinas leues reddit, cuius adiutorio vir ad bona quæque patranda vti poteſt.

D. Auguſtinus in ſerm. illo 45. de tempore, etſi accommodatitiam de Eccleſia interpretationem ſequitur, tamen alteri litterali anſam præbet ad hunc modum. *Operatur viro ſuo bona & non mala in omni vita ſua*, exequitur ſcilicet ſemper bona, & à malis abſtinet, id verò non vt aliis, ſed vt viro ſuo placeat, & gratiam illius magis, ac magis ineat. Auguſt.

## *De Beata Virgine.*

Præfatas expoſitiones Virgini, ac Ioſeph accommodare integrum eſt; Virgo. n. Maria verè ſponſo ſuo Ioſeph *reddidit bonum, & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ*; nam fidem ab omni perfidia alienam illi præſtitit: hæc erat prima interpretatio, opes illius non temporales, ſed ſpirituales auxit, ſolatia, & animi delinimenta eidem impendit, hæc erat 2. & 3. expoſitio. Accipe verba D. Bernard. in ſerm. de Ioſeph. *Amplius autem, quia omnia quæ ſunt vxoris, ſunt viri, credo quod beatiſſima Virgo totum theſaurum cordis ſui, quem Ioſeph recipere poterat ei liberaliſſimè exhibebat.* & breui interuallo. *Quantas putas exhortationes, conſolationes, promiſſiones, illuminationes, inflammationes, & æternorum bonorum reuelationes recipit in tranſitu ſuo Ioſeph* 66 Bernard.

*à ſanctiſſima ſua ſponſa Maria.* Sed obſerua vim illius verbi *reddidit*, aut *retribuit ei*, ſignificat enim hæc omnia bona non gratis, merè, ac liberaliter à Virgine Ioſepho impendi, ſed ob acceptam gratiam rependi, ac reſtitui. Succedat autem memoriæ id, quod nuper in ſuperiori verſu adſcripſi ex Auguſt. qui docet Ioſephum de Virgine tantoperè bene meritũ, vt illi Maria hoc debeat, quod in matrem Dei diuino conſilio electa fuit, quia Virginitas Dei parentis dignitatem ipſi attulit, Virginitatis autem inuiolatæ gloriam Ioſephi temperantia ſeruauit. Nam propterea inquit Auguſt. Maria Virgo in æuum manſit, quia Ioſeph vir eius iure ſuo ceſſit, quod ipſi in eius carnem legitimæ nuptiæ tradiderant. Ergo propter gratiam iſtam qua Virgo à Ioſeph ſponſo donata, & affecta fuit, aptiſſimè in ipſam quadrat illud, *reddit ei bonum, & non malum*, &c. reddit inquam, ideſt, acceptam ab ipſo gratiam rependens, ac remetiens, ei cumulatiſſimè reſtituit quod ab ipſo accepit. *Auguſt.*

67 Sed accommodatiſſimè Virgini adaptare licet tranſlationem Sep. iuxta præmiſſam expoſitionem. *Operatur viro ſuo ad bona*, id eſt, viro ſuo ad optima quæque operatrix & adiutrix eſt, ob ſimilitudinem voluntatis, atque morum Gene. 2. dicitur. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum; faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* (*Gen. 2.*) Quanta ergo dignitas illius hominis, cui Maria non diſpar, ſed ſimilis valde contigit adiutrix. Nam ipſum Ioſeph Mariæ quam ſimillimum fuiſſe docet D Bernard. (*D. Bern.*) vbi ſupra. *Quomodo*, inquit, *cogitare poteſt mens diſcreta, quod tanta vnione vniret mentis tanta Virginis aliquam animam, niſi ei virtutum operatione ſimillimam? Vnde credo Ioſeph fuiſſe mundiſſimum in Virginitate, profundiſſimum in humilitate, ardentiſſimum in charitate, altiſſimum in contemplatione*, &c. Ergo Virginem Ioſepho cooperatricem, & adiutricem fuiſſe ad bona, ſic intelligo; ipſam ſcilicet illi ad Virginitatem, humilitatem, charitatem, & alias virtutes obtinendas adiumento fuiſſe meritis ſuis, conſilio, atque exemplo.
68 Quid certius? Eadem etiam ipſa verba de Spiritu ſancto accipere iuxta ſupra adſcriptas interpretationes procliue eſt, & de Chriſto etiam exponere pronum valde.

---

## XIII. *Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.*

69 Quæſiuit lanam, &c. Hebr. *Quæſiuit lanam & lina, & fecit in voluntate manuum ſuarum*; alij. *In beneplacito manuum ſuarum*, Chald. *Et operata eſt iuxta voluntatem manuum ſuarum.* Sept. *Filans lanam, & linum, fecit quod vtile eſt manibus ſuis.* Aquila, Symmach. & Theod. *Quæſiuit.* D. Auguſt. *Inueniens lanam, & linum*, in reliquis concinunt cum noſtra Vulgata, ſic enim habent, *ἐν βουλῇ manuum ſuarum.*

*Legion.* Sententia eſt valdè illuſtris. Legionenſis expendit verbum illud, *quæſiuit*, vt ſignificet ex quibuſdam ſuperfluis, & inutilibus, videlicet ex furfuribus, & eiuſmodi aliis, pretium coactum ad lanam linumque coëmendum impendiſſe. Ianſenius aliter. *Quæſiuit*, inquit, id eſt, non expectauit, vt illi à marito obtruderentur linum, & lana, ſed ipſa conquiſitum induſtria ſua linum lanamque elaborauit. Addit autem *linum, & lanam*, quia in his honeſtius, quàm in aliis fœminarum operæ verſantur. Fruſtra hic veterum teſtimoniis vtar, ſunt enim peruulgata. Hieron. ad Demetriadem. (*Hieron.*) *Habeto*, inquit, *lanam ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila ducito, vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſi vertantur.* Et iterum ad Lætam. *Diſcat & lanam facere, tenere colum, rotare fuſum, & ſtamina pollice ducere* Apud Romanos, vt conſtat ex Varrone, Plutarcho, & Plinio locis infra citandis, (*Varro. Plutarch. Plin.*) ſponſæ colum ſecum ferebant, & fuſum, virorumque ianuam lana molli inungebant; ad hæc in pelle lanata noua nupta conſidere ſolebat. Hi autem ritus nuptiales ab vxore in domo mariti lanificium exercendum eſſe docebant. Et ſanè lanas ad eum modum olim tractare non tenues ſolùm, & ſordidæ mulieres conſueuerant, ſed etiam ingenuæ, atque honeſtæ. Taceo Penelopem, Helenam, Circem, Lucretiam, & & alias, quas Homerus lanam, linumque verſantes inducit: taceo etiam Deas ipſas Iunonem & Mineruam, quibus lanificium quoque tradit. Conſule Tiraquel. l. 10. legum connub. n. 40. & deinceps. (*Tiraquel.*)

*Et operata eſt conſilio manuum ſuarum*, Hebr. בחפץ *Bechephets*, à radice חפץ *Chaphats*, ſignificat *voluntatem, & animi propenſionem*, ſeu *complacentiam.* Hinc prior interpretatio, id eſt, cooperata eſt non coactè, aut inuitè, ſed libenter, ita vt ſenſus ſit, *operata eſt voluntate manuum*, id eſt, manus, ſecundum voluntatem illius ſeſe exercebant, ita vt manus non minus promptæ forent, quàm voluntas. Vel ſecundùm Rabbi Himmanuel eſt Hypallage hoc ſenſu, *Fecit voluntatem manibus ſuis*, ſcilicet ſuam. Nimirum ea erat illius peritia in lana linoque tractando, vt quidquid vellet ex illis faceret, & materies manibus illius quodammodo pareret. Nec abit ab hac ſententia Vulgata lectio, *Et operata eſt conſilio manuum ſuarum.* id eſt, *Hazia conſus manos loque queria.* Aliqui referunt ad induſtriam, ita vt idem ſit conſilium manuum, atque earundem induſtria & ſolertia. Item vox illa חפיץ *Chephits*, accipi ſolet pro negotio, & inſtituto. Eccleſiaſt. 3. (*Eccleſ. 3.*) *Omnia tempus habent*, in Originibus eſt. *Tempus eſt omni negotio aut inſtituto*, ſignificatur autem ea voce negotium quod ex complacentia, & ex propenſione animi ſuſcipitur. Hinc ergo (ni fallor) fluxit interpretatio Septuag. *Et fecit quod vtile eſt manibus ſuis*, quibus verbis obiter carpuntur quarumdam fœminarum mores, quæ ſuas operas rebus planè inutilibus impendunt, hæ ſunt, quæ nimium pulchras & elegantes faſcias tenent, & alia id genus elaborant, atque in his prolixiores operas ponunt, exiguo valde, aut nullo quæſtu. Non ita, inquit Salomon, fœmina iſthæc fortis, *ſed fecit vtile manibus ſuis*, id eſt, quæſtuoſam artem exercuit, ex lana & lino telas conſtruens. 70

Patres myſticam de anima, ſeu de Eccleſia
interpretationem amplectuntur, atque alij aliter 71 *Auguſt.*
ediſſerunt: ſed audiendus eſt vnus Auguſtinus, vbi ſupra. *Lanificam*, inquit, *& linificam matronam iſtam ſanctus ſermo deſcribit. Quæritur autem à nobis quid ſit lana, & quid ſit linum; lanam carnale aliquid puto, linum ſpirituale: hoc conijcere audeo ex ordine veſtimentorum noſtrorum: interiora ſunt enim veſtimenta linea, lanea verò exteriora: quidquid carne operamur in promptu eſt, quidquid ſpiritu in ſecreto: operari ergo carne, & non operari ſpiritu, quamuis bonum videatur, vtile non eſt. Operari inuenis hominem porrigentem manum, vel eleemoſynam pauperi, nec tamen de Deo ibi cogitantem, ſed hominibus placere cupientem, lanea veſtis videri poteſt, in-*

*teriorem non habet. Inuenis alium dicentem ſibi, ſufficit mihi in conſcientia Deum colere, Deum adorare, quid mihi opus eſt, aut in Eccleſiam ire, aut viſibiliter miſceri Chriſtianis? lineam vult habere ſine tunica. Inuenit hæc mulier lanam & linum, & fecit vtile manibus ſuis*, nimirum quia vitæ vtriuſque, actiuæ, atque contemplatiuæ negotium otiumque complectitur: ſenſus eiuſmodi accommodatitios perquire in Beda, Hugone, & aliis.

## *De Virgine Deipara.*

Virginem Deiparam, & lanificam, & linificam fuiſſe veriſimiliter docet Gerſon in ſua Ioſephi diſt. 1. ſic enim habet. *Gerſon.*

*------Fœmina fortis*
*Quæſiuit lanam, & linum vicinia tradit*
*Vt paret, inque filos ſubtiles protrahit, inde*
*Textrino mandet operi, doctiſsimus artis*
*Virgineus digitus, domus otia nulla recepit.*

*Mant.* Et Mantuanus libr. 1. Partheno.

*Nunc lanã pingebat acu, nunc penſa trahebat.*
*Serica, & immiſſis per licia pendula filis*
*Vela ſacerdotum ſacros texebat in vſus.*

*Epiphan.* Diuus Epiphanius in vita Virginis ſic addit. *Erat docilis & amans doctrinam, & non ſolùm in ſacris litteris, ſed etiam in lana, & lino ſerico, & byſſo laborabat. Erat præterea in ſapientia, & intelligentia ſuper omnes illas ſæculi adoleſcentulas cunctis admirationi, quæ & verè conficeret ea, quorum vſus in templo erat ſacerdotibus.* Ad hæc Diuus Anſelmus ſic habet. *Anſelm.* *Opus verò manuum eius erat, lanæ, lini & ſerici*, in libr. de vita Virginis. Item tunicam illam ex omni parte clauſam, & minimè conſutam, ſiue laneam, ſiue lineam, Virgo contexuit, vt docet Euthym. in cap. 27. Matthæi, vbi antiqua totius Eccleſiæ traditione id ratum eſſe dicit. *Euthym.*

73 Quod ſi hanc ſententiam ſpiritualem ad ſenſum vocemus, accommodatiſſimè in Virginem cadit ſuperior illa Auguſtini interpretatio duplicis, vitæ, actiuæ, atque theoricæ, vt ſenſus ſit. Maria in lana, atque lino operata eſt, id eſt, externis atque internis operibus ſeſe impendit, vtramque ſcilicet Mariam, atque Martham complexa. *Epiphan.* Audiendus præterea eſt Diuus Epiphan. libr. 3. contra hæreſes longè à principio, vbi Mariæ ſpirituale quoddam lanificium tradit. nam Iob cap. 38. ſic habetur. *Iob 38.* *Quis dedit gallo intelligentiam?* quæ verba Septuaginta ſic extulerunt. *Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, & variegandi ſcientiam?* Epiphanius igitur hæc verba Euæ, atque Mariæ appoſitè adiecit: nam de duabus, inquit, mulieribus dictum eſt, *Quis dedit mulieribus ſapientiam texturæ & ſcientiam variegandi? Nam prima ſapiens eſt Eua, texens veſtes ſenſibiles, propter Adam, quem denudauit: ipſi. n. datus eſt hic labor, quoniam per ipſam nuditas inuenta eſt.* Mens Epiphanii eſt Euam veſtes illas primas conſueuiſſe, quibus ipſa, & vir eius amicti ſunt; addit, *Mariæ verò datum eſt à Deo, vt pepererit nobis agnum, & ouem, & ex gloria ipſius agni, atque ouis factum ex nobis, velut ex vellere, in ſapientia per virtutem ipſius indumentum incorruptibilitatis.* quid plura? *Proclus.* Proclus Epiſcopus Cizicenus de Chriſti natiuitate differens (habetur autem in Primo tom. Concilij Epheſini) in Maria, & ex Maria laneam quandam telam eleganter orditur. *Hæc ſola*, inquit, *Pons eſt, per quam Deus ad hominem deſcendit; hæc admiranda illius œconomiæ tela, ex qua, & in qua ineffabili quodam modo admirabilis vnius vnionis tunica confecta eſt, cuius quidem textor extitit Spiritus ſanctus, nectrix virtus ex alio obumbrans, lana vetuſta, viloſaque, Adami pellis, trama impolluta Virginis caro, radius textoris immenſa geſtantis gratia, artifex verbum per auditum illapſum*, &c. Aptè ergo in Mariam cadunt illa verba. *Quæſiuit lanam, & linum*, &c. & quidem quæſitam lanam nobis impendit, vt venuſto ſchemate tradit Bernardus. *Bernard.*

---

## XIV. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum.*

FActa eſt, Hebr. ad verbum. *Fuit ſicut nauis circumeuntis de longè adducet panem ſuum.* 74
Chaldaic. *Facta eſt ſicut nauis mercatoris, cuius è longinquo effertur cibus.* Septuaginta. *Facta eſt tamquàm nauis mercaturam exercens de longè, congregat autem hæc vitam*, ſic habet correctior textus Sixtianus. Complut. & Regius. *Congregat autem hæc diuitias.*

*Facta eſt quaſi nauis inſtitoris.* Inſtitor appellatur mercator, vel quia cumulandis opibus inſtat ſedulus, vel quia negotio ſuo inſiſtit; hæc ſunt verba Vlpiani. *Vlpian.* *Quicumq; negotio præpoſitus eſt, inſtitor appellatur.* Sed accipe verba Labeonis. *Labeo.* *Sed etiã eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, ſeu linearii dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam; quos vulgò circuitores appellamus.* Et ſanè hæc eſt germana *inſtitoris* ſignificatio, vt docet Briſſonius in l. de formulis: *Briſſon.* atque ideò fortaſſe inſtitores dicti, quia non more aliorum mercatorum domi emptores expectant, ſed merces circumferunt, & inſtant, & prouocant ementes: atq; adeò cohæret optimè hæc vox cum Originali; eſt enim סוחר *Socher*. i. *circuitor*, quamuis vtraque vox in vniuerſum pro quolibet mercatore, aut licitatore accipi ſoleat.

75 Ergo locum iſtum non eodem modo exponunt interpretes. Rodolphus, Ianſenius, Caiatanus, & alii, ſimilitudinem iſtam ſic ediſſerunt. *Rodolph.* Hæc mulier ſedula aſſiduè labori incumbens, ſimilis eſt naui mercatoriæ, quia ſicut nauis iſthæc merces quaſdam in exteras regiones vehit, hiſque diſtractis alias inde reuehit, atque adeò duplex inde lucrum refert: ſic etiam mulier hæc ſtrenua his, quæ manibus ſuis operata eſt negotiatur: quia dum hæc diſtrahenda tradit, pro his alia opportuna ad victum accipit. Obſeruant autem præfati interpretes illa verba, *De longè portans panem ſuum*, non ad nauem referenda eſſe, ſed ad ipſammet mulierem, quia, vt ſupra animaduerti, in Primitiuis non eſt *nauis* in ſingulari numero, ſed *naues* in numero multitudinis, atque adeò numeri non cohærent.

*Rodolph.* Addit Rodolphus comparationem iſtam ideò ſuſceptam à Salomone, vt ſignificaret hanc fœminam non tam naui illi ſimilem eſſe, quàm eidem longè præſtare, ita vt maior ſit illius laus, quàm nauis. Nam domi hærens ampliora facit lucra, quàm nauis illa; ſeu claſſis ad longinquas regiones nauigans. Et quidem iſthæc mulier de longè panem ſuum aſportare dicitur, quia nimi-

rum nauis illa vt ea, quę neceſſaria ſunt ad victum referat, longas nauigationes ſuſcipit, hæc autem mulier domi manens mercatores ad ſe trahit, qui vt telas, & pannos ab ipſa confectos, & elaboratos referant, omnia, quæ ad victum neceſſaria ſunt, ad illam perferunt, vti hæc pro illis commutent.

76 *Legion.* Luyſius Legion. de perfecta nupta hanc ſimilitudinem aliter, atque aliter ediſſerit, ſed vt quædam leuiora dimittam, extrema illius expoſitio perplacet mihi, quam hîc amplificatam & auctam dabo. *Facta*, inquit, *eſt quaſi nauis inſtitoris,* &c. (nomine autem *panis* quemcumque cibum in vniuerſum notari concors interpretum ſententia fert.) Commendatur ergo indefeſſa, ac ſemper noctu diuque operi inſtans mulieris iſtius induſtria. Itaque ait Salomon, hæc mulier ſimilis per omnia eſt naui onerariæ, quæ cibos ab vna regione in aliam aſportat: ſicut.n. hæc nuſquam ſiſtit, ſed noctu diuque ſine intermiſſione nauigat, & dormientibus, aliudque agentibus vectoribus, ipſa nihilominus pergit, & ſpatia longiſſima conficit; ſic etiam hæc mulier labori ſuo ſemper incumbit, noctes, dieſque aliquid vtile ſine intermiſſione agit: nec prius conſiſtit, quàm omnia ad victum, & domeſticam rem opportuna in domum inuehat ſuam. Et quidem ſecundùm hanc expoſitionem accommodata eſt ſimilitudo nauis victum portantis ad ſignificandam celerem, & numquam intermiſſam illius fœminæ diligentiam: quia eiuſmodi naues velocius deferri *Iob 9.* ſolent propter periculum mercium, ſi diuturnior nauigatio ſit. Cui adſimile eſt illud Iob ca. 9. *Pertranſierunt quaſi naues poma portantes*, id eſt, ocyſſimè abierunt dies mei, vt aſſolent naues, quæ poma, & alios cibos aſportant, corruptioni, atque putredini obnoxios, hæc enim velocius deferri ſolent, ne nauigationis diuturnitas mercis iacturam afferat.

Vel, ſi libet, aliter ſimilitudo conformari poteſt, vt ſignificetur aſſidua, & laſſitudinis expers huius mulieris diligentia: nauis enim vltrò nauigat: alia quidem non ſine labore mouentur, nauis autem ſine laſſitudine ipſa per ſe labitur, ac ruit: non aliter hæc mulier induſtria ſponte laborat, & aſſiduò operans non laſſeſcit.

77 Aſt ego hanc ſimilitudinem eò ſpectare dixerim, vt ſignificet fœminam iſtam labore ſuo opes mariti augere, & omnia ad victum neceſſaria comparare, non quidem è veſtigio & repente, ſed longo tempore, vt ſuadeat fœminis operas operibus nectere, & numquam laborem intermittere, futurum putantes, vt tandem aliquando poſt longas moras locupletes fiant. Propterea Salomon ait. *Quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum*, ac ſi dicat; hæc bonorum copia, quam ſedulæ huic mulieri polliceor, non adeſt è proximo, ita vt breui interuallo pariatur, ſed è longinquo, ita vt longo tempore, ac diuturno labore opus ſit. Et quidem huic expoſitioni, quæ mihi ante alias probatur, fauet lectio Originalis *facta eſt quaſi nauis circumeuntis*. i. non rectà, & ſine errore pergentis, ſed longiori ſpatio per ambages iter ſuum conficientis. Ad hæc lectio Septuag. eundem ſenſum reddit. *Facta eſt tamquàm nauis mercaturam exercens de longinquo; congregat autem hæc vitam*, nimirum hæc mulier ea, quæ ad vitam tuendam neceſſaria ſunt, cogit, accumulat, ſed è longinquo, &c.

*Aug.* Alias expoſitiones de Eccleſia, atque anima iuſta tradunt Auguſt. loco citato, Beda, Hugo, Salonius, & alii interpretes hîc, quos facilè cuilibet adire licet. *Beda. Hugo. Salon.*

### *De Virgine Deipara.*

78 Verba iſta Virgini Eccleſia tradit: hanc verò Deiparæ & nauis ſimilitudinem tradit D. Bonauent. in ſerm. 1. de B. Virg. D. Bernard. in Salue, & alij paſſim Patres vſurpant. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris*, &c. id eſt, ſimilis eſt naui onerariæ frumenti ac panis vim magnam in Eccleſiam aſportanti, ipſa enim eſt, quæ panem è cœlo deſcendentem, Chriſtum ſcilicet portans in Bethleem ſoluit, qui interpretatur *Domus panis*. Vnde D. Gregor. hom. 8. *Bene*, inquit, *in Bethleem naſcitur*, i. *in domo panis: ipſe enim eſt, qui ait, Ego ſum panis, qui de cœlo deſcendi*. *Greg.* Poſſunt etiam hæc verba non ſolùm ad natiuitatem Chriſti, ſed etiam ad Euchariſtiæ panem referri, quem Virginis ſtudioſæ animę ipſa, vt ita dicam, aſportante copioſius percipiunt, & ſi licet dicere, viliùs emunt. Obſerua autem vim vocis Originalis, quæ ſic habet. *Facta eſt quaſi naues*, &c. i. tamquàm claſſis magna. His nimirum qui ipſam ſtudioſè colunt, cœleſtis panis copia & vilitas ſuppetit, ei ſimilis quam claſſis magna frumento onerata ad portum appellens proximis populis afferre conſueuit. Quomodo autem Virgo ſanctiſſima Euchariſtiam nobis offerre, & cœleſtem panem impertiri dicatur, vide ſupra cap. 9. ad illa verba. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinũ, quod miſcui vobis*. Ad hæc *facta* dicitur *quaſi naues*: ad hunc ſenſum accerſere licet illa verba Damaſceni in orat. 1. de dormitione. *Hæc eſt quæ gratiæ abyſſum inuenit, & duplicem virginitatis nauem incolumem ſeruauerat: animamque non minus quàm corpus, incolumem cuſtodierat*. Nimirum Maria eſt, quæ per gratiæ ampliſſimum mare, aut abyſſum, duas naues, corpus nimirum atque animam ſuam, ab omni culpæ ac libidinis naufragio liberas perduxit.

Sed tamen, vt hæc miſſa faciam, licet quidem 79 ex præmiſſis interpretationibus aliquas Virgini Deiparæ accommodare, ſi eas ad ſpiritualem negotiationem referamus, per quam virtutum, ac meritorum copias aſſiduis operis, ac laboribus ſibi peperit hoc modo. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris*, &c. Iuxta expoſitionem Ianſenij, ſimilis eſt naui onerariæ, quæ dum merces ex ſua ipſius patria exportat, & aliunde in patriam aſportat ex vna nauigatione dum it, reditque, duplex lucrũ facit. Sanè Virginis tota vita, & conuerſatio nihil aliud fuit, quàm ire, vt ita dicam, atque redire; ibat quidem cùm ad Deum ex animi quodam impetu ferebatur; redibat autem cùm ex Deo ad proximum recurrebat, vt commodis noſtris proſpiceret; Ita docet Bernardus ſer. 2. in Salue. Sed proh Deum immortalem! quàm copioſos quæſtus ex hoc aditu, redituque faciebat? Erat ſanè illius lucrum, ac meritum immenſum. Vel aliter iuxta interpretationem Rodolphi, Virgo Maria *Rodolph.* ſimilis eſt, imò potius vincit naues mercatorias, quia iſtæ vt lucri aliquid reuehant, longas nauigationes conficiunt (à quibus minimè differunt omnes alii iuſti, quotquot ſalutem ſuam magno labore, longis nauigationibus, aſſiduiſque diſcriminibus negotiantur.) Virgo autem ſanctiſſima domi hærens, atque operi incumbens ſuo, omni ſublato diſcrimine copioſius lucrum habet, &, vt ita dicam, talis eſt, vt omnes mercatores, ſcilicet iuſti omnes, merces ſuas ad illam libenter affe-

rant efferantque,vt qualemcumque ab ipſa fauorem referant,vt nimirum telas illas,quas ipſa conficit ex lino lanaque percipiant,quibus ſe conueſtiant,ſiue iſthæc ſint virtutes omnes,ſiue actionis & contemplationis opera,vt ex Auguſtino ſupra docui.Vel aliter ſecundùm expoſitionem Legionenſis,ſimilis eſt Virgo Deipara naui magnæ,quę noctu diuque ſine intermiſſione nauigat, & dormientibus,aliudque agentibus vectoribus ipſa nihilominus pergit, ac ſpatia longiſſima conficit. Virgo enim Deipara nuſquam conſtitit,nec opera pietatis intermiſit, quia, vt docet Ambroſius, etiam noctu inter dormiendum aliquid vtile actitabat,eratque non ſolùm perdia,ſed etiam pernox in labore,ac pietate. Ad hunc modum duas alias interpretationes accommodare procliue eſt, de ſpontanea,ac voluntaria illius exercitatione,& de diuturnis operis, quibus eam vim gratiæ adepta eſt, quam denique obtinuit.

---

## XV. *De nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.*

80 DE *nocte ſurrexit*,&c. Hebr. *Et ſurrexit adhuc nocte,deditque prædam domui ſuæ, & ſtatutum puellis ſuis*,pro *præda* eſt vox טרף *tereph*, à radice טרף *taraph*. id eſt, *dilacerauit, diſcerpſit*, propriè de feris enuntiatur. Ezech.22. *Sicut leo rugiens & rapiens tereph*,id eſt, *prædam*. Et cap.19.de leone iterum dicit,*didicit rapere tereph*,id eſt,*prædam*, & paſſim alibi. Admonet autem Kimhi hoc nomine quamlibet eſcam cenſeri, vel quia dentibus teritur, ac diuiditur; vel ſimpliciter, quia manu carpitur: ſuadet hoc lectio Septuaginta quæ ſic habet. *De noctibus ſurrexit, deditque* βρώματα *domui*,id eſt,eſcas,aut cibos impendit. Item Pſalm. 110.ad illa verba. *Dedit tereph timentibus ſe.* Septuaginta ſic extulerunt. *Dedit eſcam timentibus ſe.* Cæterùm alij curioſiùs non quamlibet eſcam eo nomine appellari exiſtimant,ſed eam tantùm,quę labore, ac ſudore paratur, nam qui eo modo eſcas victui neceſſarias conquirunt ferarum inſtar ſuo robore,ac fortitudine,quaſi per vim accipiunt,ac veluti deprædantur. Denique alij *prædæ* nomine penſum notari exiſtimant, quod ſollicita domina domeſticis ſuis multo mane impendit,vt tempeſtiuè abſoluant. Sed tamen cur hoc penſum *rapina* dici poſſit,non ſatis liquet: niſi fortè quia celeriter peragitur. Vide etiam an *prædæ* nomine dicatur matutinum prandium,vel admorſum, vulgò *almuerzo*,hoc enim non per quietem, ſed raptim, & celeriter ſumi ſolet.

Ezech. Pſal.110.

Subeſt etiam pro *cibariis* in Hebræo חק *Chok*, à radice חקק *Chakak* duplicante ſecundam,ſcilicet *ſtatuit,deſcripſit,depinxit.* Significat autem *ſtatutum,præceptum,morem,ius & legem*, ergo plures legunt & *ſtatutum ancillis ſuis*. Theodotion & *conſtitutionem ancillis ſuis*: quidam & *penſum*, & alij aliter. Chaldæus ſic ad verbum. *Et ſurrexit de nocte,deditque eſcam domui ſuæ, & penſum ancillis ſuis.* Ad rem.

81 Huius loci ſententiam eruere non eſt difficile: *de nocte ſurrexit*,&c. Hæc videlicet mulier ſollicita,& induſtria,operas ſuas ſic inſtituit,multo mane ante auroram à ſomno excitata ſurrexit celerius, *Deditque prædam domeſticis ſuis.* (Secundum præmiſſas *prædæ* ſignificationes diuerſas interpretationes comminiſci integrum eſt.) Prima eſt. Iam inde ante auroram penſa trahenda domeſti-

A ſticis ſuis dedit,nimirum ſeruis & mercenariis, vt omnes decretas ſibi operas tempeſtiuè abſoluerent. Et quidem hanc expoſitionem ſic libet expendere. *Deditque prædam*,&c id eſt,penſum vnicuique deſcripſit, quod ſinguli ſic auidè arripiebant & celerius peragebant,ac ſi prędam aliquam agerent. Ad hunc etiam ſenſum vocant verba ſequentia, *& ſtatutum ancillis ſuis*, id eſt, non ſolùm ſeruis & mercenariis operas decernebat,ſed etiam ancillis penſa diurna conſtituebat maturius, ne quas temporis anguſtias cauſari poſſent.

Secunda interpretatio ſatis celebris ſic habet: ſurrexit quidem multo mane, & ſeruis,ac mercenariis,quos ad agros colendos ire oportebat,eſcas diurnas ante auroram obtulit,vt maturius ad ſuas operas contenderent. Sed agedum, cibus iſte cuius præda dicitur? An ſeruorum & eorum, qui conducti ad agros huius heroinæ colendos ibant? B quia nimirum hi talibus cibis,quaſi per vim partis, & quæſitis viuerent, vt ſupra obſeruaui; an potius ipſius matrisfamilias præda appellatur. Huic ſententiæ adhærere videntur ex interpretibus nonnulli, qui huius fœminæ beneficam erga ſeruos liberalitatem præmiſſis verbis tantumdem notari autumant; cùm enim præmiſiſſet ipſam ſimilem eſſe naui panem, id eſt, ciborum omne genus de longè aſportanti, ſubdit illam ex his cibis copioſè domeſticis ſuis impartiri, *Dedit*, inquit, *prædam domeſticis ſuis*,(ſic verò metaphora ſoluenda eſt:) ſicut fera quæſitam prædam non C ipſa ſolùm deuorat,ſed in fruſta diſcerptam catellis ſuis diſtribuit,ſic etiam mulier hæc fortis quæſitum,partumque labore ſuo victum,non ſibi ſolùm ſumebat,ſed ex eo copioſè admodùm domeſticis cibaria diſtribuebat, tam ſeruis, quàm ancillis. 82

Vel aliter, hæc *præda* ad ſeruos,& ancillas referri poteſt, ita vt ſignificet promeritam ab ipſis mercedem. Et quidem lucrum labore,& induſtriâ partum, prædæ, ac venationis nomine cenſeri in ſacra Scriptura iam inde ſupra docui cap.12.ad illa verba. *Non inuenit fraudulentus lucrum ſuum*,pro quibus in Primitiuis eſt. *Non aduret fraudulentus venationem aut prædam ſuam.* Ergo ait. *De nocte ſurrexit*,non quidem mane,ante auroram, vt nu- D per dixi,ſed vbi nox occubuit abſolutis operis ſurgens ex eo loco,vbi interdiu ſederat, lanam, & linum verſans domeſticis prædam, id eſt, victum, mercedemque promeritam erogabat, nemo enim otioſus apud ipſam cibos ſumebat, ſed omnibus victus præda erat,labore,& ſudore parta. *Et cibaria ancillis ſuis.* Hebr. *Et ſtatutum ancillis ſuis*, quippe quæ ſic cum ancillis conſtituerat ſuis, vt non prius cœnam ſumerent,quàm conſtituta ſibi penſa perſoluiſſent. 83

Tertia interpretatio matutinum prandium, vulgò admorſum,per prædam intelligit, & minimè inelegantem ſententiam reddit. *De nocte*,id eſt, ſummo mane, *ſurrexit*, & vt domeſtici tam ſerui, quàm ancillæ operas ſibi decretas maturius inua- E derent,ipſis admorſum ante lucem offerebat;non permixtim,ſed ſeparatim ſeruis, & ſeorſim ancillis: quibus verbis obiter inſinuat, quantum mulier hæc honeſta pudicitiæ conſuleret, & quidem accommodatè ſeruis prædam, ancillis verò cibaria dedit: illis enim caro ferina vel alia quælibet in prandium matutinum dari ſolet: his autem leuiores cibi placent. 84

Denique ex Patribus D. Auguſtinus locum iſtum de Eccleſia ad hunc modum ediſſerit. *De noctibus*,inquit, *exurgit, noctes tribulationes ſunt, ſed* August.

*cui hæc? De noctibus ſurgit, id eſt, in tribulationibus proficit*, &c. *Et dedit eſcas domui ſuæ in noctibus, præbuit ſe imitandam, faciens docuit, quod faciendum dixit*, &c. Vide ibi plura in ſermone 45. de diuerſis. Hærent Auguſtino Salonius, Beda, Hugo, Dionyſ. & alij quàm plures.

*Salonius. Beda. Hugo. Dionyſius.*

## *De Virgine Deipara.*

85 Hæc verba Deiparæ tradit Eccleſia, quæ nullus, quod ſciam de illius laudibus hactenus latiùs expendit, poſſunt tamen ex præmiſſis interpretationibus aut plures, aut omnes ad eandem deflecti. Nimirum exurgens mulier hæc ſummo mane ſeruis & ancillis penſa diſtribuit, vt maturiùs inchoantes eadem citius abſoluerent. Non aliter virgo quaſdam animas ſibi ſtudioſas ocyus, id eſt, à pueritia ſua, ſeu ab adoleſcentia excitat, & eiſdem virtutum penſa demandat, vt ipſa opitulante, maturius perficiant.

B

Poſſumus etiam ad illius liberalitatem referre eo modo, quo ſupra in vniuerſum explicui, vt quemadmodum fera captam venationem, & prædam non integram deuorat, ſed pullis, vel catellis diſſectam offert; ſic etiam Virgo ſanctiſſima partam gratiam & merita non ſibi ſoli arrogauit, ſed nobis etiam benigniſſimè impendit, atque diſtribuit. Nam vt ait Bernardus, *de plenitudine illius omnes accepimus*.

*Bernard.*

C

Quid plura? ſi illud *de nocte ſurrexit* ad veſperam referas, poſt operas iam perfectas, identidem illi quadrant iſta verba hoc modo. *De nocte ſurrexit*, id eſt, vbi huius vitæ, ac lucis vſura fluxit, & nox mortis incubuit, ipſa quidem Virgo ſeruos, & ancillas ſuas lautiſſimâ excepit cœna in cœlo. Et quidem ſeruis prædam offerre dicitur; nullus enim deſes & ſocors apud ipſam cœnat, ſed omnibus quidem victus præda eſt, ex labore parta. Idem ſtatutum, aut dimenſum ancillis erogat; ſic enim cum animabus ſui ſtudioſis paciſcitur, vt non ante ad epulas veniant, quàm ſibi conſtituta penſa perſoluerint. Denique nomine prædæ, ac cibi, ſacram ſynaxim interpretari licet, cuius frequentem vſum nos vni Mariæ debere ſupra cap. 9. multis rationibus euicimus ad illa verba, *Venite, comedite, panem meum*, &c.

D

---

### *XVI. Conſiderauit agrum, & emit eum; & de fructu manuum ſuarum plantauit vineam.*

86 *Conſiderauit agrum*, &c. Hebr. *Cogitauit agrum, & accepit eum*. reliqua concinunt Chaldæus. *Et cogitauit in conſilio, & accepit agrũ*. Sept. *Conſiderans agrum emit, & de fructibus manuum ſuarum emit poſſeſſionem*. Caietanus legit. *Cogitauit agrum ſuum*, ſed pronomen poſſeſſiuum abeſt omnino ab Originibus.

E

*Caietan.* Ergo Caietanus ſic exponit. *Cogitauit agrum ſuum, & accepit eum*. Nimirùm meditari cœpit apud ſe, agrum ſibi obtigiſſe ex negligentia maiorum incultum, aut qui parum vberes fructus redderet, atque illius ſterilitatem in fœcunditatem nimiam migrare fecit, nam ex lucro, quod lanificio, atque aliis manuum ſuarum operibus quæſiuit, operarios conduxit, & vineam feracem admodum plantauit. Et quidem ſæpius id accidit, vt ager, afferendis meſſibus parum habilis, vitibus conſitus ferax ſit: nam vites graciliorem, atque

A

leuiorem tellurem poſtulant; fruges verò craſſam & pinguem. Hinc illud Maronis libr. 2. Georg. *Maro.*

*Altera frumentis, quoniam fauet altera Baccho,*
*Denſa magis Cereri, rariſſima quoque Lyæo.*

Accipe etiam verba Theophraſti lib. 2. ca. 5. *Pratenſe, & arenaceum vitibus percommodum eſt, & in ſumma ſolutum, leue, tenue*. Adde Columellam in lib. de arboribus cap. 13. qui ita præcipit. *Locis aridis, & macris, & ſiccis, vitem ſere natura feracem, & validam, crebriſque acinis. Quod ſi pingui agro validas vites depoſueris pampinis magis eluxuriabunt; & qualemcumque fructum tulerint ad maturitatem non perducent*. Et lib. 3. cap. 5. ait. *Vitiarium faciendum terra mediocri potius, quàm pingui*. Lege Palad. lib. 2. & 13. & alios, qui agrorum colendorum præcepta tradunt. Ergo fœmina hæc fortis ideo commendatur iuxta expoſitionem Caietani, quia macrum, gracilem, ac tenuem agrum, qui frumenti parum fœlices prouentus referebat, conductis operariis vitibus conſeuit, quas fœliciſſimè deinceps tulit: ſed tamen hæc expoſitio cum Vulgata lectione non cohæret.

*Theophra. Columella. Palad.*

*Conſiderauit agrum, & emit eum*, &c. Laudatur huius mulieris induſtria, quæ tanta erat, vt lanificio, atque aliis manuum ſuarum operis coacto pretio vberem ſatis agrum coëmere potuerit; & quidem non temerè, & ſine conſilio id aggreſſa eſt: ſed quia inter agrum & agrum magnum intercedit diſcrimen, *Conſiderauit illum*, nimirum priuſquàm acciperet attentius contemplata eſt, & hunc demum ſibi *comparauit*. *Et emit eum*, nec ſolùm emptione agrum iſtum accepit, ſed etiam auxit, & meliorem reddidit, quia *de fructu manuum ſuarum plantauit vineam*, quod non ita accipiendum, quaſi aliunde emptum quæſtu manuum ſuarum ſolum plantauerit, ſed quia tam emptionem, quàm plantationem ex eodem quæſtu compleuerit. Itaque ait non ſolum hæc robuſta fœmina agrum emit, ſed conſiderans apud ſe illum vitibus afferendis magis aptum eſſe vineam in eo ſuis ſumptibus plantauit. Vel aliter, huius fœminæ prudens conſilium inſinuatur, quæ agrũ macrum, & gracilem emit, atque adeò vili admodum pretio illi conſtitit. Et quidem eo conſilio comparauit, vt poſtea in vineam conſitis vitibus commutaret, his enim afferendis habilior erat, ex quo accidit, vt breuiſſimo interuallo feraciſſimam vineam exiguo diſpendio poſſideret. Itaque non ſolùm mulieris iſtius diligentia, & labor commendatur, ſed etiam ſolertia & induſtria. 87

D. Auguſtinus vrget Allegoriam de Eccleſia ad hunc modum. *Proſpiciens agrum mercata eſt*, ſic ipſe legit. *Proſpiciens*, ait, *non in præſenti, ſed in futuro, mercata eſt agrum iſtum, proſpiciens fide, & ſpe, ideò & de noctibus ſurgit, ſi enim quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus, quid ſunt noctes illæ præ illo agro? Quod enim ad præſens temporale eſt, ac leue tribulationis noſtræ, cum de noctibus ſurgimus, æternum gloriæ pondus operatur in nobis cor habentibus ad agrum illum. Qualis eſt ager ille? quæ pulchritudo illius eſt? inardeſcamus ad eum poſſidendum, ipſe quidem eſt, de quo dixit Deus, Et pulchritudo agri mecum eſt, Proſpiciens agrum mercata eſt. Vnde mercata eſt? ne fortitudine ſperes, & ſuſpires, & nihil agas, ager iſte ſegnem amatorem non amat; ibi certè cùm ad eum veneris forſitan requieſces, nec opus erit vt labores; non enim eſt talis ager ille, qualis eſt vbi Adam in ſudore vultus ſui comedit panem ſuum. Proſpiciens agrum mercata eſt, habet ibi agrum. Vbi agrum? vbi mercata eſt, vbi* 88

*Auguſt.*

*poſuit theſaurum ſuum, vt fieret ei? vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, modo tamen, vt ad illius agri ſpeciem perueniens compara tibi, vnde compares agrum ibi, quid? collige pretium, hoc enim agit hæc mulier de fructibus manuum ſuarum plantauit poſſeſsionem.* Hactenus Auguſtinus, vide plura apud Bedam, Salonium, Hugonem, Dionyſ. & alios.

## *De Virgine Deipara.*

89 Locum iſtum Eccleſia Virgini dat; ex Patribus autem nullus, (quod ſciam) illum Deiparæ accommodauit; licet tamen illum iuxta præfatas expoſitiones, atque agri, & vineæ acceptiones, Deiparæ diſſimiliter aptare. Nam ſi agri nomine animam quamlibet ipſius Virginis ſtudioſam capiamus, ſic licebit iuxta prius Caietani commentarium Virgini tribuere, *Cōſiderauit agrum ſuum, & accepit eum.* Nimirum apud ſe Virgo ſanctiſſima meditari cœpit animam ſibi iampridem addictam ob incuriam, & culturam neglectam, parum vberes bonorum operum fructus reddere, atque adeò, vt ipſam mitiorem, & feraciorem redderet *Vineam plantauit*; ad ea videlicet exercitamenta, & opera illam conuertit, quæ ingenio, ac moribus illius magis accommodata forent, vt fœliciorem, atque vberiorem bonorum operum prouentum ageret. Et quidem ita exiſtimo inter alia officia, quibus Virgo de ſui ſtudioſis bene meretur, hoc nobiliſſimum eſſe; quod illos ad ea potiſſimùm opera transfert, quæ ſecundùm eorum propenſionem ſunt, vt faciliùs, atque promptius illa exequi poſſint, atque adeò vberiores fructus reddant. Ita docuit D. Damaſcenus in oratione 2. de Aſſumptione, ſimilitudine aquæ, & ſolaris actionis, quæ cùm vnicæ ſint variè tamen, ac congruenter ad plantarum, graminumque naturam accommodantur, quæ his aluntur & fouentur; cuius verba ſupra dedimus cap. 8. Alias etiam expoſitiones tu te tibi, prout res poſtulabit, Virgini adaptare poteris, ſi in præfata agri, & vineæ acceptione ſiſtas. *Damaſce.*

91 Quod ſi per *agrum, vineamque*, vniuerſam Eccleſiam accipias, non ineptè agrum ab ipſa coemptum, & vineam plantatam conſitamque dicemus. Emit ſcilicet, quia ſalutis noſtræ pretium ex viſceribus ſuis fudit; plantauit autem, quia ſi Paulus eos omnes à ſe plantatos conſitoſque iactabat, quos ab infidelitate ad fidem conuerterat, (ita enim ait, *Ego plantaui, Apollo rigauit*) ea ſanè gloria Virgini deeſſe non poteſt, nullus enim in Eccleſia, atque fide firmas radices egit, quem Virgo ſancta meritis, ac patrocinio ſuo non defixerit, atque excoluerit. Poſſem quidem de hac vineæ atque agri ſimilitudine latius diſſerere, & quædam Virginis erga fideles omnes officia diſcutere, exemplo eorum, qui vineas conſerunt, ſed quia hæc facilè cuilibet in mentem veniunt, & apud Patres nihil occurrit, libens ſuperſedeo.

91 Aliter etiam per *vineam*, & *agrum*, ipſam Virginis animam accipere licet, in qua omnium virtutum vites ipſamet defixit, ac plantauit. Accipe verba Ambroſij libr. 3. Hexam. cap. 12. *Et bona vinea eſt anima iuſti, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum teſtimonium conſcientiæ, cui lingua torcular expreſsionis.* Quæ omnia nulli fœlicius contigerunt, quàm Virginis ipſius animæ. Huic ſanè virtutes pro viribus; quæ in gracili illa, & tenui, hoc eſt in humili, & pauperi terra altiores radices egerunt, copioſius prouenerunt, & fructus ſuos ad maturitatem perduxerunt. Poteſt etiam virginitas vinea appellari, Ambroſius in libr. exhort. ad Virgines ante medium. *Vinea*, inquit, *quidam fructus virginalis eſt, coniugia velut olerum plantaria ſunt, in quibus frequens zelus eſt*, &c. lege ibi multa. Hanc virginitatis vineam in ſemetipſa plantauit Maria, quam coniugium non decerpſit, nec partus auulſit, & quidem *ex hac vite* (verba ſunt Damaſceni in ſecunda orat. de Aſſumptione) *vitæ vuam collegimus, & ex eadem germen immortalitatis excerpſimus.* *Ambroſ.* *Ambroſ.* *Damaſc.*

---

## *XVII. Accinxit fortitudine lumbos ſuos; & roborauit brachium ſuum.*

Accinxit fortitudine, &c. Hebr. *In fortitudine lumbos ſuos, & confirmauit brachia ſua* 92

Septuaginta. *Præcincta fortiter lumbum ſuum, firmauit brachia ſua ad opus.* Aquila & Theodot. *Accinxit fortitudine ſua dorſum ſuum*, ſcilicet τὸν νῶτον, extrema autem verba, *& roborauit*, &c. Symmach. tranſtulit. ἐκράτυσεν, id eſt, ſolidauit. Aquil. & Theodot. ἐκαρτέρησεν, id eſt, *indurauit calloſque obducere fecit.*

Non vna omnium interpretum mens. Ex Rabinis aliqui ſic ſententiam conformant. Cùm Salomon præmiſerit hanc fortem mulierem non ſolùm domeſtica, ſed etiam ruſtica curare, addit ipſam ſupra conditionem fœmineam lumbos ſuos magnâ fortitudine accinxiſſe, hoc eſt virilem animum induiſſe, vt ea, quæ virorum ſunt perageret, ſcilicet, emere agrum, & plantare vineam: volunt enim præfati autores Salomonem id laudi ducere, quod mulier iſta fortis propriis manibus vineam plantauit, atque eò Salomonem ſpectaſſe affirmant, cùm ait. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos*, &c. quibus fauet Symmachi tranſlatio. *Indurauit, ſeu callos obducere fecit brachia ſua.* nimirum ex labore fodiendi & ſcrobes ducendi manus ipſius callos contraxerunt. Sed tamen hanc expoſitionem non probo, quia labor iſte ruſticus, & exercitatio ſyluana, grauem matronam minimè decet. Quapropter ſatiùs duco hæc verba ad ſubſequentes clauſulas reuocare ad hunc modum.

Deſcribit Salomon robuſtam fœminam lanificio, ac domeſticis rebus vacantem, ſed ne humiliùs reperet, aut ſordeſceret oratio, vtque huic exercitio decorem conciliaret, mulierem hanc cum milite ſtrenuo, & operas eius cum militaribus exercitamentis componit, vt videre licet in hoc, atque ſequentibus verſibus. *Accinxit*, inquit, *fortitudine lumbos ſuos*, ſcilicet hæc fœmina, quam fortem, ac ſtrenuam appellaui, robuſtos milites imitatur: Nam quemadmodum miles ad prælium ſeſe comparans accingit ſe, (vnde paſſim tam in ſacris, quàm in prophanis litteris milites præcincti, vel accincti dicuntur, qui cùm reliqui laxas, & ad talos vſque demiſſas togas geſtarent, milites breuiores, atque præcinctos ſagos induere ſolebant, vt ad conſerendas manus expeditiores eſſent:) Ad eundem modum ipſa fluentia veſtimenta ad tergum reuocans, ac reuinciens, ad domeſticas operas ſe ſuccingebat, & ipſas militari quadam virtute aggrediebatur. Ad hæc *Roborauit brachium ſuum*, id eſt, tamquam robuſtus aliquis miles brachia excuſſit, exercuit, & ad operas expediuit. Chaldæus hîc etiam habet, *& accinxit* 93

*brachium ſuum.* Ita enim fert mos fœminarum, vt ad pleraſque domeſticas operas brachia, plicatis manicis denudent, quod militibus etiam olim ſolemne fuit, & apud Sarracenos hodie viget, qui nudatis brachiis in prælia ruunt. Hûc ſpectat etiam illud, quod ſtatim ſubditur, *Manum ſuam miſit ad fortia*, &c. quæ Salomon in eadem militiæ ſimilitudine perſtans attexit.

94 Auguſt. D. Auguſt. loco citato allegoricum ſenſum ſic promouet. *Succincta fortiter lumbos firmauit brachia ſua verè fortis. Vide ſi non eſt ancilla, quàm deuote ſeruit, quàm paratè, ne fluctuantes ſinus carnalium concupiſcentiarum impediant operantem ſuccinxit lumbos, vt nihil ſuperfluum calcet dum in opere feſtinat. Ibi enim caſtitas mulieris huius zona præcepti conſtricta, ſuccincta fortiter lumbos ſuos firmauit brachia non defectura.* Hæc ille, cui accinunt Salonius, Beda, Hugo & alij, quos tibi adire integrum eſt.

## De Virgine Deipara.

95 Locum iſtum de B. Virgine interpretatur Dionyſius Rikelius libr. 2. de laudibus Virg. art. 27. tunc cùm in die Pentecoſtes cum Apoſtolis in cœnatione manens induta eſt virtute ex alto, vide ibi. Rurſus Deiparæ inuictam fortitudinem ſupra cap. 8. longa oratione perſequutus ſum ad illa verba. *Mea eſt fortitudo*, &c. Nulla robuſtior fœmina vmquam fuit quàm Maria, ac nulla militarem in ſemetipſa virtutem melius adumbrauit *ſuccincta lumbos* fortiter. Verba illa, *Stabat iuxta Crucem Ieſu mater eius*, ad militares ſtationes retulit Arnoldus Carnotenſis. (Arnold.) Nimirum tamquàm miles ſtationarius in ſtatione perſtabat ſua, iuxta Crucis vexillum interrita, & inuicta, & quidem ibi aderat *Succincta lumbos ſuos*. Nam ſi lumbos præcingere ex Auguſt. ſupra, (Auguſt.) nil aliud eſt, quàm carnis affectiones conſtringere, & comprimere, ſanè Virgo, quæ omnem carnis affectionem ſemper in ſe adſtrinxit, & reſtrinxit, tunc maximè id præſtitit, & carneis affectionibus non acquieuit, cùm filium ſuum in crucem actum non ſolùm conſtanter aſpexit, ſed etiam magnanimiter obtulit patri, illius ſeueram in filium voluntatem æmulata.

96 Auguſt. Rurſus in Virginem apprimè quadrant illa verba Auguſtini. *Veſtimenta ſua collegit, ne fluitantes ſinus carnalium concupiſcentiarum impediant operantem, & nihil ſuperfluum calcet, dum in opere feſtinat.* De opibus loqui videtur Auguſtinus. Hæc autem ſunt copiarum, & ſuperfluentium bonorum damna, & incommoda: ſicut enim veſtimenta laxa, & ſoluta operationes retardant, ſic opes, atque diuitiæ ingentes ſedulò operari, ac Deo inſeruire volentibus impedimento ſunt: & quemadmodum qui longas, & nimium demiſſas veſtes gerit, feſtinare non poteſt, quia fimbrias pedibus calcans crebriùs impingit, ac in faciem proruit: ſic etiam qui ſuperfluas copias obtinet in ea, quæ ſuperfluunt incurrit, & vix gradum aliquem ſine ruina mouere poteſt. Ob eam cauſam Virgo ſanctiſſima lumbos ſuos aſtrinxit, paupertatem ſemper coluit, ac ne aliquid ſuperfluum eſſet, quod illi alicuius ruinæ occaſionem dare poſſet, neceſſariis, & ad tuendam vitam opportunis rebus egere voluit. (Bonauent.) Lege Bonauenturam de Virginis paupertate multa ferentem in libello de vita Chriſti. Sed ex multis hæc pauca habeto. *Zelans Virgo pro paupertate, & intelligens filij voluntatem, tam intus decentis, quàm foris oſtendentis, quia vultum fortè auertebat ab auro, & vilipendebat totum infra paucos dies pauperibus erogauit: graue enim erat illi ſarcinam tenere.* Loquitur autem Bonauentura de auro; quod Virgo à Magis acceperat ex quibus conſtat Mariam nihil vmquam ſuperfluum, ac redundans apud ſe habuiſſe, ita vt dona illa myſtica (quæ vel in tantæ adorationis monimentum retinere fas erat) ſtatim profuderit, & apud ſe diutius manere minimè paſſa fuerit.

97 Damaſc. *Zelans videlicet pro paupertate*, inquit Bonauentura. D. Damaſcenus in oratione 2. de Aſſumptione paupertatem Virgini *pro filia amantiſsima* fuiſſe dicit non longè à fine. Ergo ſicut mater Zelotypa filiam aliquam virginem, & innubam ſeruat, atque illud imprimis cauet, ne à quoquam dona recipiat (his enim donis virginum conſtantia expugnari ſolet: ſic Virgo ſanctiſſima *pro paupertate*, tamquam *pro filia dilectiſsima zelabat*, ac ne donis aliquibus illius conſtantia labefactaretur, etiam illa myſtica Magorum dona repulit, & apud ſe manere non ſuſtinuit. Appoſitè autem ad ea, quæ diximus, paupertas filia virgo appellatur; nam Zona, & cingulum olim arctiùs virginum propria erant, adeò vt Zona pro Virginitate antiquitus ſumeretur. Hinc peruulgatum illud, *Zonam ſoluere*, id eſt, virginitatem alicuius violare. Et Homerus, Pindaruſque Virgines βαθυζώνυς, id eſt, *profundè cinctas* vocat. Et quidem omnis ſeuera, & non ficta paupertas virgo eſt arctè præcincta. Nulla tamen arctius, ac profundius ſuccincta paupertas vmquàm fuit, quàm Mariæ. Paulus vtique eorum Chriſtianorum, qui bona ſua Hieroſolymis in commune contulerant, paupertatem altiſſimam appellat. 2. ad Cor. 8. (2. Cor. 8.) *Et altiſsima paupertas eorum abundauit*, &c. Græcè autem habetur. κὴ ἡ κατὰ βάθυς πτωχεία, hoc eſt, *& ſecundùm profundum paupertas eorum.* Nimirum, liceat ſic dicere, paupertas eorum erat, βαθύζωνος, id eſt, profundiſſimè præcincta, hoc eſt paupertatem quandam ſeueriorem profitebantur, quàm reliqui fideles: At Virgo ſanctiſſima præ cæteris βαθυζώνην paupertatem colebat, id eſt, profundiùs, arctiuſque ſuccinctam. Sic Bernardus. *Nulla fuit paupertatis amantior.* De Virginis paupertate aliquid etiam ſupra diximus c. 8. v. 13.

98 Rurſus ex dictis conſtat illa verba, *Accinxit fortitudine lumbos ſuos*, hoc eſt, *fortiter accinxit*, vt habent Septuaginta, ad Virginitatem referri poſſe, quia, vt nuper diximus, Zona, atque cingulum pro Virginitate ſæpius accipi conſueuit. Et ſignatè D. Gregor. ad illa verba Chriſti Domini. (Gregor.) *Sint lumbi veſtri præcincti. Tunc*, inquit, *lumbos præcingimus, cum carnis luxuriem per continentiam coarctamus.* Et quidem Maria lumbos ſuos Virginitatis candida Zona fortiter valde aſtrinxit, vt pote quam nec coniugium, nec partus ſoluere potuit. (Luc. 12.) Sed de hac Zona Virginitatis, qua Virgo lumbos ſuos arctius alligauit, latiùs agimus Cantic. 7. ad illa verba. *Venter tuus ſicut aceruus tritici*, &c. *vallatus lilijs.*

---

XVIII. ***Guſtauit, & vidit quoniam bona eſt negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.***

GVſtauit, & vidit, &c. Hebr. *Guſtauit, quod bona circuitio eius, non extinguetur.* Septuag. 99
*Guſtauit, quia bonum eſt operari, & non extinguetur*

*lucerna eius totam noctem.* Symmach. & Theodot. concinunt cum noſtra Vulgata.

*Guſtauit*, id eſt, experta eſt, & vſu ipſo didicit laborem ſuum eſſe quæſtuoſum, & frugiferum, atque adeò ita ſedula operi incubuit ſuo, vt non dies ſolùm, ſed noctes etiam ipſas laborando falleret. In magnis vtique laudibus huius fortis mulieris hoc ponendum eſt, quod noctem etiam lanificio, atque aliis domeſticis operis impendebat. Sic Maro probam, caſtam, & ſobriam fœminam depingit libr. 8. Æneidorum.

Maro.

*Cui tolerare colo vitam tenuique Minerua*
*Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes*
*Noctem addēs operi; famulaſque ad lumina lōgo*
*Exercet penſo: caſtum vt ſeruare cubile*
*Coniugis, & paruos poſſit educere natos.*

B Atque idem Euriali matrem ipſum ſic affantem inducit lib. 9.

*Veſte tegens tibi, quam noctes feſtina dieſque*
*Vrgebam, & tela curas ſolabar aniles.*

Et lib. 1. Georg.

*Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ*
*Neſciuère hiemem.*

Accedit Iuuenalis, qui de priſcis illis Latinis mulieribus ſic fatur.

C *Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas,*
*Quando nec vitiis contingi parua ſinebant*
*Tecta labor, ſomnique breues, & vellere Thuſco*
*Vexatæ, duræque manus.*

Quid plura? Ouidius in libr. 2. Faſto. Lucretiam noctu ab adultero Tarquinio ſic inuentam dicit.

*Inde cito paſſu petitur Lucretia, cuius*
*Ante thorum calathi, lanaque mollis erat,*
*Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant.*

Et rurſus in epiſtola ſic Penelopes ad Vlyſſem.

*Nec mihi quærenti ſpatioſam fallere noctem*
*Laſſaret viduas pendula tela manus.*

100 Ex dictis conſtat fœminas induſtrias, & diligentes non ſolum diem, ſed etiam noctem lana, lino, teliſque vertendis impendere ſolitas, ait ergo Salomo.

*Guſtauit.* Heb. טעמה *Taghamah*, à radice טעם *Tagham*, quæ ſignificat *delibare*, & *deguſtare.* hîc autem perinde eſſe exiſtimo, ac ſi dicat, reguſtauit, ſeu identidem guſtauit, vulgò *Aregoſtoſſe à la ganancia.* Ex Hebræis aliqui referunt ad conſilium, & ſupputationem. Nam verbum *Tagham*, ſignificat etiam aliquando diſponere, conſultare, & ſupputare, hinc טעם *Tagham*, quæ vox non ſaporem ſolum & guſtum, ſed *conſilium*, *oſtenſionem* & *probationem* ſonat. Itaque verba iſta ſic ediſſerunt, *Guſtauit*, nimirum *ſupputauit* apud ſe negotiationes, ſeu impenſas, & lucra, *& vidit*, id eſt, certò nouit artem ſatis quæſtuoſam ſe exercere.

D

*Negotiatio eius.* Hebr. סחרה *Sachrach*, propriè *circuitio eius*, hæc autem pro negotiatione ſumitur, quia mercatores merces ſuas circumferre ſolent, fortaſſe etiam eo nomine ad ſuſceptam à militia, & caſtris metaphoram reſpexit, nam milites circuitores, aut circulatores, appellantur סחרים *Secharim*, qui ſcilicet mœnia ciuitatis belli tempore circumeunt, de quibus Cantic. 5. ſponſa dicit. *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem.* & rurſus, *Tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum*, hi ſunt ſpeculatores, qui nocturnas vigilias peragunt, quibus id conſilij dat Plato in Dialog. 3. de Repub vti accenſam lucernam ſem-

E

Cant. 5.

Plato.

A per præ oculis habeant, ne ſomnus in tenebris irrepat. Et ipſa conſuetudo ita fert hodie, vt excubiæ ſemper ad Phari alicuius lumen vigilent. Ergo Salomon huius induſtriæ mulieris vigilias celebrans ait. *Guſtauit, & vidit, quia bona eſt circuitio eius.* Nimirum experimento didicit, quæſtuoſam valdè rem eſſe, non aliter vigilias agere, & noctem inſomnem ducere, quàm circuitores, & excubiæ, vrbem cuſtodientes; atque adeò illis per omnia ſimilis lucernam ſuam noctu minimè extinguit, vt non ſolum perdia, ſed etiam pernox operi ſuo inuigilaret. *Velando* (digamos loaſſi) *como ſi le fuera la vida enello*, vt ſolent excubiæ, quorum in vigiliis ſalus, & vita agitur.

*Non extinguetur in nocte lucerna eius*, id eſt, maximam noctis partem in opere conſumebat, nimirum ad multam noctem vigilans, & euigilans etiam ſummo mane, atque adeò lucerna aut numquàm extinguebatur, vel tam paruo interuallo, vt perinde eſſet, ac ſi numquàm reſtingueretur. D. Auguſtinus omiſit locum iſtum in illo ſermone: licet tamen myſticam illius interpretationem de Eccleſia, atque anima iuſti ex Salonio, Beda, Hugone, Dionyſ. atque aliis petere.

## De Virgine Deipara.

*Guſtauit, & vidit*, &c. Omnes quidem in hac vita ſalutem noſtram negotiamur, vt ſupra cap. 4 pluribus SS. PP. teſtimoniis euici. Sed tamen nulla magis quæſtuoſa, ac digna negotiatio fuit, quàm Mariæ: quod ſatis produnt ingentia ipſius lucra, atque merita, quæ omnium hominum in vnum coacta merita, & lucra longo interuallo ſuperant. Sed tamen non ſolùm ſuæ ſalutis negotium ſuſcepit Virgo Maria, ſed etiam noſtræ. Vnde Bernard. in ſermone 2. de Pentecoſt. *Ad illam*, inquit, *ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium omnium ſæculorum reſpiciunt, & qui in cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab eis.* Et quidem eo ſenſu *negotium ſæculorum* dicta eſt à Bernardo, id eſt, negotiatrix pro ſæculis omnibus, vtpote quæ omnium ſalutem negotiatione ſuâ conſequuta eſt, & apud Deum cunctorum negotia procurat, *Ipſa eſt*, verba ſunt Idiotæ in contemplatione de Beata Virgine, *quæ apud filium, ſicut filius apud Patrem, imò apud patrem, & filium procurat negotia, & petitiones noſtras; & ſæpe quos iuſtitia filij poteſt damnare, matris miſericordia liberat.* Dicitur autem Virgo à Bernardo, non *negotiatrix*, ſed *negotium* ipſum, quia tam in ſuo, quàm in noſtra ſalute curanda non tam negotiatrix, quàm ipſiſſimum negotium eſt: quemadmodum enim ſi ipſum negotium viuum, & actuoſum eſſet ſemetipſum vrgeret ac promoueret, ſic etiam virgo ſanctiſſima negotium noſtrum tractans, non negotiatrix, ſed ipſiſſimi ad inſtar negotij negotiatur, & agit. *Negotium* ſanè vox compoſita eſt, quaſi *nec otium*, id eſt, ſine otio, quia ſcilicet negotia otiari, & feriari non ſinunt negotiatores. Aptè ergo Virgo *negotium* appellata eſt, quia nullum ſibi otium vmquam fecit. Hanc verò diligentiam, & ſolicitudinem indidit illi, tam ſuæ, quàm noſtræ ſalutis cura. Non ignoro à quibuſdam Bernardi verba ſic exponi, vt Virgo *negotium omnium ſæculorum* nuncupetur, quaſi paſſiuè, id eſt, res ipſa, & cauſa vnica, ad quam omnia ſæcula præterita futuraque

101

Bernard.

ordinata ſunt; ita vt quidquid hactenus à Deo actum eſt, ac deinceps fiet, huius negotij, id eſt, Mariæ gratia ſuſceptum actumque fuiſſe conſtet ita quidem vt ad Mariam perficiendam, & abſoluendam ſæcula omnia negotiari, id eſt, minimè otiari, ac feriari oportuerit. Sed tamen de hac negotij acceptione alibi diximus in c. 8. huius commentarij.

102 *Matt. 25.* *Bernard.* *Non extinguetur in nocte lucerna eius*, eſt enim Virgo prudens, & vna de numero prudentum, quæ olei magnam copiam prouidentia mirabili comparauit: non autem ex his, quæ propter olei inopiam aiebant. *Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguntur.* Audi Bernard. *An forte excidit vobis illa parabola, quæ fatuas illas virgines prohibitas narrat ab introitu nuptiarum: erat enim domus earum munda, virgines enim erant: erat ornata, quia ſimul omnes id eſt, fatuæ cum prudentibus lampades ornauerunt; ſed erat vacans, quia in vaſis ſuis oleum non acceperunt. Non ſic mulier illa fortis, quæ ſerpentis caput contriuit; habes enim poſt multa in laudibus eius, quia non extinguetur in nocte lucerna ipſius. In ſuggillationem hoc dicitur fatuarum, quæ veniente media nocte ſponſo conqueruntur ſerò, & dicunt, quia lampades noſtræ extinguntur. Proceſſit igitur glorioſa Virgo cuius lampas ardentiſsima ipſis quoque Angelis lucis miraculo fuit, vt dicerent, quæ eſt iſta?* &c. *clarius enim cæteris rutilabat, quam repleuit oleo gratiæ præ participibus ſuis Chriſtus Ieſus filius eius*, &c. Hæc ille in ſerm. 2. de Aſſumptione, vide plura de hac re ca. 8. v. 14. ad illa verba, *Mea eſt prudentia.*

103 *Hug. Car.* Ad hæc ſicut *noctis* non vna ſignificatio eſt, ita etiam horum verborum non vna accommodatio excogitari poteſt. Hugo Cardinal. *noctis* nomine mortem notari vult in hoc loco: poſſumus autem vel de ipſius Mariæ, vel de Chriſti morte interpretari. *Non extinguetur in nocte lucerna eius*, nimirum in ſua ipſius morte vita eius minimè extincta eſt: nam virgo ſanctiſſima (liceat ſic dicere) moriens non eſt mortua. Accipe verba Damaſceni oratione 2. de Aſſumpt. *Damaſc.* *Tu ſola nobis in terra conſolatio relicta es, & te viuente ſimul viuere, & moriente ſimul mori beatum eſt. Quid autem moriente dicemus? tibi enim mors quoque ipſa vita eſt, ac vita præſtantior, atque hanc vitam incomparabiliter antecedens.* Et paulo ante. *Hanc autem, quæ ſine voluptate, & viri congreſſu Dei verbum, & perſonam illam mentem omnem ſuperantem, atque omnia implentem, naturaliter abſque doloribus procreauit, ſeque totam Deo dicauit, ac conſecrauit, hanc, inquam, quonam pacto mors abſorbebit? quonam pacto corruptio corpus illud, quo vita ſuſcepta eſt, aggredietur? Abhorrent omnino hæc, atque aliena ſunt à Deifera illa anima, & corpore; ipſius enim aſpectum mors quoque ipſa pertimuit, ſi quidem ipſius filium adorſa, ex his, quæ pertulit erudita, periculoque facto prudentior reddita eſt.* Hactenus ille, qui in 1. orat. de Virginis dormitione hoc ipſum eleganti ſolis ac lunæ ſimilitudine adumbrauit. *Quẽadmodum*, inquit, *ſplendidiſsimus hic perpetuaque luce præditus ſol, tametſi cùm à lunari corpore aliquantiſper obducitur, quodammodo deficere, caliginequе obrui, ac fulgorem cum tenebris commutare videatur, non tamen à luce ſua excidit: imo perennis in ſe lucis fontem ſcaturientem habet: imò, vt rectius loquar, ipſe indeficiens in ſe luminis fons eſt. Ad eundem modum tu quoque fons perennis vere luminis, atque inexhauſtus vitæ theſaurus, & vberrima ſcaturigo benedictionis, quæ nobis bonorum omnium cauſa, & parens extitiſti, etiamſi ad breue aliquod ſpatium corporeo modo morte obtegeris, tamen immenſi luminis, atque immortalis vitæ, ac veræ beatitudinis puros, & inexhauſtos latices, gratiæ flumina, ac perennem benedictionem nobis infundis? ac proinde ſacram tuam migrationem mortem haudquaquam appellabimus, ſed ſomnum, vel peregrinationem, vel (vt aptiori verbo loquar) cum Deo præſentiam.* Sed tamen hac de re infra non pauca feremus ad illa verba. *Et ridebit in die nouiſsimo.*

Quod ſi per *noctem* non Virginis ipſius, ſed filij eius mortem accipiamus, occurrit alia non iniucunda expoſitio. 104 *Non extinguetur in nocte lucerna eius*, id eſt, in Chriſti Domini obitu, ac paſſione, cùm ferè diſcipulorum, & Apoſtolorum fides, ac ſpes extincta eſt, Deiparæ fides, atque ſpes inextincta magis ac magis enituit. Sic Bern. de lamentatione Virginis. *Bernard.* *Non deſperabat, ſed piè, ac iuſtè dolebat, ſperans firmiter fortiterquè tenens ipſum, ſecundùm promiſſum ſuum, tertia die reſurrecturum. In ipſa enim ſola in triduo illo fides Eccleſiæ ſtabat, & dum vnuſquiſque hæſitabat, hæc que fide concepit, fidem, quam à Deo ſuſcepit ſemel, numquam perdidit, ſpeque certiſsimâ Domini reſurgentis gloriam expectauit.* Quapropter quibuſdam perſuaſum eſt id ſibi velle Eccleſiam, cùm per tres Hebdomadæ maioris dies ad matutinas horas cereos duodecim extinguit, vno tantum reſeruato, qui ritus, teſte Amalario, innuit Chriſto obeunte, & *Amalar.* patiente, fidem, ac ſpem in reliquis defeciſſe, ſed in vna Virgine viuam, atque ſplendidam perſeueraſſe.

Denique poſſet aliquis per hanc *noctem* huiuſce ſæculi tempus accipere, 105 in quo tamdiu in tenebris degimus, quoad æternus beatitudinis dies nobis oboriatur. Et quidem in hac nocte Mariæ lucerna numquam extinguitur, imò ipſa nos ſuâ luce, quaſi prælatâ face regit: atque adeò Virgini Bernardus accommodat illa verba. *Ad lumen eius ambulabam in nocte*, id eſt, fauor illius, & gratia mihi pro face, & lumine erant, ad huius ſæculi nocturnas tenebras, caliginemque fugandam. Et ſanè mihi aliquando meditanti occurrit Virginem non aliter cum animabus ſui ſtudioſis agere, atque matrem aliquam familias cum famulis, & ancillis ſuis.

*Noctem addens operi, famulaſque ad lumina longo*
*Exercens penſo.*

Nam in huius vitæ nocte ad ſui fauoris lumen virtutum penſa trahere, & abſoluere benignè cogit ſibi addictas animas.

---

*XIX. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum.*

M*Anum ſuam miſit*, &c. Hebr. *Manum ſuam miſit ad vertibulum, & volæ eius apprehenderunt colum.* 106 Diſſidium eſt inter Hebræos: quidam enim *colum* in priori loco, & *fuſum*, ſeu *vertibulum*, in poſteriori ponunt: alij verò commutant, & prius *colum* addunt, deinde *fuſum* adnectunt, eſt enim in priori loco כישור *Chiſor*, à radice כשר *Chaſar*, quæ propriè ſignificat rectum, aut congruum eſſe. Vnde quidam in hoc loco ſic conuertendum putarunt, & *manum ſuam miſit ad recta*, vel, *cõuenientia*, ex hac radice fluit כושרה *Choſarah*, cuius vocis ſignificatum ambiguum eſt, Hebræi enim *compedem* conuertunt. Occurrit in Pſal. 68. verſ. 7. *Qui educit vinctos in* כשרות *Pſalm. 68.*

*Choſaroth*. Hebræi, *in annullis compedum*. Septuaginta transferunt, *in fortitudine*, ex quo conſtat verbum *Chaſar* non ſolùm *rectitudinem*, ſed etiam *fortitudinem* notare: hinc fluxit noſtra lectio. *Manum ſuam miſit ad fortia*. Denique alij *Chyſor verticulum*, ſeu *verticillum* eſſe volunt, quod fuſo ab inferiori parte adhiberi conſueuit, vt facilius in gyros vertatur ſuos ſeu etiam *colum*, cui lanæ implicantur ad nendum. Pro *fuſo* autem eſt in Originibus פלכ *Phalech*, ab פלכ *Phelech*, id eſt, *baculus*, ob ſimilitudinem, 2. Reg 3. Et *ne deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum* Hebræi conuertunt, & *tenens baculum*, nimirum valetudinarius, & infirmus. Noſter melius, *tenens fuſum*, id eſt, mulier pauper lanificio viuens Sed tamen aliqui longè aptiùs *colum*, quàm *fuſum* hinc tranſcribi putant, quia *colus* baculum melius refert, quam *fuſus*. Lectio tamen noſtra præferenda eſt, & ſimilitudo baculi, & fuſi videtur concinnior, vterque enim manibus tenetur, & vterque ſuſtinet, hic vitam, ille corpus. Septuaginta integrum locum ſic reſtituerunt. *Cubitos ſuos extendit ad vtilia, & manus ſuas firmat ad fuſum* Aquila, Sym & Theod. Τὰ ἀνδρεῖα, id eſt, ad *virilia*, ſeu *fortia*, ſicut Vulgata. Chald. *Manus ſuas extendit ad verticillum, & eius digiti tenuerunt fuſum*.

2. Reg. 3.

107 Præmittere libet lectionem Septuaginta, quæ ſatis elegantem ſententiam reddit. *Cubitos ſuos extendit ad vtilia, & manus ſuas firmat ad fuſum*. Hæc nimirum diligens, ac ſolicita fœmina non curioſis quibuſdam rebus elaborandis operas ſuas impendit, ex quibus leue, aut nullum emolumentum aliæ referre ſolent; ſed rebus maximè quæſtuoſis dat operam, ſcilicet lanæ atque lino, tùm nendis, tùm texendis, ex his enim plura lucra percipi ſolent. Qui autem legunt. *Manum ſuam miſit ad recta*, ſeu congruentia, ſic accipi poſſunt: id eſt, mulier hæc ſtrenua id operis agebat, quod probas atque honeſtas fœminas imprimis decet; videlicet nendi, atque texendi: nullum enim vel honeſtius, vel decentius pudicis fœminis exercitium eſt. Itaque ait. *Manum ſuam miſit ad recta, & decentia*, hoc eſt, decoram valde rem manibus agebat ſuis, quænam hæc? *Digiti eius apprehenderunt fuſum*. Hæc enim eſt decentiſſima, atque honeſtiſſima ingenuarum fœminarum exercitatio. Hinc Romani, vt auctor eſt Hieronymus, apud Caiæ Cæciliæ ſtatuam colum, lanam, & fuſum effinxerunt pudicitiæ ipſius certa monumenta. Et quidem huius Caiæ tanta apud Romanas matronas authoritas fuit, vt ſponſæ illius nomen boni ominis cauſa crebriùs vſurparent nubentes, adeò vt noua nupta ante mariti ianuam nomen ſuum rogata, Caiam ſe eſſe ſemper diceret, quaſi futurum ſpondens, vt mores illius æmulâ quadam imitatione in ſeipſam adumbratura eſſet. Item Tobiæ 2. laudatur Anna vxor ipſius Tobiæ, quod ad opus textrinum quotidie ibat. Fruſtra hîc memorem antiquas fœminas, quæ pudicitiæ, & probitatis laude floruerunt, quas lanificas, atque linificas eſſe conſtat: ex his Lucretia Tanaquil Telemachi parens, Penelopes Aretis Alcinoi Regis vxor, & aliæ, quorum cenſum collegit Tiraquellus ad 10. legem connub. à num. 40. & deinceps, vide ibi, & audi Terentium in Andria, matronæ cuiuſdam mores commendantem.

Hierony.

Tobiæ 2.

Tiraquel.

Terentius.

*Primum hæc pudicè vitam parcè ac duriter*
*Agebat, lanâ, ac telâ victum quæritans.*

108 Sed licet præfatæ lectiones lepôre ſuo non careant, præferenda tamen eſt noſtra interpretatio, quam Symmachus, Aquila, & Theodotio ſuis calculis comprobarunt. *Manum ſuam miſit ad fortia*, quæ duplicem ad ſenſum vocari poteſt. Vel ita vt per *fortia* non aliud niſi *colum* intelligat (vrgens ſcilicet ſuſceptam robuſti militis ſimilitudinem) quaſi mulieri huic forti *colus* pro gladio ſit, atque haſta. Hanc expoſitionem inſinuare videtur Rodolphus, nec diſciplicet. Et quidem non abs re veteres Palladem, quam bellis armiſque tractandis præfecerant, eandem nendi, texendique peritam eſſe finxerunt. Hûc ſpectauit Seneca in Hyppolito, vbi ſic Phædra.

Seneca.

*Palladis telæ vacant,*
*Et inter ipſas penſa labuntur manus.*

Accedit Virgilius lib. 8. Æneid.

Virgilius.

*Cui tolerare colo vitam tenuique Minerua*, &c.

Et lib. 5. Æneid.

*Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ.*

Itaque dea illa ab armis ad telas, & à telis viciſſim ad arma ſe referebat: nec indecorum viſum eſt, vt quæ arma, gladium, lanceamque depoſuerat, ſtatim colum, fuſum lanamque tractaret. Quinimò eandem Mineruam doctrinæ, ac litterarum præſidem fuiſſe conſtat, & quidem ita decuit, vt veteres hæc tria, litteras, arma & lanificium eidem numini adſcriberent, vt hæc quodammodo inter ſe, quaſi ſubparia, & ſubæqualia eſſe ſuaderent. Et quidem arma fortes, & doctrina doctos viros præſtat at nendi, & texendi peritia fortes ſimul, ac doctas mulieres efficit. De fortitudine hîc ſermo eſt. *Manum ſuam miſit ad fortia, &c.* Ad doctrinam ſpectat locus alter Exod 35. *Sed, & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt Hiacynthum, purpuram, & vermiculum, ac pilos caprarum ſponte propria cuncta tribuentes.*

Exod. 35.

Aliter etiam ſenſus huius loci conformari poteſt. *Manum ſuam miſit ad fortia*, ſeu *virilia* (vt habent Septuag.) rem ſcilicet omnino fortem, & quæ virilem animum, & conſtantiam poſtulat, ſuſcepit. Quænam illa eſt? *Digiti eius apprehenderunt fuſum*: Hæc enim nendi, atque texendi exercitatio, nequaquàm mollibus, & otio deditis fœminis placet, fortes ac robuſtas viragines, & Heroinas fœminas poſtulat. Lege Tiraquellum loco citato, vbi plures ſtrenuas, & fortes mulieres huic operi addictas fuiſſe ſcribit. Hinc liquet quàm inſulſam, & fatuam interpretationem inuexerint Hebræi illi, qui non *fortia*, ſeu *colum*, aut *verticulum* conuertendum eſſe putant: adimunt enim orationi energiam, & vim, nulla inducti ratione.

109 Denique audiendus eſt D. Aug. qui allegoriam vrgens verba iſta ſatis eleganter expendit. Serm. 217. de tempore. *Brachia*, inquit, *ſua firmauit in fuſo: de fuſo iſto, quod Dominus dederit dicam, neque enim iſta lanificia ſunt à viris aliena. In fuſo lanificium ſignat, in lanificio bonum opus tamquam caſtæ mulieris, & matronæ impigræ. Diligenter tamen attende in lanificio duo inſtrumenta, colum, & fuſum: in colo quidem lana inuoluta eſt, quæ filo ducenda tranſeat in fuſum, quod in colo inuolutum eſt adhuc in ſiniſtra eſt, & nondum in fuſo eſt; quod in fuſo collectum eſt, iam præteritum eſt, opus ergo tuum in fuſo ſit, & non in colo, in colo enim eſt, quod facturus es, in fuſo, quod feciſti. Vide ergo ſi habes aliquid in fuſo, ibi enim firmantur brachia tua, ibi erit fortis conſtantia tua, ibi ſecurus Deo dices, da, quia dedi; dimitte, quia dimiſi, fac, quia feci. Quod pendet in colo ad fuſum traiiciendum eſt, non autem quod collectum eſt in fuſo ad colum reuocandum eſt. Ergo vide quid agas, vt habeas in fuſo, vt brachia tua firmes, in fuſo, quod te conſoletur.*

Auguſt.

*te conſoletur, quod te confirmet, quod tibi det fiduciam deprecandi, & ſperandi.* Hactenus Aug. qui ſimilia ferme verba habet in ſerm. illo 45. de Diuerſis. Mitto Salonium, Hugon Bedam, Dion. & alios, qui præfatam allegoriam alij aliter diſcutiunt.

## De Virgine Deipara.

110 Mariam Virginem lanificio vixiſſe quibuſdam Patrum teſtimoniis ſupra oſtendi ad illa verba. *Quæſiuit lanam, & linum,* &c. atque adeò hic locus vt ſonat, in ipſam aptiſſimè quadrat. Poteſt tamen ſublimiori ſenſu eidem accommodari. *Manum ſuam miſit ad fortia*, vel ad *decentia*, vel ad *vtilia*: has enim tres lectiones originalis textus capit, vt iam præmiſi, quæ Deiparæ ſanctiſſimæ totam viuendi rationem exprimunt. Omnis quippe illius actio, & operatio in rebus vtilibus, decentibus atque fortibus vertebatur. Non vacat hîc ſingula euoluere. *Digiti eius apprehenderunt fuſum.* Et quidem iuxta expoſitionem Aug. nulla vnquã fœmina brachia ſua in fuſo fortius offirmare potuit, quam Maria, quia nulli copioſior lana, id eſt, agendarum rerum materies amplior pependit in colo, & nulla inſuper bonorum operum maiorem multitudinem in fuſum tranſtulit ac collegit. Nobis quidem multæ bonorum operum occaſiones, quas Deus quotidie offert, veluti lana in colo pẽdent, quæ numquam exequimur, & in fuſum traiicimus: At Virgo quidquid vnquam in colo boni deſiderij habuit, efficaci operatione in fuſum

Richard. tranſmiſit. Audi Richardum in libr. 2. de Emanuele cap. 29. vbi ad illa verba, *& ſcuta comburet igni*, abſolutè pronuntiat ſanctiſſimæ Deiparæ, nihil vnquam boni occurriſſe, quod facto opus eſſet, quod non etiam actutum exequeretur. *Nam ſi impoßibilitas*, inquit, *ipſa aliquid in ea de aliqua virtutum perfectione imminuit, profecto pro ea parte eadem ipſa impoſsibilitas ei ad excuſationem fuit.* Addit etiam aliquando rerum ſibi impoſſibilium deſideria, & vota eidem ad meritum computata, ita vt fas ſit dicere hæc etiam ipſi in colo minimè pependiſſe.

111 Hugo. Ad hæc Hugo non illepidam accommodationem coniicit in hunc locum. *Digiti huius manus ſunt omnes electi, qui apprehendunt fuſum, id eſt, rectitudinem intentionis, per quam omnia opera quaſi fila in orbem æternitatis retorquent. Hic autem* (inquit) *notari debet, quod per ſiniſtram temporalia, per dexteram ſpiritualia, & æterna bona ſignificantur. Item per colum ſignificatur vita temporalis, per fuſum intentio boni operis: colus quidem in ſiniſtra ponitur, & fuſo lana, vel linum in dexteram retorquetur, quod eſt recte nere; hoc autem fit, quando temporalia, & humana ſic exercentur, vt per bonam* intentionem quaſi in filum ducta, ad æterni ſpiritualiſque meriti conditionem tranſeant, puta cùm ex pecuniis eleemoſyna pauperi erogatur, pecuniæ, quæ prius ad ſiniſtram ſpectabant, fuſo rectæ intentionis verſatæ in dexteram colliguntur. Sic

Matth. 5. docuit Chriſtus Dominus, cùm dixit. *Te faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera*, quaſi dicat; Nihil à dextera in ſiniſtram, ſed è contra omnia à ſiniſtra in dexteram tranſeant, ducantur quidem veluti lana à ſiniſtra temporalia, ſed cum per fuſum rectæ intentionis in dexteram migrauerint, iam inde neſciat hoc ſiniſtra, nihil ſcilicet temporale bonam intentionem ab ſcopo ſuo detorqueat. Hanc ſanè artem temporalia, & caduca per rectam intentionem ſpiritualibus æterniſque donandi, nulla vnquàm melius tenuit, quàm Maria, vt pote, quæ nihil vnquàm humanum humanè, vt ita dicam, geſſit: ſed humana omnia, & temporalia ad ſpiritualem conditionem per rectæ intentionis fuſum tranſtulit. Quid certius? Lege Ambroſium de præceptis ad Virgines.

---

**XX.** *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.*

112 Manum ſuam, &c. Hebr. *Manum ſuam extendit ad afflictum, & manus ſuas miſit ad egenum.* Chaldæus. *Manum ſuam extendit ad inopem, & brachia ſua miſit iniuriam patientibus*, ſcilicet vt eos exciperet, ac benignè foueret. Septuaginta. *Manus ſuas aperuit pauperi, & palmam extendit inopi.* Sic habet correctior tranſlatio Septuaginta. In Græcis eſt κάρπον, quæ vox *fructum* cuiuſlibet arboris adſignificat, nec non etiam *iuncturam* illam, qua brachium cum manu committitur, vulgo *la muneca*, licet aliquando καταχρηστικῶς pro *palma*, aut *vola* manus accipiatur, vt admonet Pollux; imò etiam pro toto brachio per ſynecdochen, accepta parte pro toto. Hinc diſſidium inter eos, qui verba Septuaginta reſtituerunt. Nam correctior tranſlatio *palmam* conuertit, vt iam præmiſi. Complut. & Regius Codex ſic habet, *Et fructum extendit inopi*, qui præferunt veſtigia Auguſt. qui citato loco ſic tranſcripſit. *Et fructum ſuum porrexit inopi.* Alij demum ſic extulerunt. *Et brachium ſuum extendit inopi*, ſed tamen hæc diſſidia ſententiam non euariant.

Locus quidem facilis, ac nexus difficilis, quorſum enim eleemoſynam reliquis huius ſtrenuæ mulieris operibus interſerit? Ianſenius occurrit ſic. Ingentem quæſtum ex lanificio quæſitum declarant, qui non ſolum ſibi, ac domeſticis ſumptus ſuppeditaret, ſed etiam ampliſſimis eleemoſynis offerret impenſas, non diſplicet. Cæterùm neſcio an aptius ſit dicere inter alias parandarum opum artes veluti omnium quæſtuoſiſſimam eleemoſynam numerari. Nota eſt Chryſoſtomi illa ſententia, Hom. 32. ad populum. *Eleemoſyna ars eſt omnium artium quæſtuoſiſsima*: non ſolum quia æterna nobis bona conciliat, ſed etiam quia adauget cumulatque temporalia. Eapropter Salomon cùm fœminæ iſtius in lucris pariendis induſtriam exprimere vellet, reliquis illis artificiis hanc eleemoſynæ præclaram lucrandi artem inſeruit. Ergo ait. Chryſoſt.

*Manum ſuam aperuit inopi*, &c. Obſeruandus eſt huius ſententiæ cum littera initiali concentus, nam cùm ſingulis huius capitis verſibus aliqua littera Alphabeti per ordinem præfixa ſit, huic quidem reſpondet littera כ *Caph*, quæ propriè *manum* adſignificat. Sed tamen, vt aliàs docuit, inter כף & יד *Iad*, hoc intereſt, quod *Caph* propriè *manum clauſam*, & contractam ſignificat, *Iad* vero *patulam*; & apertam. Vtraque autem vox hîc reperitur in priori illo hemiſtychio. *Manum ſuam aperuit inopi*, eſt *Caph*, & in poſteriori, Et *palmas ſuas*, &c. reperitur *Iad*, hæc liberalitatis, & profuſionis, illa parcitatis ſymbolum gerit. Sanè mulierem hanc, quæ induſtriam ſuam in diuitiis parandis ſedula impendit; in ſumptibus, parcam eſſe oportet: nam ſi profuſa ſit, plura decoquet, quam parauit. Illam, inquam, (liceat ſic dicere, manum contrahere neceſſe eſt, 113

quæſita ſcilicet ſeruare, & parta tueri oportet. Ideò Salomon illi accommodat *Caph*, id eſt, *manum obſeratam*, & clauſam, ſed tamen addit illam, quod ad pauperes attinet, cùm eorum miſeriam ſubleuare opus eſt, *Caph*, id eſt, *manum*, alias *clauſam* aperire. *Manum ſuam aperuit inopi, & Caph* in *lad*, hoc eſt in patulam, & extenſam manum commutare, *Et palmas ſuas extendit ad pauperem*, quaſi dicat, hæc quæ aliàs parcam ſe præbet, erga pauperes liberalem, & effuſam nunquam non ſeſe exhibet?

114 *Anſelm.* Suadet autem Salomon mulieri eleemoſynam, & liberalitatem erga egenos, quia vt ait Anſelmus in ſimili, *Mulier immiſericors portento, & monſtro ſimilis eſt* Ipſa enim natura illis pietatem, ſuaues more, viſceraque molliora inſeuit, ita vt ſi qua durior, inſuauior ſit, ſuæ conditionis oblita, & monſtro cuipiam aſſimilis videatur. At, inquies, vxori non licet, niſi ex copia mariti, eleemoſynas facere; ita quidem expedit, vt vxor mariti ſui veniam obtineat, ſi tamen ipſe hanc facultatem illi contra fas impius adimeret, ipſi nihilominus, licebit eleemoſynas conditioni, atque opibus ſuis conſentaneas elargiri; ita do-
*D. Thom.* cet Diuus Thom. 2.2. quæſtio. 32. a. 8. nam tunc vir non cenſetur rationabiliter inuitus. Addit etiam D. Thom. vxori quidem licere, ex his, quæ proprio labore, & induſtria ſibi peperit etiam non requiſito viri conſenſu, pauperibus moderatas eleemoſynas conferre. Ergo congruè admodum Salomon huic fœminæ conſulit, vt ex partis labore ſuo bonis pauperibus benignius ſuccurrat.

115 Sed appendenda ſunt poſteriora illa verba. *Et palmas ſuas extendit ad pauperem*, id eſt, manum patulam, quæ liberalitatis imaginem præ ſe fert. In Hebræis eſt, *miſit ad pauperem*, his verbis, inquit Ianſenius, ſignificatur liberalis eius, & vltronea donatio, quæ veluti obtrudit egenis bona ſua. Non nemo etiam obſeruauit eam formulam, *manum mittere*, ſeu extendere, eſſe ritum condonantis debita, & abſoluentis ab obligatione ſoluendi, vt ſenſus ſit; hæc pia, & indulgens mulier, pauperibus aliis quidem ſuccurrebat, aliis autem mittebat manus, & palmas, id eſt, debita, quibus ipſi obſtricti erant condonabat. Denique alij vtramque clauſulam ſic exponunt, ac ſi dicat, quibuſdam manum aperit, id eſt, parcius erogat, ad alios verò *palmas extendit*, hoc eſt, aliis profuſius largitur, omnium videlicet indigentias prudenti
*Auguſt.* libratione penſitans. Auguſtini lectio perſpicua eſt. *Et fructum ſuum porrexit inopi.* Sed tamen ipſe eam ſic exponit. *Manus pauperi fructus inopi eſt, quidam pauper manus tuas quærit, & quidam inops fructum tuum quærit, qui non vult à te, niſi quod neceſſitati ſuæ poſcit, pauper eſt, manus tuas quærens; eſt autem alius inops, ſcilicet Chriſtus Dominus, hic verò non quaſi neceſſitati ſuæ vult ſatis fieri de dato ſuo, ſed tamquàm in arbore dominica, quam plantauit, & rigauit, fructum quærit. Ipſum audi de quibuſdam dicentem cùm de talibus loqueretur, non quia quæro datum, ſed requiro fructum.* Mens quidem Auguſt. perſpicua eſt. Adluſit tamen ad Græcam vocem in tranſlatione Septuaginta, qui pro *palma*, καρπὸν ſubrogarunt, quæ vox *fructum* etiam adſignificat.

116 Alij lectionem Septuaginta ſic extulerunt. *Et brachium ſuum extendit inopi*, quibus hæret Thargum, cuius hæc ſunt germana verba. *Et brachia ſua miſit iniuriam patientibus.* Id ſanè fœmineæ conditionis facultatem ſuperare videtur, ſcilicet

A eos, qui iniuriis petuntur iniectis brachiis fouere & tueri: ſed tamen huic robuſtæ mulieri datur. Quod quidem ita intelligo, vt non modo pauperibus ſtipe, ſed his etiam, qui ob inopiam diuitibus iniuriis patebant, pecuniarum auxiliis ſubueniret, vt inferendas ſibi, vel iam illatas iniurias propulſarent. Aliter etiam tùm hæc, tùm noſtra lectio exponi poteſt. *Manum ſuam*, ſeu *brachium extendit inopi*, id eſt, non modò ad ſe venientes, & ſtipem obſecrantes, hæc fœmina ſubleuabat, ſed etiam declinantes, & alio diuertentes, protenſa manu, & brachio vocabat, inuitabatque: nam palmam, ſeu manum extendere, in ſacra Scriptura perſæpe idem eſt, quod vocare, vt ſupra capite 1. docui, & comprobaui ad illa ver- *Prou. c. 1.*
B ba. *Quia vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret.* Denique ſi verba ſic efferamus, vt ſonant. *Et carpum extendit inopi*, id eſt, commiſſuram brachij, atque manus, vulgò *lamanica*, Emphaſim habet, quia, vt alibi ex Clemente Alexandrino, & aliàs docui, apud antiquos ſolemne fuit, vt quicumque alteri ſe obſtringebat, & fidem dabat, carpum manus tenendum ac premendum præberet, vt eo ritu fidei obſtrictæ nodus exprimeretur. Lege multa ſupra capite 6. verſu 1. Ergo ſecundùm hanc acceptionem, hæc pia mulier *Manum ſuam aperuit inopi*, id eſt, cuilibet pauperi ſtipem roganti libenter erogabat. *Et carpum ſuum extendebat*
C *pauperi*, id eſt, eidem fide data in poſterum pollicebatur. Itaque ſenſus eſt, non ſolùm præſentem ſtipem dabat, ſed futuram promittebat, donans ſcilicet, atque ad futuras ſeſe obſtringens eleemoſynas.

## De Virgine Deipara.

Huius loci varias interpretationes Virgini accommodare integrum eſt, nam primo illius miſericordia erga egenos tanta extitit, vt Ambr. illa iam inde à me ſupra vſurpata capite 8. verſ. 12. verba profari auſus fuerit. *Et in prece pauperis ſpem repoſuit*, quibus nihil illuſtrius de eleemoſyna enuntiari poteſt. Virgo ſanctiſſima, in qua noſtra omnium ſalus, ac ſpes ſita, ac repoſita eſt, 117 *Ambroſ.*
D ſic enim Eccleſia canit, *Vita dulcedo, & ſpes noſtra ſalue*, hæc, inquam, ſuam ſpem in prece pauperis repoſuiſſe dicitur, nimirum in ea prece, per quam pauper accepta ſtipe, bona precatur donanti, vel quam ipſamet eleemoſyna in ſinum pauperis coniecta fundit ad Deum, iuxta illud, *Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Eccleſ. 29. vide plura ſupra loco citato.

Secundò, hæc verba de ipſius erga homines miſericordia, & beneficentia in vniuerſum accipere licet. *Manum ſuam aperuit inopi*, id eſt, patulam, & apertam obtulit manum non retinens, ſed effundens. Fruſtra hîc multa de illius erga ho- *Eccleſ. 29.*
E mines effuſa liberalitate, & miſericordia, quam miſericordiæ parentem, ac matrem quotidie nuncupamus, *Salue Regina mater miſericordiæ.* Vnde Anſelmus, *Charitatem*, inquit, *& miſericordiam veluti alumnas ſuas vlnis fouet.* Pende quàm appoſitè miſericordiam in manibus, vlniſque reponit, veluti alumnam ab ipſa nutritam: ſanctiſſima enim Dei genitrix non modo mater, ſed etiam nutrix, & altrix miſericordiæ, & pietatis exiſtit. Sanè matres parum benignæ erga filios, cùm primùm ipſos pepererunt ſta- *Anſelm.*

tim nutricibus alendos tradunt, quibus vbera ſiccato lacte citiùs arent. His planè ſimiles ſunt illi, qui, & eleemoſynas, & alias donationes, quas ipſi conceperunt, per alienas manus, ſcilicet per ſeruos, ac miniſtros erogant, illis, enim neſcio qua ratione, benignitatis vbera, fonteſque citius ſiccantur. Quemadmodum his, qui miſericordiam per ſe ipſos, ac per manus ſuas exercent, lac benignitatis vberius accedit, ac perennis fluit: nam voluptas, quæ ex vna largitione capitur, ad ampliores largitiones in dies faciendas excitat donantes. Igitur hæc pia mulier, quam Salomon deſcribit non quidem aliis eleemoſynas committebat, ſed ſuis ipſa manibus donabat. *Manum ſuam aperuit inopi*, &c. cui per omnia ſimilis Dei genitrix Virgo, quæ mater ſimul, & nutrix miſericordiæ dicitur, cui placet, ſemperque placebit benignitatem, & beneficentiam in nos per ſuas manus exercere.

118 Bonauent. Vnde appoſitè admodùm D. Bonauent. ad ipſam conuertit illa verba Pſalmi. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dominam noſtram, donec miſereatur noſtri.* Sic enim ſcribit. *Ancilla dominæ Mariæ eſt quælibet anima fidelis; imò etiam Eccleſia vniuerſalis; Oculi huius ancillæ in manibus dominæ ſuæ ſemper debent eſſe, quia oculi Eccleſiæ, & oculi omnium noſtrûm ad manus Mariæ ſemper debent reſpicere, vt per manus eius aliquod bonum accipiamus, & per manus eius quidquid agimus domino offeramus: per manus enim huius dominæ habemus quidquid boni poßidemus, atteſtante Bernardo, qui ait. Nihil nos Deus voluit habere quod per Mariæ manus non tranſiret; per manus quoque huius dominæ offerre debemus, quidquid boni egerimus. Quemadmodum idem Bernardus hortatur,* Bernard. *dicens, Modicum illud, quod offerre deſideras, gratiſſimis illis, & omni acceptione digniſsimis manibus Mariæ tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam. Bene nobis, chariſſimi, bene nobis, quod talem dominam habemus, quæ manus tam liberales habet ad nos.* Hæc Bonauentura. Ex quibus liquet non ſolùm Mariam quidquid beneficiorum, & gratiarum nobis impendit per ſuas manus exercere, ſed etiã nullum beneficium à Deo in nos proficiſci, quod per Marianas manus non deriuetur: quæ igitur tot, ac tanta nobis manibus ſuis confert, quàm amplas, patulaſque manus habere oporteat perſpicuum eſt.

Reliquas autem expoſitiones præmiſſas Virgini accommodare nemini non licet, nihil enim de benignitate huius mulieris enuntiare licet, quod auguſtius, & ſacratius in Mariæ beneficentiam non cadat, ſingula verò percurrere parum vtile, & valde longum foret.

---

## XXI. *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis; omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.*

119 NOn timebit, &c. Hebræa. *Non timebit domui ſuæ à niue, quia omnis domus eius veſtita coccinis.* Sic conuertit locum iſtum magna Hebræorum turba. Nam in Originibus ſubeſt vox שנים *Sanim*, per quam coccineum colorem aliàs notari Geneſ. 38. Exod. 25. conſtat Geneſ. 38. num. 28. Exod. 25. num. 4. & 26. num. 1. & 36. num. 8. & 39. num. 29. & paſſim alibi. His hæret Chaldæus, qui ſic verſum integrum extulit. *Non timebunt filij domum eius à niue; quoniam omnes domeſtici eius veſtiti ſunt coccino.* Hoc diſſidium peperit vox Originalis, quam aliqui petunt ex radice שן *Sen*, quæ *dentem* ſignificat, ſed tamen dentis, ac coloris coccinei nulla concordia. ergo melius alij referunt ad radicem שנה *Sanah*, quæ ſignificat *iterare*, ac *repetere*, dicitur autem *coccinum* שני *Sane*, quaſi *dibaphum*, aut *bis tinctũ*, nam purpura bis imbui ſolebat, ſemel quidem vermiculo, deinde coccino, vt lucidior, ac ſplendidior eſſet. Hinc deducitur concordia Euangeliſtarum circa veſtem, qua milites Chriſtum ludibrio habere volentes ipſum induerunt. Nam alius Euangeliſta illam *purpuream* appellat, alius *coccineam*: hoc autem nullum eſt diſſidium, erat enim veſtis illa dibapha, bis ſcilicet, ſemel purpura, & iterum cocco infecta; atque adeò coccinea, & purpurea appellari potuit, vide plura in capite 6. Cantic. ad illa verba. *Comæ tuæ, ſicut purpura Regis*, vbi de hoc argumento multa conflauimus, quibus hìc ſuperſedere libet, præſertim quia præferenda omnino videtur noſtra lectio, quæ habet. *Veſtiti ſunt duplicibus*, nam vox illa שנים *Sanim*, ducta à radice *Sanah*, duplicia, & geminata ſonat, veſtes autem duplices accommodatius eueniunt domeſticis huius matris familias, quam murice, & purpura imbutæ.

Septuaginta vocem illam *Sanim*, ad ſubſequentem clauſulam retuliſſe videntur, ſic enim habẽt. 120 *Non eſt ſolicitus de his, qui in domo, vir eius ſicubi moratus fuerit, omnes enim qui ab ea, induti ſunt.* Schol. *Induuntur*, eodem ſenſu, ac ſtatim ſubiiciunt. *Duplices veſtes fecit viro ſuo*, &c. At, inquies, vnde nata hæc noſtri Vulgati, & Septuaginta diſcordia? Aio primo Septuaginta illud, *Non timebit*, ad virum retuliſſe, eſt enim Hebraicè תירא *Thira*, terminationis maſculinæ, atque adeò viro adſcribendum cenſuerunt: illud verò *in temporibus niuis*, non quidem vt ſonat, capiendum putarunt, ſed metonymicè accepta cauſa pro effectu, tempus niuis dicitur tempus moræ, aut detentionis; Niues enim in cauſa eſſe ſolent, vt qui iter aliquod ſuſceperunt, diutius in via extra domum morentur, dum pergendi vlterius copia non ſuppetit. Subdit autem rationem, propter quam vir eius domeſticorum abiicit curam. *Omnes enim, qui ab ea*, id eſt, quotquot ex domo illius cenſentur, *induti ſunt*, id eſt, non indigent veſtibus, quaſi dicat, Muliere hac forti prouidente, ac miniſtrante, familia rebus omnibus neceſſariis abundat: exiſtimo enim veſtitum in vniuerſum poni pro omnibus rebus ad vitam tuendam neceſſariis accepta parte pro toto. Diuus Auguſtinus paulo aliter extulit. *Nunc interim demoratur alicubi, ſed non eſt ſollicitus quid agatur in domo. Omnes enim apud eam veſtiti ſunt.* Auguſt. Alij demum ex Hebræo ſic conuertunt. *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt variis.*

121 Rodolph. Hunc locum cum ſuperiori nectit Rodolphus hoc modo. *Non timebit domui ſuæ*, &c. nimirum hæc mulier plena fiduciæ manum ſuam pauperibus ſubleuandis porrigebat, haud verita, ne quid ob tantam liberalitatem domeſticis deeſſet ſuis ad victum, ſeu veſtitum: quinimo Deus illius liberales, & copioſas largitiones tanta abundantia compenſabat, vt domeſtici eius, non vna, ſed duplici veſte vterentur: Nam antequam prior eſſet detrita, altera recens, ac noua, ab hac forti fœmina ipſis donabatur. Aliter etiam nexum contexuit Ianſenius, quia tempus hyemis retulit, ad hunc modum. *Non timebit à frigoribus niuis*, &c.

Hæc ſcilicet induſtria, & ſolicita mulier non verebitur hyemis iniurias, & horridam tempeſtatem, cùm ſerui, & domeſtici frigore torpeſcentes ad operas parum prompti ſunt: nám domeſtici eius duplicibus veſtiti frigus pellunt, & ad operas ſuas non minus feruidi ſunt, quàm æſtate. Sed tamen hæc interpretatio tantiſper friget.

Ergo apud Hebræos vulgo recepta eſt illa expoſitio, quæ per duplicia *indumenta* veſtes intelligit coccineas, & *bis tinctas*, hoc ſenſu. *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, quia omnes domeſtici eius veſtiti ſunt coccineis*: ſanè veſtes primùm quidem ad pellendum frigus, & alias temporis iniurias inuentæ ſunt; deinde ad ornatum adhibitæ. Conficitur ergo argumentum à maiori ad minus hoc modo. Mulier hæc fortis non verebitur immania brumæ frigora, nam quæ familiam ſuam coccineis veſtibus ad ornatum, & gloriam veſtire conſueuit, longè meliùs eandem aliis rudioribus indumentis aduerſus frigora munibit. Sic interpretatus locus iſte proximè accedit ad Vulgati ſententiam, quæ illuſtrior, atque concinnior eſt.

122 *Non timebit à frigoribus niuis*, &c. id eſt. Hæc ſcilicet fortis matrona non modò victum, & alimenta, vt iam præmiſerat, domeſticis ſuis copioſè largitur, ſed etiam ex telis quas ipſa manibus ſuis cõtexuit, veſtimenta eiſdem partitur, ita vt nullus eorum nudus, & frigori obnoxius ſit. Fortaſſe etiam Salomon hîc vſus eſt commutatione illa ſatis ſolemni in ſacra ſcriptura, nimirum, *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis*, id eſt, domus eius, hoc eſt, domeſtica illius familia, non timebit brumalia frigora, *Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*. Hæc verba triplicem ad ſenſum vocari poſſunt. Primus eſt, Omnes huius matronæ domeſtici vtuntur veſtibus accommodatis ad frigus pellendum veſtibus, inquam, non ſimplis, ſed duplis, quæ vulgo dicuntur *Aforradas*, ſic plerique, quibus minimè aſſentior. Secundus ſenſus ſic habet, Huius fœminæ tota familia accipit ab ip[ſa] veſtes geminas, aliam quidem tenuem, & leuiorem æſtiuam; aliam verò craſſiorem hiemi accommodatam: bene eſt. Tertius denique ſenſus, quem cæteris præponendum exiſtimo, eſt huiuſmodi, Vniuerſi huius mulieris domeſtici binas ſemper veſtes habent, nam priuſquam prior detrita ſit, aliam nouam recentemque illis donat, qua vti poſſint tempore frigoris. Et quidem ſeruos, ac domeſticos ad eum modum ſpecioſè ac decorè veſtire ad ſplendorem domus præcipuè ſpectat. Accipe non iniucundam Chryſoſtomi ſententiam. *Integra*, inquit, *familia integri adinſtar cuiuſdam corporis obtinet, cuius caput, vir & vxor, reliqui autem domeſtici* ſcilicet filij, & filiæ, ſerui atque famulæ) *alia membra componunt. Ergo qui ſeruos ſuos indecorè nudos, aut detritis, obſoletiſque veſtibus amictos eſſe ſinit, ſui corporis bonam partem dedecore afficit.* Quinimo addit Chryſoſtomus hac in re locum eſſe illi ſententiæ quam tradit Paulus 1. ad Corinth. 12. *Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe neceſſaria ſunt, & quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumdamus, & quæ inhoneſta ſunt noſtra abundantiorem honeſtatem habent, honeſta autem noſtra nullius egent, &c. Ita vt nonnunquam expediat ſeruos, ac domeſticos alios ſplendidius indui, & conuerſari, quam dominos.* Hactenus Chryſoſtomus.

Chryſoſt. 1. Cor. 12.

Auguſt.

Auguſtinus autem tranſlationem Septuaginta qua ipſe vtitur, de Eccleſia ſic expendit. *Nunc interim demoratur alicubi, ſed non eſt ſolicitus quid agatur in domo. Omnes enim apud eam veſtiti ſunt. Nunquid de nuditate ſeruorum ſolicitus erit, cum alicubi demoratur, habens coniugem talem? veſtiti ſunt optimè. Quam optimè vultis noſſe? Quotquot in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis; omnes omnino apud eum veſtiti ſunt, & boni ſerui, & mali ſerui, veſtiti ſunt, ſed boni ſerui ſunt, qui Chriſtum induerunt, non ſolum in forma ſacramenti, ſed etiam in opere exempli ſequentes veſtigia domini ſui. Alij verò vſque ad ſacramentum reddituri de ſua veſte rationem, non ceſſat illa mulier veſtire, vt nemo queratur, nemo dicat, ideò non ſum bene operatus quia non ſum veſtitus, videte ergo quemadmodum veſtiti, & induti eſſe debeatis*, &c. Accommodatitias expoſitiones perſequitur Hugo, Dionyſius, Arboræus, Salonius, Beda, & alij.

## *De Virgine Deipara.*

Virginis domeſticos appellare licet omnes illius ſtudioſos amatores, his autem Virgo non timet *à frigoribus niuis*, non enim veretur futurum 123 vt charitas in ipſis refrigeſcat. *Omnes enim veſtiti ſunt duplicibus*, ſcilicet duplici charitate Dei, ac proximi; vel Dei, atque ipſiuſmet Virginis, quam qui ardenter poſt Deum adamat, numquam algere poterit. Aut *duplici veſtiti* dicuntur, quia non ſolùm Chriſtum, ſed etiam matrem eius Mariam per morum, & vitæ imitationem induunt. Non ſolùm enim Chriſtum dominum induendum eſſe authoritas Pauli comprobat, ſed etiam Virginem induere ſuadet Bonauentura in Pſalt. (Bonauent.) *Mariam induite*, inquit, *quotquot diligitis eam, hæc luceat in moribus, ſplendeat in actionibus*, &c. Sed per ſingulas interpretationes pergamus.

Hebræi habent. *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt* 124 *coccineis, ac bis tinctis*, vt ſupra expoſui. Virgo quidem ſui ſtudioſis multa dona tribuit ad ornatum & gloriam, quibus tamquam Tyriis veſtibus decori incedunt: hæc ſunt gratiæ dona, virtutes, & alia eiuſmodi, quæ animam ſplendidiùs honeſtãt, quàm veſtes murice, ac cocco tinctæ, iuxta illud, (Pſal. 44.) *Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis*, &c. Ergo Virgo ſanctiſſima, quæ ſuis illas magis glorioſas, & decoras veſtes liberaliter largitur, longè faciliùs alia rudiora, & craſſiora ornamenta donabit, nimirum ſcientiam, doctrinam, honorem, opes, & alia eiuſmodi, quæ ſi cum prioribus conferantur, veſtes ſunt rudes cum coccineis, ac bombycinis comparatæ. Vel aliter *coccineis ac bis tinctis* induti, ſunt illius familiares ob duplicem charitatem, vt ſupra animaduerti. Nam vt autor eſt Gregorius Magnus, (Gregor. Magn.) non ſemel coccus bis tinctus geminam Dei, atque proximi charitatem ſignificat. Addo etiam charitatem erga Deum, & ipſam Virginem notari poſſe: Nam quemadmodum veſtis cocco ſemel infecta, ſi oſtreo iterum imbuatur longè pulchriorem colorem trahit: ſic charitas erga Deum ſi rurſus charitate erga Mariam Virginem imbuatur, quodammodo venuſtior, ac ſplendidior redditur. Quod ſi duplices illas veſtes dyploides, quas vulgò dicimus, *aforradas*, intelligamus iuxta alteram expoſitionem, audiendus eſt Bernardus (Bernard.) in ſermone de laudibus Mariæ. *Eua*, inquit, *ſuperueſtiuit carnem filiorum ſuorum, ſicut dyploide confuſione ſua, de manu quippe illius duplicis mali ſemen terra noſtra ſuſcepit, ſcilicet iniquitatem & culpam in*

*anima, calamitatem in corpore.* Itaque duplicem A confuſionem, aut pudorem, ex duplici damno, quod filiis ſuis intulit Eua, collegit Bernardus: quippe quæ læſit animam, & læſit corpus, hoc quidem morte naturali: illam verò lethalibus culpis afficiens. Reſpexit autem Bernardus ad illa verba Pſal.108. *Et operiantur ſicut dyploide confuſione ſua*, in Hebræo eſt מעיל *Mahil*, quam vocem alij pallium, alij tunicam, Septuag. διπλοΐδα, id eſt, veſtem ſubſutis pellibus duplam conuerterunt. Hûc ſpectauit Bernardus, qui ante illa verba ſupra adſcripta ſic præmittit. *Vides hanc tunicam pelliceam, quæ nos circumdedit, tunica Euæ parentis noſtra eſt, quam ad nos olim miſera illa transmiſit,* B *& ſuperueſtiuit carnem filiorum ſuorum, ſicut dyploide confuſione ſua.* Cogita ergo duplicem mortem, aliam externam, ſcilicet mortem corporis, aliam quaſi ſubſutam, & internam, ſcilicet animæ mortem, quam lethalis culpa infert. Hæc eſt *dyplois*, qua prior Eua nos amiciuit & operuit. Hac igitur diploide exutos, & nudatos, poſterior Eua, id eſt Maria, noua dyploide nos induit. *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*, hoc eſt duplici vita, ſeu immortalitate, tùm corporis, tum animæ: vtramque enim indumenti nomine ſenſit

*Paulus.* Paulus 1. ad Corinth. 15. *Oportet enim corruptibile hoc induere in corruptionem, & mortale hoc induere* C *immortalitatem: cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt, Abſorpta es mors in victoria tua.* Ergo ad eundem modum cogita incorruptionem, & immortalitatem corporis, & huic veluti ſubiectam, & ſubſutam immortalitatem animæ, hæc eſt dyplois, qua nos contexuit Maria: hæc eſt veſtis domeſticorum eius, eorum ſcilicet, quos ipſa ſingulari amplectitur ſtudio.

*Hugo.* Rurſus aliud dyplois veſtis genus pro his, qui in hoc ſæculo degunt, excogitauit Hugo Cardinalis in hunc locum. *Duplex*, inquit, *veſtis eſt bonum opus cum recta intentione, qua veſtiti ſunt viri Eccleſiaſtici. Hypocritæ verò penulas habent, id eſt, veſtes ſimplices ſine forratura, quia bona opera fa-* D *ciunt, ſed non recta intentione.* Hac ergo duplici veſte domeſticos ſuos induit Maria aduerſus niuem, hoc eſt aduerſus hypocriſim, quam cum niue con-

*Cle. Alex.* tulit Clemens Alexand. libr. 3. ſtromatum, vbi Hypocritam ſterquilinium niue contectum appellat, & in vniuerſum hypocriſim niuem eſſe dicit, quæ vitia omnia fallaci tectorio operit, & charitati frigus immittit.

125 Quod ſi iuxta aliam expoſitionem per *duplices veſtes* æſtiuam, tenuem, & hyemalem, craſſam accipiamus, ſubeſt etiam idem Hugo, qui vtramque veſtem ad moralem ſenſum ſic vocauit. *Duplex*, inquit, *veſtis eſt hyemalis & æſtiualis, veſtem hyemalem dico virtutes, quibus protegimur contra* E *pluuiam & grandinem tentationum, & perſequutionum: eiuſmodi ſunt patientia, manſuetudo, humilitas, & alia id genus. Æſtiualem dico virtutes, quibus tempore pacis, & tranquillitatis vacatur bonis operibus & contemplationi, qualis eſt, charitas, pietas, deuotio, ſapientia*, &c. At quis neget his duabus veſtibus Mariæ domeſticos & familiares ab ipſa acceptis vti? quid plura?

Extrema interpretatio docet hanc mulierem duplices veſtes domeſticis ſuis ſic largiri, quia prius quàm altera exteratur, & obſoleſcat, aliam identidem nouam, & recentem illis donat. Hanc verò prouidentiam Virgini denegare nemo auſit. Imò maior, ac dignior eſt Mariæ erga ſuos

*Bonau.* prouidentia, & amor, teſte Bonauentura in ſpeculo, vbi ſic ait. *Dona illius nullo tempore, ac vetuſtate conficiuntur, ſenectam, antiquationem & interitum ignorant.* Parum erat Virginem veſtes extritas nouis, ac ruentibus ſarcire, dignius ſane, atque excellentius eſt, veſtes nullo tempore exterendas donare. Addo etiam has veſtes vſu ipſo non modò non exteri, & confici, ſed potius refici & innouari: Nam cùm hæ ſint optimarum virtutum habitus, conſtat equidem hos vſu & exercitatione obfirmari & augeri.

Lectionem Septuaginta Virgini etiam accommodare integrum eſt. *Non eſt ſollicitus de his, quæ in domo, vir eius, ſicubi moratus fuerit: omnes enim qui apud ipſam veſtiti ſunt.* Patres communiter ad illa verba, *Moram autem faciente ſponſo*, Matth. 20. per ſponſi moram intelligunt tempus omne, quod ab illius in cœlum profectione, ad vſque extremum eiuſdem aduentum fluit: hoc autem interuallo Virgo Eccleſiam, tamquàm domum ſuam adminiſtrat, cuius prouidentiæ tantumdem tribuit Deus, vt planè in illum cadant illa verba, *Non eſt ſollicitus*, &c. Lege Bernar. in ſermone, qui inſcribitur laus Virginis Mariæ, & alibi, illinc diſces, quomodo tota Eccleſiæ adminiſtratio ad Virginem ſpectet.

---

XXII. *Stragulatam veſtem fecit ſibi: byſſus & purpura indumentum eius.*

*Stragulatam veſtem*, &c. Hebr. מרבדים *Marbaddim*, fluit à radice רבד *Rabad*. Huius vo- 126
cis ſignificatio non omnino Hebr. comperta eſt. Pagninus, cui hærent non pauci, ſic tranſtulit. *Torques fuit ſibi*, & quidem רביד *Rabid torquem* adſignificat: ſed tamen aſcito *Mem*, aliquid aliud ſonat. Occurrit hæc vox ſupra cap. 7. vbi interpres noſter *funes* reddidit, *Intexui funibus lectum meum*. Et Septuaginta. *Funibus tetendi lectulum meum.* Alij *tapetes* transferunt, & in vniuerſum id omne, quod ad ornandum & decorandum lectum addi ſolet: ea voce notari volunt, ſcilicet ſtramenta, lectiſternia, &c. Rabbi Himanuel ad- *Rabi Him.*
dit *cortinas*, quæ lectum vndique ambiunt: aliqui etiam adnectunt tapetia, & aulæa, quibus parietes decorantur. Chaldæus ergo ſic habet. *Stramenta fecit ſibi, byſſus, & purpura indumentum eius.* Septuaginta, *Duplices veſtes fecit viro ſuo, de byſſo autem & purpura ſibi indumenta.* Aquila & Theodot. *Periſtromata fecit ſibi.* Symmachus, *Tapetia.* Ex quibus colligitur hanc vocem ſuæ ſignificationis ambitu multa complecti, ſcilicet lecti & parietum ornamenta. Eapropter exiſtimo Salomonem vſum fuiſſe voce plurali, *Marbidim*, vt non vnum quid, ſed multa ſignificaret. Suſpicor etiam illud affixum *ſibi* paragogicum eſſe, vt alia multa in ſacris litteris Itaque *fecit ſibi*, perinde eſt ac *fecit*, abſolutè: illud autem *ſibi* omnino redundat. *byſſus*, Hebraicè שש *Ses*, à candore, vnde aliquando pro marmore accipitur, de *purpura* alibi diximus.

Prima expoſitio ſic conformari poteſt. *Stragulatam veſtem fecit ſibi*, hoc eſt, ſibi ipſi compo- 127
ſuit, nam cùm præmiſerit famulis ad frigus arcendum duplices veſtes, ſeu dyploides ab ipſa oblatas: addit nunc ſibi etiam pellendi frigoris gratia veſtem quandam elaboraſſe ſtragulatam, vulgò *Eſto fada*, vel *Colchada*, hæc enim ſatis accom-

modatè ſtragulata veſtis appellari poteſt : nam lana inſuta non aliter conſtruitur, quàm mollia ſtragula, quibus lecti ſternuntur. Sed licet hæc ad eum modum facta veſtis ſtragulata dici queat veſtis tamen ſtragulæ, ſeu ſtragulatæ apud autores alia ſignificatio eſt, occurrit autem illius mentio in lege. *Cùm tunicam*, ff. de auro & argento, & in lege. *Quæſitum eſt*. §. *ſi fundus*. ff. de fundo,
*Tullius.* & l. *inſtratum*, de verborum ſignificatione, vbi Alciatus aſſerit veſtem ſtragulam appellari pictam, & variam. Meminit etiam, ſtragulæ veſtis Tullius orat. 4. in Verrem. *Dico te maximum pondus auri, & argenti, eboris, purpuræ plurimam veſtem militenſem, plurimam ſtragulam, &c. exportaſſe.* Et 3. in eundem Verrem. *Argenti veſtiſque ſtragula quod fuerit, curaſſe auferendum.* Et iterùm.
*Liuius.* *Hydrias argenteas pretioſam veſtem ſtragulam.* Accedit Liuius. *Et cùm tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula vti, matrem familias tuam purpureum amiculum habere non ſinis.* Ex quibus conſtat, ſtragulam, ſeu ſtragulatam pretioſæ admodum veſtis genus fuiſſe. Poteſt ergo locus iſte ſic exponi. *Stragulatam veſtem fecit ſibi*, hæc ſcilicet fortis mulier non modò rudiores telas manibus ſuis ex lana, linoque elaborabat, ſed etiam veſtes elegantiores, & pulchriores, varias ſcilicet, & acu pictas ſibi conficiebat : nec rude tantum lanificium, linumque commune exercebat ſed purpuram & byſſum texebat, atque ex his pulchra veſtimentis
128 ſibi ipſi aptabat.

*Rodolph.* *Ianſen.* *Legionen.* Sed licet hæc aptè dicantur, communis tamen interpretum expoſitio Rodolphi, Ianſenij, Legionen. &c. per ſtragulam veſtem in vniuerſum ornamenta, quibus lectus inſtruitur, & aulæa, tapetiaque quibus reliqua domus ornatur, captanda eſſe docet, vt ſenſus ſit. *Stragulam veſtem fecit ſibi*, &c. Hæc ſcilicet mulier ex telis, quas ipſa ſuis manibus elaborabat, non modò ſeruis ac domeſticis rudiora veſtimenta parabat, ſed etiam multam veſtem ſtragulam ad lectos pulchrè ſternendos, domumque reliquam appenſis tapètibus ornandam. quid plura ? *Byſſus & purpura indumentum eius.* Inſuper in byſſo & purpura operabatur, vt pretioſas ſibi veſtes conſueret, tanta erat huius mulieris induſtria. Obſeruat autem Legionenſis Salomonem conſultò ex byſſo & purpura veſtes dediſſe huic fœminæ, quia ex his veſtis ſacerdotalis iuſſu Dei conficiebatur, hoc ſcilicet volens fœminam, ſi fieri poſſet, altari ornandam, ita vt ornatus illius ſit omnino ſacer, tàm ex intentione, qua ſuſcipitur ad placendum marito, quàm ex temperantia, & honeſtate. Addo etiam quod quemadmodum Pontificiæ veſtes myſticæ omnino erant, & eos mores & virtutes exterius ſignificabant, quibus ſacerdotis animum inſtructum eſſe oportebat vt ſacris intereſſet : ad eum modum hæc vxoris indumenta myſtica eſſe & eas virtutes per ſymbolum innuere, quibus illam matrimonium ſanctè colere, & coniugi ſuo placere oporteat. *Byſſus, & purpura indumentum eius*, byſſus candore ſuo pudicitiam ſignificat : purpureus verò color amorem, hæc duo matrimonium ſanctum reddūt, & vxorem viro ſuo commendāt.

129 *Iſidor.* Vel aliter, huic ſententiæ accommodari poteſt Diui Iſidori doctrina, qui cùm præmiſiſſet flammeum, ſeu velum, quo fœminæ in nuptiis velabantur candido, atque purpureo colore imbutum olim fuiſſe, attexit. *At verò, quod eadem vitta candido purpureoque colore permiſcetur, candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad ſanguinis poſteritatem adhibetur, vt hoc ſigno continen-*
A *tia lex tenenda ab vtriſque ad tempus admoneatur: & poſthæc ad reddendum debitum non negetur. Quod enim dicit Apoſtolus, Abſtinete vos ad tempus, vt vacetis orationi, hoc ille candor inſinuat. Quod verò ſubiungitur, Et iterum reuertimini in id ipſum, hoc purpureus ille color demonſtrat.*

Accipe etiam hîc Auguſtinum locum iſtum ad 130
Eccleſiæ laudes conuertentem. Interpretatur *Auguſt.*
autem lectionem Septuag. *duplicia pallia fecit viro ſuo. Pallia quæ fecit laudes ſunt, laudes fidei, laudes confeſſionis, laudes prædicationis, quare duplicia? Chriſtum laudas, Deum laudas atque hominem, dupliciter lauda, ſimpliciter lauda, dupliciter quia Deus eſt, & homo ſimpliciter vt non ſis fictus.* Sub-
B dit verò Auguſt. Hæreticos illos ( liceat ſic dicere ) pallium ſimplex viro ſuo texuiſſe, qui faſſi Chriſtum hominem eſſe, Deum eundem eſſe abnuebant, atque illos, qui diuinitatem illius agnoſcentes, non humanitatem veram, ſed vmbram & phantaſma quoddam humanitatis illi dabant, Eccleſiam verò noſtram duplicia pallia viro ſuo texuiſſe, quia Deum ſimul hominem confitetur. *Te-*
*xuit ſcilicet*, inquit Auguſtinus, *pretioſiſſimum* *Auguſt.*
*quoddam pallium cùm ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, texuit & aliud pallium, cùm dicit: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, &c. Denique ſic attexit. *De byſſo, & purpura veſtimenta fecit ſibi, non enim decebat matronam tanti viri, vel nudam incedere, vel pan-*
C *noſam, de byſſo, candida confeſſione, de purpura glorioſa paſſione veſtimenta ſibi fecit. Huius byſſum cum oramus agnoſcimus, huius purpuram in martyribus commendamus.* Subiiciunt multa alia ad ſpiritualem ſenſum attinentia, Beda, Salonius, Hugo, Dionyſ. & alij.

## De Virgine Deipara.

Si priorem expoſitionem amplectamur, & per 131
*ſtragulatam veſtem*, arcendis frigoribus idoneam, tunicam accipiamus, optimè quadrant in Mariam hæc verba, *Stragulatam veſtem fecit ſibi*, Quorſùm fecit? ad frigus charitatis pellendum. Sanè læthalis culpa charitatem de medio tollit, leuior autem, ſeu venialis frigus eidem immittit, quo ca-
D lens, æſtuanſque illius feruor intepeſcit. Igitur Virgo ſanctiſſima non modò ab omni læthali culpa abhorruit plurimùm, ſed etiam aduerſus leuiorum peccatorum frigus ſtragulata veſte ſe ipſam muniuit, ne quando illius charitas æſtuans eo frigore in teporem conuerteretur. Mariam enim ne leuiſſimum quidem peccatum vnquàm admiſiſſe communis totius Eccleſiæ conſpiratio & conſenſus tenet. At, inquies, quæ nam hæc ſtragulata, & velut inſutis lanis ſarta veſtis, quæ omnium venialium peccatorum gelu ab ipſa prohibuit? non vna ſuper hac re Patrum, Doctorumque ſententia.

In primis illud ex communi omnium calculo & 132
E ſuffragio præmittendum eſt, priuilegium iſtud immunitatis ab omni culpa actuali quemadmodum & alia ipſi ob maternitatis Dei decentiam indultum fuiſſe : ita enim decebat, vt Mater Dei ab omni etiam leuiſſimorum peccatorum lue immunis eſſet. Huius verò decentiæ plures rationes offerunt Cyprianus, Auguſtinus, Bernardus, Anſelmus, & alij Patres, quas in noſtra defenſione pro Deiparæ Virg. Conceptione ca. 25. & 26. non perfunctoriè diſcuſſimus, vt inde eiuſdem Virginis immunitatem ab originali conficeremus.

133 Cæterùm omnes illæ Patrum rationes, quæ Virgini immunitatem ab omni crimine propterea deferunt, quia Dei mater extitit, non formalem, *ſed radicalem & remotam* præfatæ immunitatis cauſam aſſignant. Nam maternitas Dei non ſuſtulit culpas, tãquàm forma cum illis pugnans, ſed tamquàm ſtatus & dignitas, quæ ex decentia & congruitate aliquam formam poſtulabat, quæ culpas omnes penitus excluderet, & auerteret. Hæc planè fuit mens Anſelmi, in lib. de Concep. Virg. & de Peccato Originali cap. 18. vbi ſic adiecit. *Quamuis de mundiſſima Virgine filius Dei veriſſimè conceptus ſit, non tamen hoc ea neceſſitate factũ eſt, quaſi de peccatrice parente iuſta proles rationabiliter generari per huiuſmodi propagationẽ nequiret, ſed quia decebat, vt illius hominis conceptio de matre puriſſima fieret*, &c. Animus autẽ eſt propriam & germanam cauſam venari, quæ proximè Virgini ſanctiſſimæ hanc munditiem attulit, non ex illatione decẽtiæ, ſed ex formali cauſalitate. Et quidem quæſtio hæc duplici ſenſu diſceptari, & agitari ſolet. Prior eſt de impoſſibilitate, quam præuiam & antecedentem vocitant. cuius eſt arbitrium præuenire, cogere, & ad vnum quid vrgere, ita vt reniti & obſiſtere non poſſit. Poſterior eſt de impoſſibilitate conſequentiæ, quæ libertatem præmittit, & ipſam ſartam, tectamque relinquit. Ergo non pauci fuerunt, qui Virgini priorem illam antecedentem impoſſibilitatem imponentes ſic pronuntiauerint: Virgo non modò non lapſa eſt aliquando, ſed nec labi, aut delinquere vnquam potuit, adeò vt illi omnis copia, poteſtaſque peccandi prorſus adempta fuerit. Ita docent OKam, Gabrul, Almainus, D. Bonauentura. quibus hærent Richardus, Palud. Alexand. Marſil. & alii non pauci, quorum ſententias & rationes eruditè, vt aſſolet, euoluit & librat P. Gabriel Vaſq. 3. p. tom. 2. diſp. 120. Hanc verò neceſſitatem aliter tuentur alii, qui ex eo Virgini peccare integrum non fuiſſe dicunt, quia Deus apud ſe ſtatuit ad omnem actionem phyſicam, cui moralis aliqua malitia foret annexa, Virgini concurſum, atque opem prorſus denegare.

*Anſelm.* — *OKam. Gabrul. Almain. Richard. Paludan. Alexãd. Vaſq.*

134 Alii verò doctorem Angelicum ſequuntur, & hanc neceſſitatem ex abundantia & affluentia gratiæ aucupantur, quam quidam ab ipſo conceptionis inſtanti fluere volunt. Quidam verò ab incarnationis momento tantummodò deriuant, ita vt ante incarnationem, quamuis lapſa nunquã fuerit, labi nihilominus ipſi integrum fuerit, iam verò ab incarnatione, & deinceps, nec deliquerit vmquàm, nec delinquere, aut tranſgredi potuerit. Sed fac ab ipſo Virginei conceptus inſtanti tantam gratiæ ſanctificantis vim in ipsã defluxiſſe, quantam ne mens quidem vel capere, vel aſſequi poſſit: fac, inquam, veram eſſe Vincentii Ferrerii doctrinam in ſermone 1. de Natiuitate, ſcilicet in ſanctificatione aliorum, etiam Angelorum, quaſi vnam diuinæ gratiæ guttam, & ſtillam ſingulis inditam fuiſſe: at in Virginem à prima iuſtificatione totius fluminis impetum effuſum, ac refuſum. Quid inde? Quomodo potuit hæc gratiæ tam affluens copia peccandi poteſtatem Virgini inferre? Plures ſunt qui poteſtatem iſtam ideò Virgini ademptam eſſe voluerunt, quia illa gratiæ tanta vis, concupiſcẽtiæ libidiniſque fomitem ab initio cõceptionis ipſius penitus extinxerit, ſed non audiendi. Nam vt acutè probat Vaſquez loco citato, fomite non tantùm ſopito, ſed etiam reſtincto, reſtat adhuc peccandi poteſtas, & licentia: ſubeſt quippe homini velle & nolle, & indifferentia voluntatis & arbitrii, ex qua tota peccandi facultas pendet. Subiiciam nihilominus Cypriani verba, quibus de hac fomitis extinctione ſic ſerit. *Seruabat ſacrarium ſuum, & ſanctimoniæ thalamum honorabat: lætificabant conſolationes eiuſmodi animam benedictam, & tanti habitatoris reuerentia concupiſcentiarum ludibria abigebat, legem mentis lex carnis non infectabat, rebellio nulla quietẽ ſpiritus affligebat, paruulus ſugens vbera pura alimonia vtebatur, & fons ſacri pectoris defæcatum edulium ori mundiſſimo infundebat. Sed & cor matris quadam dulcedines, quæ humanum ſuperat intellectum, imbuebant, eratque vtrique mira iucunditas, cum pia ſanctæ matris, ac deuota humilitas, & ſancti ſanctorum immenſa benignitas confœderatis affectibus mergebantur*, hæc ille. Ex quibus Virgini ad peccandum ademptam poteſtatem præmiſſi Doctores euinci putant. Cæterùm Cyprianus, & alii Patres, qui rebelles & effrænes carnis, & concupiſcentiæ impetus, ſiue ab ipſo puriſſimæ conceptionis inſtanti, ſiue ab incarnationis articulo in Maria nullos fuiſſe decernunt, nõ ſanè inde colligunt ipſam numquã peccaſſe, nedum ἀναμάρτητον, *anamartiton*, id eſt, impeccabilem fuiſſe. Nã Cyprianus, qui fomitis extinctionem in ipſa incarnatione peractam fuiſſe dicit, iam inde ab initio omni culpa Mariam vacaſſe pronuntiat. Præmittit enim. *Non ſuſtinebat iuſtitia, vt illud vas electionis cõmunibus laſſaretur iniuriis, quod plurimùm à cæteris differens natura communicabat, non culpa.* Ac breui interſtitio ſtatim aſſuit. *Seruabat ſacrarium ſuum*, &c. Ergo Patres fomitem in Maria propterea extinctum fuiſſe dixerunt, quia plurimum dedecorum exiſtimabant carnem Virgineam indecoris concupiſcentiæ motibus iactari, atq; animum illius prauis concupiſcentiæ flatibus impelli, atque eò ſpectant verba Cypriani. Fateor quidem inde ſatis validum argumentum confici ad probandum Virginem ab omni prorſus culpa mundam & expertem fuiſſe: Si enim Patribus indecorum viſum eſt Mariæ carnem, aut ſpiritum concupiſcentiæ agitationibus impelli, quarum tamen aculeos ſine culpa aliqua ſanctiſſimi viri experiri conſueuerunt, ſanè longè indecentius tùm ipſis Patribus, tùm etiam nobis videri debeat, Virginem leuiſſimi cuiuſquam criminis labe infici, huius enim indecentia, & turpitudo fomitis indecoros motus lõgè ſuperat. Ad hæc ſi Cyprianus Chriſti matrem illis ſordibus infici, quibus aliæ puerperæ contaminari ſolent, abſurdum eſſe cenſuit, quamuis eiuſmodi fæces à carne ad animum non tranſeãt, longè abſurdius erit dicere ipſam culpæ alicuius labe ſorduiſſe: hæc enim mentem ipſam inficit, animumque deturpat. Inde tamen non eruitur vera & germana radix, cauſave præfatæ immunitatis, quia licet fomitis iniuriis ſcateret B. Virgo, potuiſſet nihilominus ab omni actuali, etiam leuiſſima, ex Dei beneficio præſeruari: & ex aduerſo etiam licet fomitis ardores prorſus reſtinctos haberet, nihil vetabat ipſam grauioribus & lethalibus, nedum leuioribus culpis ac criminibus obſtringi.

*Vincent.* — *Vaſq.* — *Cyprian.*

135 Alii rurſus grauiſſimi Theologi docent illã gratiæ affluentiã, & plenitudinẽ, quam Doctor Angelicus adſtruit, & quæ animũ Mariæ largiſſimè perfudit, ſiue ex ſeipſa, ſiue ex adiacentia, & ſocietate aliorum Spiritus ſancti donorum, ſic illã vni pietati, & honeſtati per antecedentem neceſſita-

tem obſtrinxiſſe, vt in turpitudinem labi, & culpam aliquam admittere non potuerit quidē. Succedat memoriæ locus Eccleſiaſtici cap. 40. quem *Eccleſ.* Virgini ipſa tribuit Eccleſia. *Ego quaſi trames aquæ immēſæ de fluuio, ego quaſi fluuius dyorix ſicut aquæ ductus exiui de paradiſo.* Mariæ quidem Virginis exitus primus & prima in lucem editio celebratur his verbis. Et iam tunc in immenſum effuſam gratiarum ſuarum affluentiā aperiēs, *Ego*, inquit, *quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio.* Et ſubdit, *ego quaſi fluuius dyorix.* Ex vetuſtis exemplaribus aliqua ſic habent. *Ego quaſi fluuius vorax*, cui affine illud apud Hiſpanos tritum prouerbium. *Yoſoy duero, que todas las aguas bebo.* & in Virginem aptiſſimè quadrat, quæ gratiarum omnium fluenta, vt ita dicam, hauſit, ac perbibit. *Bonau.* Accipe Bonauent. in Specu. c. 3. *Omnia*, inquit, *chariſmata intrant in Mariā, flumen.n. gratiæ Angelorum intrat in Mariam, flumē gratiæ Patriarcharū & Prophetarum intrat in Mariam, flumen gratiæ Apoſtolorum intrat in Mariam, flumē gratiæ Martyrum, Confeſſorum, Virginum, Doctorum intrat in Mariam: omnia denique flumina intrāt in Mariam: ſed quid mirum ſi omnis gratia in Mariam confluxit, per quam tāta gratia ad omnes defluxit?* Eſt ergo Maria flumen immenſum omnium fluminum vorax, atque adeo licebit dicere *Yoſoy duero, que todas las aguas bebo.* Nec multùm abit illud nomen *dyorix*, aut duotrix, cuius hìc meminit Eccleſiaſticus, à nomine *durii* noſtri, *Ego quaſi fluuius dyorix.* *Raban.* Rabanus exiſtimat eo nomine Araxem totius Perſiæ maximum fluuium notari, qui tanto voluitur impetu per decliuia, vt præceps eius lapſus omnia ſecum auferat, pontes, impedimenta &c. Huc ſpectat illud Poëtarum principis.

*Pontem indignatur Araxes.*

Ergo ad rem noſtram, Maria cum fluuio Araxe aptiſſimè comparatur, quia collectis vndique gratiarum omnium riuis in quandam immenſam euaſit gratiarū vim: ex hac verò tāta in pietatem & honeſtatem propenſio nata eſt, tamque rapidus, præcepſque in bonum omne curſus, vt omnes peccatorū illecebras, occaſiones, tentamenta, & motus prauos aluei iſtius vis magna deuolueret, ac demergeret. Ad hunc modum, & non aliter, explicari poteſt quā ratione gratiæ ſanctificantis atque aliorum Spiritus ſancti donorum affluentia Virgini boni & honeſti neceſſitatem attulerit.

Sed tamen cùm exploratum ſit gratiam, & in vniuerſum omnia alia Spiritus ſancti infuſa dona, ad ſubſtantiam operationis præſtandam ſic concurrere, vt facilitatem, promptitudinem, aut propenſionem ad bene operandum nullam per ſe conferant, ac rurſus cùm certum ratumque ſit nullam gratiam, quātumlibet intēſam, cum peccato veniali pugnare: non ſatis calleo quo ex capite gratiæ plenitudo, & copia ad bene ſemper operandum Virginem vrgere, aut cogere potuerit. Adhæc qui Virgini hanc neceſſitatem imponunt minimè ipſi propitii, ac benigni commendatores ſunt: nam dum ipſi peccandi copiam, & facultatem adimunt, merendi quoque gloriam aliquo modo extenuant: nam ſi ex præuia, & antecedenti neceſſitate transgredi, ac labi non potuit, profectò ex eo, quod omnes, aut ſingulas culpas declinarit, propulſarit, auerterit, nihil ipſi meriti accedet, nihil fructus accreſcet, bonorumque operum promerita ſublatā indifferentiā ad oppoſitum non parum decreſcerent. Ergo mentem meam in oppoſitam ſententiam impetus rationum impellit, à quibus memet abripi ſinens decerno Virginem ſanctiſſimam nullius vmquam vel leuiſſimi criminis ſibi conſciam fuiſſe, attamen labi, & delinquere antecedenter potuiſſe, ita vt liberi arbitrii ad peccandum vim, & facultatem non amiſerit, ſed diuinæ gratiæ obſecundans continuerit, repreſſerit.

136 Hanc ſententiam tradunt Suares, Durandus, Vaſquez, & alii recentiores Theologi: & licet D. Thom. in 3. in priorem opinionem diſcedere videatur, cæterùm 3.p. q. 27. a. 3. & 4. huic potius acquieuiſſe videtur, & tenor verborum ita ſuadet: nā de potentia, & facultate nihil addit, ſolumque decernit per illam gratiæ affluentiam Virginem id fuiſſe adeptam, vt ne leuiſſimam quidem alicuius criminis labem vnquam contraheret: hoc autem conſilii noſtri præiudicium optima quædam ratio robuſtum reddit. *Suares. Durandus Vaſquez. S.Thom.* Quia, vt eleganter & acutè P. Vaſquez 1.p. diſp. 90. & alibi, tria tantūmodò arbitriū anteuertere, & peccandi libertatem creaturæ rationis participi eripere poſſunt: *Vaſquez.* hæc ſunt, vnio hypoſtatica, beatifica viſio, conſilii & rationis perturbatio: ex his autem nihil Virgini tribuere licet, atque adeò ipſius libertatem extenuare, nec fas, nec integrum eſt. Ergo cùm ex dictis conſtans ſit doctrina, Deiparę Virgini nullam neceſſitatem imponendam, ac rurſus liqueat ipſam ab omni prorſus culpa vacaſſe, huius immunitatis proximam & formalem rationem veſtigare aggrediar, hæc. n. eſt *Stragulata veſtis* quam fortis induſtria mulier ad peccatorum frigus prohibendum ſibi contexuit.

137 Aliquis ergo affirmare poſſet intenſam & numquam interruptam charitatem, qua Virginis animus ab initio ſuæ conceptionis arſit, huius priuilegii proximam & germanam cauſam extitiſſe. Porrò ſanctiſſimam Deiparam in ipſo ſuæ cōceptionis inſtanti actum perfectiſſimi amoris exercuiſſe docent quotquot illam actu proprio primā ſanctitatem adeptam fuiſſe dicunt, quorū cenſum facere inutile eſt: ſed tamen ab eo inſtanti, & deinceps toto vitæ curriculo illam charitatis feruentem, æſtuantemque actionem, numquam, ne breuiſſimo temporis interſtitio, interrupiſſe, *Vaſquez.* vnus docet Pater Vaſquez. in ea diſp. 118. capite vltimo: qui poſtquàm præmiſit cupidinei fomitis extinctionem per Dei contemplationem, & Charitatis motum in Virgine peragi potuiſſe, ſic attexit. *Verùm vt virtute huius contemplationis in Virgine prædicti motus numquā orirentur, deberet eſſe in ea continua, & indeficiens contemplatio, & feruor Charitatis in Deum: quod quidem ita fuiſſe non improbandā ratione credi poteſt, cùm ad dignitatem ipſius id pertineat, & principiis fidei minimè aduerſetur.* Magnum eſt hoc, ſed mea quidem ſententia Virgini omnino dandum: ita ſuadet optima ratio Auguſtini, cuius verba refert D. Bonauentura in ſpecul. cap. 14. *Auguſt. Bonau.* *Quis, inquit, dubitare poteſt omnino in Charitatis affectionem tranſiiſſe viſcera Mariæ, in quibus ipſa, quæ Deus eſt, Charitas, nouem menſibus corporaliter requieuit?* Affirmat ergo Auguſtinus Mariam non tam amare, aut diligere dicendam eſſe, quàm Charitatis naturam induiſſe, & ipſiſſimam Charitatem eſſe. Eam verò, quæ ipſiſſima Charitas eſt, aut ſemper amare, aut non eſſe, & interire neceſſe eſt. *Ildeph.* Ad hæc D. Ildephonſus orat. 1. de Aſſumptione ſic ait. *Vnde quæſo vos filii imitamini ſignaculum fidei veſtræ, Mariam, quam velut ignis ferrum, Spiritus ſanctus totam decoxit,*

*incanduit, & igniuit, ita vt in ea Spiritus ſancti flāma tantum videatur, nec ſentiatur, niſi tantum ignis amoris Dei.* Hęc ille. At inquies, Virgo externis etiā rebus expendebat operam: his autem cùm intēderet, attentionem illam, qua mens illius Deo hærebat remitti, ne dicam ſolui, & intermitti neceſſe erat? Reſpondeo, ignitum & cādens ferrum ignitas ſcintillas quoquo verſum iaculari ſolitum. Haud aliter Virgo ſanctiſſima ex diuino amore, velut ex igne ferri ad inſtar candentis, ignitas quoque eodem amore ſemper exerebat actiones. Nam quidquid operis exterius actitabat, ex Charitatis agebat imperio, & in vnius Dei amorem referebat. Vnde Bernardus. *Candidiſſimus*, inquit, *ſanè, ſed & calidiſſimus huius mulieris amictus: cuius omnia excellenter irradiata noſcuntur, &c.* Quæ verba ad externas ipſius Virginis actiones ſpectare videntur.

Bernard.

138 Rurſus dices Virginis mentem aſſiduâ attentione in Deum fatigandam iri, atque adeo Charitatis actum neceſſario interrupto conatu ſuccidendum. Vt obiectioni huic ſatisfaciam opportunè adeſt mihi Bonau. in ſpeculo, qui Marianæ Charitatis vim maximam expendens ſic ait. *Maria*, inquit, *bene per Sarram ſignificari poteſt: Sarra enim interpretatur carbo, hoc autem bene Mariæ conuenit, quæ tamquam carbo ardore Charitatis ignita fuit.* Ac ne diceres carbonem ab igne ipſo exteri & in fauillas ſolui, ſubdit Bonau. *Melius ergo per rubum ſignificatur, qui ardebat incombuſtus*, ac ſi diceret, Ne putes Mariæ mentem, & animam ex aſſidua dilectione, quâ ſemper flagrabat, laſſeſcere, & deficere, eam ſanè illi rubo perſimilem eſſe autumo, quem ignis & flamma corripuit, ſed virentem illius pulchritudinem non læſit.

Bonau.

Bonau.

139 Sit ergo conſtans ſententia, actum amoris Dei quem Virginis à ſuæ conceptionis inſtanti bonis auſpiciis cœptum inchoauit, numquàm deinceps interrupiſſe, & interemiſſe. Quid inde? Sanè indè conficitur Mariam nullam vmquàm, vel leuiſſimam culpam perpetraſſe. Ea enim eſt amoris Dei vis, vt mētem quodāmodo arripiens, & in Deum transferens, non modò culpas quaſlibet propulſare, ſed etiam fomitis indeliberatos inſultus compeſcere poſſit, vt docet P. Vaſquez diſp. 120. cap. 2. Nam vt ait Dionyſius Areopagita. *Eſt autem mentis ſeceſſum & extaſim faciens diuinus amor: amatores ſui iuris eſſe non ſinens, ſed in ea, quæ amant penitus transferens.* Hæc ergo tanta amoris diuini vis Mariæ animum & mentem obtinens, non modò deliberatos contra rationem motus, ſed etiam primos concupiſcentiæ, ac libidinis contra eandem rationem impetus edomuit, ac coërcuit. Quam vim diuini amoris apprimè declarant illa verba Dionyſii, *Amatores ſui iuris eſſe non ſinens:* non quidem ita vt illos libertate priuet, abſit, ſed quia ſic amor iſte liberum arbitrium allicit, & demulcet, vt quamdiu ipſe perſeuerat, nihil Deo ingratum, & inuiſum animus ſponte conari poſſit. Amoris autem iſtius continui, & non interrupti ardorem, quo Virgo in Deum ferebatur, nullis quamtumlibet leuiſſimis culpis locum reliquum feciſſe tradit Bernardus in ſermone ſuper illud, *Signum magnum*, cuius verba ſupra delibaui, qui illam ignis allegoriam vrgens ſic ait. *Longè* inquit, *aliter Maria meruit, non velut ſummatim tangi, ſed operiri magis vndique, tanquam ipſo igne concludi* (ſcilicet igne amoris Dei, de hoc enim ſermo eſt) *cādidiſſimus ſanè & callidiſſimus* A *huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noſcuntur, vt nihil in ea, nō dico tenebroſum, vel minus lucidum, ſed ne tepidum quidem aut non feruentiſſimum liceat ſuſpicari.* Quid obſcuritas, quid tenebræ, aut tepor iſte deferuens, niſi culpas ſonet tam graues, quā leues, quas calidiſſimum illud amoris diuini veſtimentum à Virgine prohibuit, ita vt meritò illud ſtragulatam huius heroinæ veſtem appellare poſſimus, *Stragulatam veſtem fecit ſibi.*

Dionyſ.

Bernard.

Sed licet hæc ſatis aptè dicta ſint, atque perpetuus iſte & nulla intermiſſione reſciſſus amoris tenor, culpas omnes arcere valeat, alia tamen eſt prior, ac certior huius Marianæ innocentiæ cauſa. Hæc autem ex duobus coaleſcit, ſcilicet ex diuinæ prouidentiæ externa quadam prote- B ctione, quæ omnes delinquendi occaſiones de medio tollens nullius peccati ſuggeſtione ipſius ſpiritum interturbari ſinebat, & ex interna inſpiratione iugi & perpetua, quæ animum illius ad honeſtas quaſque, & Deo gratas actiones impellebat. Dixi autem hanc eſſe tum priorem, tùm certiorem cauſam: quia amor ille continuus & non intermiſſus, ab hoc iugi diuinæ inſpirationis illapſu pendet. Et quamuis amor ille perpetuus deeſſet, ſola externa protectio, & iugis inſpiratio recti & honeſti ad omnes culpas propulſandas ſatis ſuperque foret. Ergo externam illam protectionem, quā diuina prouidentia Virginem vndique ambibat, Patres non ſemel obſeruarunt, C in his D. Bernardus in ſermone illo, qui inſcribitur, *Laus Mariæ*, ſic ſcribit. *In circuitu eius acies validas ſpiritualium virtutum ſuo ſe inuicē ordine tuentiū (ſi quidem ordinatione perſeuerat dies) ſed & innumerabilium beatorum ſpirituum militiam ad miniſteriū tanti principis delegatum fuiſſe nullatenus ambigimus, vtpote qui cuſtodirent lectulum Salomon. gratiſſimum, ac prouiderent, ne præparatum æterno Regi hoſpitiū alienus hoſpes inuaderet.* cum Bernardo concinit Anſelmus in lib. de excellentia Virg. cap. 3. *Nulli*, inquit, *dubium caſtiſsimum corpus, & ſanctiſsimam animam funditus ab omni fuiſſe macula peccati iugi Angelorū cuſtodia protectam, vtpote aulam, quam ſuus, & om-* D *nium creator Deus corporaliter inhabitaturus erat, & ex qua hominē in ſua perſona vnitatem ineffabili fuerat operatione ſuſcepturus.* Subdit autē huius tutelæ elegantem rationem Anſelmus. *Et quid mirum? Nam inter omnes vſus obtinuit (ſi tamen è cæleſtibus ad terrena poteſt eſſe comparatio vlla) cùm præpotens aliquis, & perſona diues aliquò vadit hoſpitaturus, vt clientes præcurrant & locum muniant, mundent, ornent, & cuſtodiant, quò venienti Domino ſuo aptus ad habitandum, & congruus fiat: ad eundem modum, &c.* Libet accommodationem ſubticere, vt compendio ſtudeam, Illud denique ad externam diuinæ erga Mariam ſolicitudinis prouidentiam ſpectat, quod tradit E Galatinus libro 7. de Arcanis, cui fidem habet Caniſius noſter, & reliquis tamquam dignum fide proponit, de Virg. l. 1. cap. 13. *Inter cæteras*, inquit, *perphectiones eo prophetiæ ſpiritu donata eſt vt ſi forte aliquid inconceſſum, ſeu illicitum, vel viſura, vel auditura eſſet, illico eius aures, & oculi clauderentur, ita vt ſenſus eius, vel membra nonniſi diuinæ voluntati deſeruire viderentur.* Poſt hæc verò ſic aſſuit Caniſ. *Et ſi verò diuinare non poſſum ex quo fonte Galatinus id depromat, tamen non dubito, quin prudentes omnes narrationem eius credibilem eſſe fatebuntur.* Hactenus de externa protectione.

140 (beside "Sed licet hæc")

Bernard.

Anſelm.

141 Sanctarum verò inſpirationum, & cogitationum, quæ mentem Virginis iugiter ad honeſta opera ſtimulabant, & acuebant, meminit imprimis Damaſ. Damaſcenus in oratione 1. de Natiuitate, vbi ipſam affatus ſic ſerit. *Sanctam omnem & cum animi vtilitate coniunctam cogitationē habes, contra ſuperuacaneam omnem, & animis exitioſam antequam guſtes, eiicis.* Omnem verò ſanctam cogitationem dixit, hoc eſt, nullam habes, quæ non ſancta ſit, & ad honeſtatem impellens. Et quidem Damaſcenus ex hoc iugi ſanctarum cogitationum illapſu omnem ſanctiſſimæ Virginis actionem honeſtam, & piam fuiſſe decernit, totamque illius vitam ab omni criminis ſuſpicione vendicat. Nam ſingulas ſenſuum, ac membrorum omnium functiones, ac munera percurrens, nihil vnquam geſſiſſe affirmat, quod à recta ratione deſciſceret. *Oculi*, inquit, *eius ſemper ad Dominum perenne, ac inaceſſum lumen intuentes, aures diuinum ſermonem hauriunt, ac ſpiritus cytharâ oblectantur.* Et ad hunc modum per reliquos ſenſus, ac membra, ad cor vſque peruenit, de quo ait. *Corpurum, ac labis expers, Deum ſpurcitie omni carentem cernens, ipſiuſque cupiditate ſemper flagrans.* Ac demum ipſam Cherubinos rerum diuinarum cognitione, & Seraphinos iugi amore facilè ſuperare dicit, atque in præmiſſam iam inde à me Rubi ſimilitudinem incidit, qui ignis iniurias minimè ſentiebat.

Hic ſanè eſt optimus Marianæ innocentiæ aſſerendæ, & vendicandæ modus, quem ideò libentius, velut obuiis vlnis amplector, quia cum ſuaui, ac leni diuinæ prouidentiæ progreſſu meliùs congruit, & nullam arbitrio vim afferens optimè de Deo merendi Mariæ locum integrum reliquit. Nam quidquid neceſſitatis Virgini ab aliis imponitur, id meritorum ipſius gloriam neceſſariò extenuat. Hæc eſt *veſtis ſtragula*, aut *ſtragulata*, quam ſanctiſſima Virgo ex Dei auxilio induit ad pellendum omne peccatorum frigus idonea, ex interna inſpiratione, & externa protectione Dei contexta.

Hactenus de ſtragulata veſte, pro illa, quæ ad frigus arcendum opportuna eſt: aliam verò illius acceptionem Virgini aptare procliue eſt: ac rurſus illa verba, *Byſſus & purpura indumentum eius*, facilem accommodationem habent de Virginitate & Martyrio, de quibus iam alibi multa diximus.

---

### XXIII. *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.*

142 Nobilis in portis, &c. Hebr. *Notus in portis maritus eius, cùm ſederit cum ſenioribus terræ*, pro *nobili* eſt. נודע *Nodangh*, à radice ידע *Iadangh*, quæ ſignificat *ſcire: & cognoſcere*, id eſt, *cognitus*: nimirum illuſtris, conſpicuus, clarus. Chal. *Notus in prouinciis vir eius.* Portas quidem ſumi pro ſubſelliis iudicum iam inde ſæpius admonui cap. 1. v. 21. & alibi: quia videlicet in portis vrbium erant tribunalia, vbi cauſæ, liteſque agitabantur. Sept. *Conſpicuus autem fit vir eius in portis, quandocumque ſederit in conſeſſu cum ſenibus habitatoribus terræ*: à quibuſdam codicibus abeſt vox illa, *habitatoribus*.

Hæc ſententia duas claudit: prior eſt, huius heroinæ maritum rerum domeſticarum curâ & ſolicitudine depoſitâ publicis rebus adminiſtran-

A dis intereſſe: ipſa enim familiā & domeſtica omnia ſic curabat vt maritū ab hac prouidentia prorſus liberaret. Poſterior eſt, ipſam non ſibi ſolum veſtes elegantes & pretioſas texere ſolitam byſſinas & purpureas: ſed etiam viro ſuo, quibus in optimatum conſeſſu cōſpicuus & clarus incederet. Itaque ſenſus eſt. *Tu marido es conocido por el trage y buen tratamiento entre todos los ſenadores.* Et quidem non parum innoteſcit fœminæ virtus & induſtria ex mariti ſui cultu: huius enim præcipua cura penes vxorem eſt. Hûc ſpectat illud Ennii, qui vxori Tarquinii laudi tribuit, quod maritum ſuum excoleret.

*Exin Tarquinium bona fœmina lauit & vnxit.*

B *Cum ſenatoribus terræ.* Hebraic, ארץזקני *Areſt ZiKne* fluit autem vox illa *ZiKne* à radice זקן 143 *ZaKan*, id eſt, *ſenuit*, ſignificat autem ſenes, aut presbyteros, ſæpius verò in ſcriptura eſt nomen dignitatis, ac muneris publici, cuius rei exempla paſſim occurrunt. Melius ergo noſter hîc *ſenatores* quàm alii ſeniores. *Senatores autem terræ* ſic intelligo, ac ſi diceret. *Los que mandan la tierra.*

Subiicio Auguſtinum hæc allegoricè ediſſerentem, Aug. *Conſpicuus fit in portis vir eius ille, qui alicubi demoratur, qui pro tali coniuge de domo ſua ſolicitus non eſt, conſpicuus fit in portis. Attende quando audi quod ſequitur. Cum ſederit in concilio cum ſenioribus terræ, nihil euidentius: lege aliam Prophe-* C *tiam Veniet ad iudicium cum ſenioribus populi ſui, ſcilicet in illo concilio, & iudicio iudicantibus ſecum ſanctis, quibus dictum eſt: Sedebitis & vos ſuper ſedes iudicātes duodecim tribꝰ Iſrael. Veniet enim filius hominis, ſicut dixit, in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo. Quando ergo venturus eſt. conſpicuus erit in portis, hoc eſt, in aperto, in manifeſto, in portis conſpicuus erit, quia alios admittet & aliis claudet.* Lege ibi plura ad hanc ſententiam ſpectantia quæ ſubnectit Auguſt. à quibus non abeunt, quæ ſcribunt Beda, Salonius, Hugo, & alii.

### *De Virgine Deipara.*

D Cùm duplex ſit Mariæ ſponſus, ſcilicet Spiritus 144 ſanctus, atque Ioſeph, hæc verba vtique accommodare integrum eſt. Si ad Spiritum ſanctum referas, non facilè ſenſum aliquem aptum conformabis. Ex noſtris concionatoribus alter, per *Senatores terræ* intelligit duas perſonas ſanctiſſimæ Triadis, quæ cum Spiritu ſancto, quaſi in concilio, & conſeſſu quodam mundum adminiſtrant. Vnde Deus in ſcriptura paſſim dicitur *Heloin*, de numero multitudinis. 1. *Indices*. Sic Geneſis 1. Geneſ. *In principio Heloin creauit cœlum, & terram.* Ex quo loco non pauci ex antiquis Trinitatis myſterium ſubodorati ſunt. Ergo ait vir non indoctus, E Mariæ ſponſus, hoc eſt Spiritus ſanctus, conſpicuus valde & illuſtris adfuit in portis, id eſt, auditu ſalutis noſtræ, quæ per Verbi incarnationem initiata eſt, quando *inter Senatores terræ* ipſe ſedit, tunc ſcilicet cùm inter perſonas Trinitatis ipſe in Virginem ſuperuenit, atque illam vmbrâ ſuâ texit, iuxta illud, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi, &c.*

Aptius quidem in virum alterum, id eſt in Ioſeph cadunt præfata verba. Præmittere autem oportet eos, qui myſticos ſenſus huius loci perſequuti ſunt, per *Senatores terræ*, tùm Apoſtolos, tùm Prophetas, tùm Angelos accepiſſe, atque adeò ſenſus erit, Ioſeph ſponſæ beneficio, ac meritis, id obtinuiſſe vt inter Prophetas & Apoſto-

los, imò inter omnes Angelorum ordines conſpi- A
cuus & illuſtris appareat in cœlo, vtpotè qui omnes beatos, ſi vnam illius ſponſam excipias Mariam, meritis, atque gloria facilè ſuperet, vt probabilis multorum opinio fert.

---

***XIV. Sindonem fecit, ac vendidit, & cingulum tradit Chananæo.***

144 S*Indonem fecit*, &c. Heb. *Linteum fecit, ac vendidit*, &c. eſt enim pro ſindone סדין *Sadenà* radice סדן *Sadan.* Rabbi Dauid in libro radicum aſſerit eſſe linteũ ex lino textum, ex quo tùm ſindones ad lectos ſternendos, tùm ſubuculæ confici conſuerũt. Sept. nominis aſſonantia ducti tranſtulerunt σινδόνας, quibus hæſit noſter interpres. Illi ergo integram huius loci lectionem ſic cõpleuerunt. *Sindonas fecit, & vendidit, & cingulũ Chananeis.* Schol. *Zona Chananæo.* In quibuſdã præterea codicib⁹ Sept. ſic additur. *Sindonas fecit, & vendidit Phœnicibus, & cingula Chananæis.* Pro *Chananæo* aliqui ſubiiciunt *mercatori*, aut *negotiatori*. Exiſtimant enim Chananæos mercaturam exercere ſolitos, quia apud Heb. ſordebat negotiatio atq; adeò Chananæis, qui inter ipſos ſordidi, atque ignobiles putabantur, illam dimittebant. Hinc aliqui Chananæos dictos putant, ſcilicet כנענים *Chenaghanim*, à radice כנע *Chanangh*, id eſt, *humiliari, ac deprimere*, vtpote depreſſum, atque humile genus hominum. Alii verò hoc nomen mercatoribus propterea inditũ volunt, quia Chananæi iam inde à ſuo progenitore *Cha* Noëmi filio ob maris viciniã negotiationi dediti fuerunt. Illud ſanè exploratum eſt, mercatores in ſcriptura paſſim *Chanaghanim*, id eſt, *Chananæos*
*Iob.40.* nominari Iob. 40. *Diuiderunt illum inter mercato-*
*Iſai.23.* *res.* Iſaiæ. 23. *Mercatores eius inclyti terræ.* Zachar.
*Zac.14.* 14. *Non erit mercator in domo Domini*, vbi ſemper occurrit vox *Chanaghanim.*

145 Ergo communi fere interpretum calculo huius loci ſententia ſic conformanda eſt. *Sindonem fecit, ac vendidit.* Talem videlicet ex lino optimam ſuis, atque ancillarum manibus contexit: atque D
ex his ſindonas conſuit, ac vendidit, aut vendendas tradidit. Locus ſic ad ſuperiora reuocandus, non modò fortis hæc mulier lanificas & linificas ſibi, viro ſuo, & domeſticis omnibus veſtes componebat, ſed etiam his decorè veſtitis ſupererant adhuc telæ optimæ, quas diſtrahebat & vendebat. Placet autem omnes ſindonis ſignificationes in hunc locum conferre, hæc enim diſſimiles huius loci expoſitiones offerre poſſunt. Primò igitur *ſindon*, vt quibuſdam placuit, eſt veſtis murice infecta: hanc verò ſignificationem petunt ex illo
*Martial.* carm. Martialis.

*Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres,*
*Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.*

*Tyriam ſindonem* Tyrio colore imbutam putãt, E
ſed perperam. Nam Martialis ſindonem Tyriam
*Rhodig.* dixit id genus lintei, quod propterea ſindon dicitur, vt autor eſt Cælius, & alii paſſim, quia ex ſindone Phœnicię vrbe exportari ſolet: hinc etiã Tyria appellatur, ſicut apud nos *Laolanda el Ruan*, & alia id genus. Illud ex eo loco Martialis confici exiſtimo, ſindonem videlicet aliquod indumenti genus eſſe non muliebre tantum, ſed etiam virile: quò ſpectat etiam illud eiuſdem Poëtæ.

*Cultus Sindone non quotidianâ.*

Et Iudicum 14. Cùm Samſon problematis ediſſerendi pretium offert. *Dabo*, inquit, *vobis* *Iudic.*
*triginta ſindones, & totidem tunicas*, veſtes intelligit viriles: ſubdit enim poſtea. *Et percuſſit ibi triginta viros, quorum ablatas veſtes dedit* eis, qui problema ſoluerint. Et ſanè his in locis veſtis deſcribitur craſſior, & exterior, arcendis imbribus idonea. Sed licet hæc ſindonis ſignificatio non ſit inſolens, ſolemnior tamen, atque vulgo tritior eſt lintei ſubtilioris quod ſindones primùm, deinde alii contexuerunt. Sed vt alia dimittam, comprobat hoc luculentum Euangelii teſtimonium, nam Ioannis. 19. ſic ſcribitur. *Et ligauerunt cum linteis, cum aromatibus.* Græcè ὀθονίοις, id eſt *Othoniis*, nimirum velis ſubtilioribus ex lino contextis (diſplicet enim Pollucis coniectura, qui *Othonias* ex lana confici vult) quas
autem Ioannes *Othonias* dixit, ſeu lintea, reliqui *Ioann.*
Euangeliſtæ *ſindonem* appellant. His præiactis, cenſeo *ſindonem* aliquando ipſam lini telam notare, vt ex textrina trahitur. Nonnumquam etiam ſatis propriè amictoria fœminarum, vulgò *las tocas*, eo nomine cenſeri, ea ſcilicet quæ ſubtiliori opere elaborata ſunt. Denique veſtem aliquam candidam & tenuem eo nomine olim ſignificari conſtat, quam fœminis geſtare decorum, viris
verò probroſum erat. Hinc Laërtius tradit Cra- *Laërtius.*
teti Philoſopho ab Athenienſibus vitio datum, quod ſindone velaretur: ſed & Dion. Caſſius tra-
dit Neronem tunicâ obtectum floridâ & ſindo- *Dion.Caſ-*
nio circa collum, Senatores ſalutare conſueuiſſe, *ſius.*
quod laſciuiæ, ac lenocinio vertit. Idem ſcribit Sardanapalum in palatio ſæpiùs nudum aſſidere, ac ſindonium aureis ſuſpenſum circulis quatere ſolitum.

His prælibatis, etſi alii alia dictitare poſſint, mi- 146
hi verò illud arridet, ſcilicet hanc fœminam ideò commendari, quia non rudiores tantùm telas redordiri ſoleret, ſed etiam ſubtiliſſimas, & tenuiſſimas, quales Sidoniis texere ſolemne eſt, *Sindonẽ fecit, ac vendidit.* hoc.n. erat illius lucrum. Itaque per ſindonem non amictoria ſeu capitia, non veſtem aliquam pulchrè confectam, nec ſternendis lectis conſuta linteamina, ſed telam ipſam ſubtilioris operis intelligo. Addit.

*Et cingulum tradidit Chananæo.* Legionenſis
exiſtimat cinguli nomine faſcias quaſdam notari, 147
quas vulgus appellat *Randas* & *Franſas*, Hebr. *Legion.*
חגור *Chagor*, à radice חגר *Chagar*. i. *cinxit*, vel *accinxit*, quæ vox anceps eſt, fœmineas zonas ſonans, & virorum cinctoria. ad viros ſpectat il-
lud Ezechiel. 21. *Accinctos balteis renes.* Ad fœ- *Ezech.21.*
minas autem illud Iſaię 3. *Et pro faſcia pectorali ci-* *Iſai.3.*
*licium.* Heb. *Et pro faſcia pectorali cingulum ſacci.* Vtrobique autem occurrit vox illa *Chagor.* Addo etiam Latinum vocem *cingulũ*, quam hîc adſcripſit Vulgatus, communem eſſe viris, ac fœminis.
Prima ergo interpretatio peti poteſt ex Auguſti- *Aug.*
no loco citato, qui per *Chananæos*, ſeruos intelligit domeſticos: nam conſtat Chananęorum reliquias, quas poſt bella & ſtrages in ipſos editas miſſas fecerant, magna ex parte Hebræis in ſeruos ceſſiſſe. Itaque ait hæc mulier *Chananæo*. i. ſeruo ſuo cingulum tradidit, vt præcinctus & expeditus ſibi ad nutum obſeruiret. Sed tamen hæc pars ad hunc modum explicata cum ſuperiori non congruit. Sanè mihi non diſplicet nomine *Chananæi* ſeruum notari ob prædictam rationem, ſed tamen hîc ſenſus ad hunc modum inſtituendus eſt cum Ianſenio. Cingula ſeu zonas pulchrè elaboratas & acu pictas Chananæo ſer-

uo ſuo vendendas & diſtrahēdas tradidit. Ergo alii locum iſtum de virili cinctorio perperàm exponere contendunt: malo ad zonas muliebres referre: harum enim apud veteres eximia gloria fuit, quas acu eleganter expingere, floribúſque tùm aureis, tùm purpureis, tùm byſſinis intexere ſolemne fuit. Hinc eſt illud Homeri, Veneris zonam deſcribentis.

Homer. *Soluit de pectore zonam,*
*Textilem, picturatam.* Et infra.
*Sinuique tuo ſuccingito zonam,*
*Contextam variè.*

Sed de hac zonarum elegantia multa diximus in cap. 7. Cantic. verſ. 3. ad illa verba. *Venter tuus ſicut aceruus tritici vallat⁹ liliis.* Ergo locus ſic exponendus eſt. *Et cingulū tradidit Chananæo.* Nimirùm zonas perelegātes acu pingebat, ipſaſque inſtitori, aut venundabat, aut vendendas tradebat. Itaque huius fœminæ extollitur induſtria, & peritia, quæ ſcilicet maximè pulchras, perfectas, atque pretioſas res, ſuis, atque ancillarum manibus elaborabat, & inde parabat lucra.

## De Eccleſia.

148 Aug. Locum integrū ad Eccleſiam refert D. Aug. eo loci, ſed quia longior eſt oratio verba ſupprimo. Per *ſindones*, id eſt, ſubtiliſſimi operis linteamina, ſpiritualia, & interna intelligit, cū quibus collata externa & corporea craſſa ſunt, & rudia: hæc autem ſpiritualia, vel propterea Eccleſia vendere dicitur, quia pro his temporaliū contemptum expoſcit, aut etiam nos ipſos, quos libentius pretii loco accipit. *Nam quæ vendit* (inquit Auguſt.) *dat ſpiritualia, & quid quæritur? forte carnalia: debentur quidem & iſta, ſed tamen non ſolùm iſta reddenda ſunt: non quæro,* inquit, *veſtra, ſed vos, date ergo pretium: date vos ipſos.* Denique illa. *Et cinctoria vendidit Chananæis* (ſic enim habent Sept.) ad hunc modum expendit. *Cingant ſe, operiantur, veniant tamquam ſerui: cinctoria eius fecit vtique ad opus: nam & ipſa opus faciens accinxit fortitudine lumbos ſuos.* Reliqua vide ibi, & cum his cohærentia legere licet in Salonio & aliis ſupra citatis.

## De Virgine Deipara.

149 Si per *ſindonem* ſpiritualia cum Auguſtino accipiamus eodem ſenſu Virgini accommodare licet iſta verba, quæ Auguſtinus Eccleſiæ tradit, ſcilicet Virgo ſpiritualia ſuis non donat, ſed vendit, vtpote quæ à nobis temporalia, & quod caput eſt, noſmetipſos pretii loco accipit. Si verò cum aliis innocentiam candidam & puram, aut fidei myſteria, totamque Euangelicam doctrinam ex ſubtilibus tùm præceptorum, tùm etiam conſiliorum filis contextam accipiamus, hæc quidem pro re nata Virgini adſcribi poſſunt. Sicut etiam eorum non illepida meditatio eſt, qui per *ſindonē* velum, ſeu amictorium intelligentes, quo fœminæ caput obnubunt, & teſte Paulo, obſequii, at-
Paulus. que obedientiæ ſymbolum eſt, quam vxor marito ſuo præſtare tenetur, ait enim. *Mulier debet habere velamen,* vel (quod idē eſt) *poteſtatem ſuper caput ſuum.* Propterea enim mulier caput velat ſuum, vt maritum ſibi in caput datum fuiſſe teſtetur. Ergo Deipara hæc vela, ſeu pallia fœminis elaborare & venundare aptè dicitur, quia ipſa exemplo ſuo cunctis fœminis obſequentiæ, atque obedientiæ erga maritos magiſtra extitit. Nulla enim cōiugi ſuo obſequentior, & ſubmiſſior fuit, quàm Maria, vt docet Ambr. in c. 1. Lucæ: vel ſi placet, pro coniugatis intellige virgines, quibus B. Virg. pallia, & velamina vendit, vt Chriſto nubant, iuxta ritum Ecclſiæ, quæ Virginis ſacras velare ſolet.

*Et cingulum tradidit Chananæo.* Cinguli huius non vna ſignificatio eſt. Auguſtinus expeditam quandam ad operandum diligentiam notari voluit: alii caſtitatem, alii pœnitudinem. *Chananæus* verò interpretatur *humilis*, aut *commutā*. Ergo licet aſſerere Virginem Deiparā his qui illam humiliter, & demiſsè colunt, atque huius obſequii merito id obtinuerunt, vt mores ac vitam commutarent, caſtititatis zonam, vel ſtudioſæ diligentiæ cingulum aut pœnitudinis cinctorium impendere. Hæc enim omnia ab ipſa elaborari, atque donari, nemo inficiabitur ex his qui nihil vnquam boni obtinent, quod non illi continuo acceptum referant. Si quis verò alias *Zonæ*, aut *Cinguli* ſignificationes conflare velit eodem ſenſu Virgini accommodare poterit. Ambroſ. Aug.

## XXV. Fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſsimo.

Fortitudo, & decor &c. Hebr. non diſſonant. Septuaginta hæc verba poſtponunt: præmittunt enim ſequentem verſum, *os ſuum aperuit ſapientiæ, &c.* ac deinde ſubiiciunt. *Fortitudinem & decorē induit, ac lætata eſt in diebus nouiſſimis.* Aquila, Sym. & Theod. *Ridebit*, ſicut noſter, & in quibuſdam etiam codicibus eſt, εὐφρανθήσεται, id eſt, *Lætabitur*, de futuro. 150

Aliqui locum iſtum cum ſuperiori ſatis coactè conſtruunt: ſed tamen ſi quis minus coactum, & obluctantem modum veſtigare velit, ſic licet cōtexere, *Sindonem fecit*, ſed tamen *vendidit*: nam ſubtiliſſimum illud veſtimenti genus gerere indecorum ſibi exiſtimabat, præſertim ſi per ſindonem accipiamus veſtem illam tenuiſſimi operis, quam Clemens Alexandrin. libro 2. pædag. c. 10. fœminis pudicis interdicit his verbis. *Non eſt enim amplius tegumentū mollis, & delicata veſtis, quæ nudam figuram non poteſt occulere. Eiuſmodi enim veſtis in corpus incidens mollius ipſi corpori imprimitur & applicatur, figuræ carnis inſtar adhærens, & mulieris typum ita exprimit, vt vel non videnti manifeſta ſit tota conſtitutio corporis.* Ad hæc *Cingulū tradidit Chananæo*, id eſt, zonas elegantes, & acu pictas, ſi quas artificioſè elaborabat, has quidem vendendas tradebat ſeruo, aut inſtitori, nec ex his aliquam ſibi aptabat: nam ipſi pro cingulo erat fortitudo, de qua nuper dixerat. *Accinxit fortitudine lūbos ſuos,* & ſua ipſius pulchritudo pro veſte, & indumento eleganti. Quaſi dicat, tanta erat illius natiua & genuina pulchritudo, vt ipſa ſine aliis ornamentis ſatis placeret. Itaque ſecundùm hanc expoſitionem prædicatur huius mulieris decens, & modeſtus cultus, quæ putidiora illa, & fœminis grauioribus indecora ornamenta, videlicet ſubtiliſſimas ſindones, pictas zonas, & alia id genus, numquam geſtabat. Operabatur quidem manibus ſuis hæc ornamenta, ſed non geſtabat: nam operari peritiæ eſt, geſtare luxuriæ. Clē. Alex.

151 Et ſanè hæc expoſitio cohæret cū priori interpretatione huius loci. Ianſen. quippe, Rodolph. & alii recentiores, priora verba ſic ediſſerūt. *Fortitudo,* Ianſen. Rodolph.

*titudo, & decor indumentum eius.* i. veſtes illi erant
honeſtæ, quales robuſtam viraginem, ſeu virilem
matronam decebant, non molles nimiùm & cultus
exquiſiti. Itaque *fortitudinis* & *decoris* indumenta
dicuntur fortia, atque decentia, fortia, inquam.
id eſt, quæ mollitiem excluderent, & fortitudinem,
ac robur animi teſtarentur: nam quæcumque phi-
locoſmæ ſunt, eædem molles, & imbelles exiſtunt.
Et quidem pudicitiam, & robur fœminarum in
cultu ipſo ſpectari exploratum eſt: hinc eſt vt fœ-
minæ ſeſe plus quàm ſatis eſt excolentes viris ſuis
in ſuſpicionem perfidiæ veniant. Chryſoſt. homil.
21. ad populum. *Ille*, inquit, *exquiſitior ornatus*
Chryſoſt. *Zelotypiæ ſuſpicionem inijcere ſæpius ſolet.* Et infrà.
*Modeſtia autem ornatus omnem quidem improbam*
*ſuſpicionem expellit: omni autem vinculo firmiùs*
*coniugem conciliat. Non enim tam decorum facit*
*fieri aſpectum ipſius formæ natura, quàm eam ſpe-*
*ctantis affectus, affectum verò nihil ſic vt modeſtia,*
*& honeſtas inducere ſolet.* Ergo ſic accipi poſſunt il-
la verba. *Fortitudo, & decor indumentum eius*, id
eſt, Mulier fortitudinem ipſam induit: nam mode-
ſto, & neglecto cultu fortitudinem præ ſe ferebat,
& robur animi oſtentabat.

152 Et ſanè ita reor, eas quæ externum cultum negli-
gunt & modeſto habitu vtuntur, exterius bonos
ſuos mores circumferre, quæ ipſas longè pulchrio-
res, ac ſpecioſiores reddunt. Tertull. in lib. de ha-
Tertull. bitu fœminarum. *Pudicitiæ, atque honeſtati Chri-*
*ſtianæ ſatis non eſt eſſe, verùm & videri: tanta enim*
*debet eſſe plenitudo eius, vt emanet ab animo in ha*
*bitum, & eructet à conſcientia in ſuperficiem, vt &*
*foris inſpiciat, quaſi ſupellectilem ſuam.* Loquitur
autem de modeſto ornatu, atque ipſum adhibentes
mulieres honeſtatem ac probitatem ipſam (liceat
ſic dicere) ſuperindutam gerere affirmat. Abſoluit
verò eum tractatum Tertullianus his verbis. *Pro-*
*dite vos iam medicamentis & ornamentis inſtructæ*
*Apoſtolorum, ſumentes de ſimplicitate candorem, de*
*pudicitia ruborem, depictæ oculos verecundiâ, & os*
*taciturnitate, inſerentes in aures ſermonem Dei, an-*
*nectentes ceruicibus iugum Chriſti, caput maritis*
*ſubiicite, & ſatis ornatæ eritis: Manus lanis occupa-*
*te, pedes domi figite, & plus quàm in auro place-*
*bunt: veſtite vos ſerico pubertatis, byſſino ſanctita-*
*tis, purpura pudicitiæ, taliter pigmentatæ Deũ ha-*
*bebitis amatorem.* Igitur integram huius loci ſen-
tentiam vt calleas, ſic accipe. *Fortitudo & decor*
*indumentum eius.* Nomine fortitudinis omnes vir-
tutis, & probitatis partes complectitur, aitque, in
neglecto, atque modeſto cultu hæc mulier fortitu-
dinem, hoc eſt, virtutem omnem indumenti adin-
ſtar præ ſe ferebat. Hæc autem illi longè maiorem
decorem, & pulchritudinem afferebat, quàm to-
tius formæ affectiſſima cultura.

Altera interpretatio, quæ apud reliquos inter-
153 pretes obuia eſt, non de externo habitu, ſed de
interno propriæ conſcientię cultu capit hæc ver-
ba hoc modo. *Fortitudo, & decor indumentum*
*eius.* Nimirum huic mulieri, quamuis exterius
veſtes modeſtiores, & viliores adhibebat, in-
terior tamen animi cultus valde ornatus, ac
ſplendidus erat: nam fortitudinem, id eſt, virtu-
tem omnem, ac probitatem, quę præ cęteris ani-
mum decorat indumenti loco ſumpſerat, explens
1. Petr. 2. ſcilicet illam Beati Petri Apoſtoli ſententiam,
qui fœminis ad hunc modum ſuadet. *Quarum*
*non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri,*
*aut indumenti veſtimentorũ cultus, ſed qui abſcondi-*
*tus eſt cordis homo in corruptibilitate quieti & mo-*
*deſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples.* Et

A quidem illud exploratum eſt, mulieres, quæ in
forma corporis excolenda curæ plurimum po-
nunt, animi cultum negligere ſolitas. Chryſo-
ſtom. in Geneſ. hom. 41. *Multa*, inquit, *& mu-* Chryſoſt.
*lierum mollities, & omne ſtudium in cultu veſtium,*
*inauratis & collaribus, & externo ornatu: animæ*
*verò nulla eſt cura.* Quemadmodum è contra quę
externum ornatum contemnunt, interni, ac ſpi-
ritualis pulchritudinis ſtudioſæ plerumque ſunt
Lege Clementem Alexandrinum Pæd. lib. 3. cap.
2. ab illis verbis. *Non externi hominis aſpectus, ſed*
*animus probitatis ornamento eſt ornandus.* Vbi opti- Clem. Al.
B mam mulieris corpore quidèm excultæ, ſed ani-
mo incultæ, & deornatæ ſimilitudinem commi-
niſcitur, illam cum felibus, cocodrilis, ac ſer-
pentibus componens, quos maximâ templorum,
atque opum ambitione Ægyptij colebant. Hæc po-
ſterior expoſitio mihi non diſplicet: prior tamen
omnino perplacet. Sed audiendus tandem eſt idem
Clemens virtutis ornatum deſcribens in cap. 1.
eiuſdem libri. *Sit ergo in veſtrarum manuum car-*
*pis ſanctus ornatus, quem facilè impertitur commu-* Idem. Ibid
*nicatio, & familiæ adminiſtrandæ opera: Qui enim*
*dat pauperi, fœneratur Deo. In pedibus autem ap-*
*pareat impigra alacritas ad benefaciendum, & in-*
*greſſus ad iuſtitiam: torques autem & catenæ ſint*
*pudor, & modeſtia, talia Deus fundit monilia,*
C *non alius fuerit mulieri aurium ornatus deſcendens*
*ad meatus, qui ſunt ſecundùm naturam. Quàm ve-*
*ra Catecheſis, hoc eſt quæ per auditum ſuſcipitur in-*
*ſtitutio. Oculi autem verbo inuncti, & aures ad ſen-*
*ſum perforatæ diuinarum rerum auditorem, & ſan-*
*ctarum rerum contemplatorem efficiunt.* Et cap. 11.
ſic addit. *Pudicum eis ornatum oſtendemus. Pulchri-*
*tudo enim optima primum eſt pulchritudo animæ,*
*quando fuerit anima ornata Spiritu ſancto, & his,*
*quæ ab eo oriuntur, inſpirata lætitiis, iuſtitia, pru-*
*dentia, fortitudine, temperantia, bonorum amore,*
*& pudore, quo nullus color nitidior vmquam viſus*
*eſt.* Et Chryſoſtomus in oratione de Paralytico,
de interna mulieris pulchritudine ſic ſcribit. *For-* 1. Chryſ.
D *ma & cultus corporis mulierem amabilem non fa-*
*cit, ſed virtus, & pulchritudo animi: vbi quidem*
*neque lineamenta, nec fuci, non aurum, & veſtis*
*pretioſa, ſed continentia, & æquabilitas animi, &*
*timor, qui Deo nitatur.* Huius verò pulchritudi-
nis præſtantiam, ex collatione cum forma cor-
poris aucupatur: addit ergo ſic. *Et quidem corpo-*
*ris illam pulchritudinem & morbus inareſcere fecit,*
*& longinquitas temporis deleuit, & ſenectus extin-*
*xit, morſque ſuperueniens prorſus ſuſtulit: animi*
*verò pulchritudinem non morbus, non ſenectus, non*
*mors, non aliud quidpiam labefactare, aut affligere*
*poteſt, verùm floret illa perpetuò: & corporis quidem*
*forma ſpectatores ſuos ſæpè ad incontinentiam prouo-*
*cat: animi verò eximia illa facies, & forma, Deum* Idem.
*ipſum in ſui amorem prouocat.* Et in homilia in Pſal.
E 44. Spiritalis huius pulchritudinis præſtantiam ex
eo ſuadet, quia corporeæ venuſtatis decor ſuaptè
natura oboritur. *Fœda enim* (inquit) *facies ſi eſt,*
*licet innumera pigmenta adhibeat, quæ parandæ*
*formæ, ac venuſtati ſtudet, operam ſuam luſerit, quæ*
*pulchra eſt, ſemper talis eſt, etiam ſi ſtudium non*
*accommodet conciliandæ pulchritudinis, quæ autem*
*deformis, nullo ſe ſtudio poteſt reddere formoſam:*
ac ſtatim aſſuit *Vidiſti nunc quæ ſit pulchritudo cor-*
*poris, eam ipſam introrſus reuocemus ad animam; ci-*
*tetur ad dominum ancilla.* (Pende ſententiam, pul-
critudo enim corporis animi pulchritudinis ancilla
dicitur: pudeat igitur ancillam ornatius ex coli,
quàm dominam.) Subdit autem hunc ſpiri-

tualem formæ nitorem, & denuò ab anima deformi comparari, & comparatum in immenſum augeri poſſe. Denique abſoluit, aliud vtriuſque pulchritudinis diſcrimen aſſignans, quod nimirùm ornatus cultúſque magno conſtat pecuniarum impendio: at animi pretioſior & venuſtior ornatus ſolâ voluntate paratur.

154

## *De Virgine Deipara.*

De animi robore, ac fortitudine Deiparæ multa diximus ſuprà cap. 10. verſ. 10. ad illa verba. *Mea eſt fortitudo, &c.* Poſſumus tamen hæc verba iuxta ſenſum literæ ipſi tribuere. Conſtat enim illam veſtium non incuriâ, ſed modeſtâ, & decenti curâ, ac *Ambroſ.* reliquo corporis habitu, honeſtatem, & probitatem exteriùs ſemper prodidiſſe: ſic enim ſcribit Ambr. l. 2. de Virg. *Ipſa corporis ſpecies, ſimulacrũ erat mentis figura probitatis: bona quippe domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci*, &c. Si verò internam *Pſa. 44.* animi Virginei pulchritudinem penitius inſpicias, verè, *Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Hæc ſanè teſtatiſſima ſunt. Pergo ad ſequentia.

155 *Ianſen.* *Et ridebit in die nouiſſimo.* Non vna huius hemiſtychij interpretatio. 1. Ian. ad hunc modum exponit. In die nouiſſimo, hoc eſt, deinceps, in poſtero tempore, decurſu annorum, cum aliæ fœminæ profuſâ dote, & exhauſtis facultatibus mœrere, ac flere conſueuerunt, ipſa quidem ridebit, atque ouabit: quia iam tunc rerum omnium abundantiam experietur. Secundò ſunt qui per *nouiſſimum diem* extremum anni totius tempus accipiendum putant, id eſt, brumam, in hanc enim annus deſinit. Senſum verò ſic conformant. *Et ridebit in die nouiſſimo:* id eſt, vbi familiam ſuam ſeipſam atque maritum veſtibus à ſe confectis induerit, irridebit extremæ brumæ frigora, & iniurias. Tertiò alij per *diem nouiſſimum*, non anni, ſed ipſius hebdomadæ extremam diem concipientes, ſic ſenſum inſtituunt. *In die nouiſſimo*, hoc eſt in ſabbato *ridebit:* id eſt, otiabitur, atque feriabitur. Quaſi dicat, hæc mulier induſtria, & cumulandarum facultatum ſtudio labori ſemper intenta, non propterea ſabbatũ, & Deo conſecratos dies violabat, ſed in his otiabatur, & ferias agebat. 4. per *nouiſſimum diem*, ſenectam intelligere licet, & ſenſus erit. *Et ridebit in nouiſſimo die*, id eſt, cùm ad ſenectam, & canos peruenerit, ætatemque illam attigerit, quæ ad laborandum inepta, atque imbellis eſt, licebit illi otiari, gaudere, & partis iam bonis perfrui. Hanc interpretationem cæteris præferendam exiſtimo. Nihilominus ſubiicio quintam, quę per *nouiſſimum diem* mortem captat, hoc ſenſu. Cùm pręmiſerit illam ex fortitudine, hoc eſt, ex virtute, & probitate, & modeſtia veſtem ſibi perelegantem contexuiſſe, addit illam, non quidem, vt alij, in atra mœroris, atque triſtitię, ſed in verſicolori virtutum omnium veſte mortem excepiſſe. Vel aliter. *Ridebit in die nouiſſimo.* Hęc ſcilicet fortis mulier, quæ opes tantas induſtriâ ſuâ parauit, meritis etiam virtutum locuples, mortem læta expectabit, imò venienti obuiam facta illam ingenti gaudio complectetur.

## *De Virgine Deipara.*

156 Hæc ſi ad Virginem transferas ſatis accommodatè in ipſam cadunt, hæc enim verè in nouiſſimo die mortis, non in atris, mœroris, atque triſtitiæ, ſed in verſicoloribus virtutum omnium veſtibus gaudens, atque ouans, morti occurrit. Hæc verè A in morte ſua riſit, quam non morbi aliqua vis, ſed amoris ſuauiſſima affectio extinxit. Audi Damaſcenum in oratione prima de Virginis dormitione. *Damaſc.* *O miraculum ſanè natura præſtantius! O res ſummæ admirationis plena! Mors, quæ odio, & execrationi prius erat, hîc commendatur, ac beata cenſetur: quæ olim luctum, & mœrorem, lacrymáſque, & triſtitiam afferebat, nunc gaudij, ac lætæ celebritatis cauſa eſt.* Et breui interſtitio. *Quocirca non te mors beata reddidit, ſed ipſa mortem exornaſti, vt quæ eius mæſtitiam ſuſtuleris, ac mortem gaudium eſſe plenum feceris.* Et in oratione 2. de eadem dormitione ſic ſetit. B *Vt enim antequam vllo partus dolore afficeretur, peperit, ita etiam ipſius è vita diſceſſus doloribus caruit:* Cum Damaſceno concinit Diu. Ildephonſus infra. *Quæ dolori non ſubiacuit poſt partum, nec labori poſt tranſitum.* *Ildephonſ.* At quænam, inquies, vtriuſque partus ſcilicet, ac mortis concinnitas? Sanè iuſtorum obitus natiuitas appellari conſueuit. Ergo ait Damaſcenus, quemadmodum cùm ipſa Deum peperit, nullus dolor interceſſit, ita etiam cùm ipſa cœlo, atque beatitudini editur, dolor omnis abfuit, vt natiuitas cum natiuitate congrueret. Vel aliter. Ideò hęc partum, mortemque copulauit, quia protoplaſtorum culpa hęc inuexit in mun- C dum partus dolores, iuxta illud. *In dolore paries filios tuos*, atque mortem, eiuſque iniurias, iuxta illud, *In quacumque die comederis morte morieris.* Quapropter operæ pretium erat, vt quæ culpam illorum eluere, & purgare venerat, culpam ipſam & culpæ ęrumnas minimè experiretur, atque adeo deceuit, vt pariens doloris expers, & moriens à doloribus immunis eſſet, vt quodammodo nec mori quidem diceretur, quę à mortis iniuriis, atque moleſtiis aliena erat. *Geneſ. 3.* *Ac proinde* (inquit Damaſc.) *ſacram tuam migrationem, mortem haudquaquam appellabimus, ſed ſomnium, aut peregrinationem, vel, vt aptiori verbo vtar, cum Deo præſentiam. Et ridebit in die nouiſſimo.* Non Sardonico riſu, & D ficto, ſed verè, atque ſeriò riſit, & triumphauit 157 Virgo ſacra mortem expectans: ita enim decebat vt quæ ſeruos ſuos morientes riſu & gaudio perfundere ſolet, ipſa tunc rideret, vel potius irrideret mortem. Diu. Ildephonſ. ſerm. 3. de Aſſumpt. *Ildephon.* præmittit compellatam. *Veni electa mea*, &c. & ſubdit. *Ad quam ipſam vocem credimus, quod gaudens & ridens ſoluta eſt illa beata anima, & perrexit ad Dominum.* Soluta eſt, inquit, quia nimirum adſtricta & deuincta erat, cui longè optabilius erat diſſolui, & eſſe cum Chriſto, quàm Paulo, atque adeò è corpore, velut è carcere, euolans, riſit, & ouauit.

E

## XXVI. *Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.*

OS *ſuum, &c.* Heb. *Os ſuum aperuit in ſapientia, & lex miſericordiæ ſuper lingua eius.* 158 Chald. *Et lex gratiæ in lingua eius.* Sept. *Os ſuum aperuit attentè & legitimè, & ordinem poſuit linguæ ſuæ.* Theodot. *Et lex gratiæ erat in lingua ipſius.* Aquila & Symmachus concinunt cum noſtra.

Fœminæ quidem plurimum loqui, ineptias effundere, & linguâ ſuâ ſæuire ſolent: nam cum imbelles ſint ad agendum, quidquid factis deeſt, verbis compenſare ſtudent, & cùm parum ſapiant, ineptias, & nugas meras dicunt: Ac demum cùm infirmę ſint viribus ac lacertis careant, in aduerſarios ſuos linguâ ſæuiunt. Aptè igitur Salomon

fœminæ iſtius laudes recenſens reliquis hanc inſerit commendationem. A *Os ſuum aperuit ſapientiæ.* Nimirum os aliàs ſemper clauſum, quoties ad loquendum reſerabat, cum ſapientia atque prudentia coniuncta dicebat. Quibus verbis aduerſus duo illa muliebris loquacis vitia duas producit virtutes, ſcilicet loquendi parcitatem, & verborum delectũ, ſeu prudentiam. Hinc D. Hier. in epiſt. ad Celantiam, de inſtit. matris familias, inter alia ſic ſuadet. (*Hierony.*) *Sermo in omnibus moderatus, & parcus, & qui neceſſitatem loquendi magis indicet, quàm voluntatem.* Hæc de ſilentio: Reliqua ad prudentiam dictionis ſpectant. *Diu autem conſidera quid loquendum ſit, ne quid dixiſſe pœniteat, verba tua ponderet cogitatio,* B *& linguæ officium animi libra diſpenſet. Vnde Scriptura dicit: Aurum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne fortè labaris in lingua.*

159 At quorſum, inquies, inter ea, quę ad ſolicitudinem & induſtriam huius mulieris ſpectant, hæc de ſilentio, & de prudenti loquela immiſcet Sal. Ratio quidem in promptu eſt, quia nihil mulierum loquacitati mederi magis conſueuit, quam ſolicitudo & labor aſſiduus: nam quæ aliquid actitant, vel tacent, vel opportunè loquuntur. Hinc Tertull. ad vxorem. (*Tertull.*) *Stude, inquit, modeſtiæ, quæ pudori procurat, & ſedulitati quæ nugas non facit, coniuncta, atque commercia Deo digna ſectare, memor illius verſiculi ſanctificati per Apoſtolum.* C

*Corrumpunt bonos mores congreſſus praui.*

Quod perinde eſt ac ſi dicat, cum ſedulitate labori & adminiſtrationi domus incumbe, hæc enim nugis & ineptiis, quibus lingua fœminarum ſcatere ſolet, locum non facit.

160 Et ſanè loquacitati fœminarum affinem eſſe ſtultitiam, & inſipientiam Euripid. prodidit his verſibus ad verbum redditis. (*Euripid.*)

*Paruas enim occaſiones ſi nactæ fuerint ſermonũ,*
*Plures ſuper ingerunt: voluptas quædam eſt*
*Mulieribus, nihil ſani ſibi inuicem obloqui.*

(*Theocrit.*) Cæterum acutè admodum Theoc. Idyll. 15. de muliebri garrulitate, vbi illas cum turturibus componit.

*Deſinite, ô miſeræ garritibus omnia vanis,* D
*Vt turturibus mos eſt, implere loquacibus,* &c.

Et quidem comparatio iſthæc ad earum ſtultitiam inſinuandam pertinet. Apud veteres enim prouerbij loco circumferri ſolebat hoc dictum. (*Cle. Alex.*) *Turture loquacior,* cuius meminit Clemẽs Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & de ſtulta garrulitate tantummodò enuntiari poſſe calculo ſuo teſtatur. Ferunt enim turtures cùm muſſant, aut gemunt, per os ſimul & per poſticum præpoſterè ſonos edere: hinc nata eſt paræmia in eos, qui præpoſterè, importunè, & fatuè loquuntur, quaſi non tàm ex ore, quàm aliunde verba ſua reddere videantur. Ad hæc mulierum fatuas & clamoſas orationes venuſtè deſcripſit Satyricus Poëta, qui poſt alia ſic E cecinit.

(*Iuuen.*)
*Verborum tanta cadit vis.*
*Tot pariter pelues, tot tintinnabula dicas*
*Pulſari, iam nemo tubas, atque ora fatiget,*
*Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.*

Nota veterũm ſuperſtitio, qui Lunam deficientem confuſè ac permixtim tubis, clangoribus, perſtrepentibus cymbalis, aliiſque rebus inconcinnè ſonantibus proſequebãtur. Ergo Poëta, vt confuſas, fatuas, & inconcinnas vnius mulieris voces ſignificaret, addit vnam tantummodò mulierem clamoribus ſuis Lunæ laboranti ſuccurrere poſſe. Eapropter Salomon huius fortis mulieris tùm ſilentium, cùm etiam ſapienter dicta, cùm loquendi opportunitas eſt, laudibus vehit. *Aperuit,* inquit, non turturis in morem, poſtica & præpoſtera, ſed *os ſuum,* non inconcinnis, & abſonis abſurdiſque dictis, ſed *ſapientiæ.* Attexit.

*Et lex clementiæ in lingua eius,* nimirum verba 161
illius non aſpera, non acerba, & dura, ſed lenia, ſed mitia, ſed dulcia, atque ſuauia. Magna ſanè hæc mulieris virtus, tùm erga familiam, tùm erga virum. Ad virum ſpectat illud Eccleſiaſtici 26. (*Eccleſ. 26.*) *Si eſt lingua curationis, eſt & mitigationis, & miſericordiæ: non eſt vir illius ſecundum filios hominum.* Lingua enim eiuſmodi omnes mariti labores, mœrores, doloreſque delinit. Quemadmodum è contra clamoſa & iracunda mulier virum onerat, & animum illius curis, angoribus, & moleſtiis complet. Ad familiam, & alios proximos, pertinent verba Hieron. (*Hieron.*) qui matri familias clementiam, & miſericordiam ſuadens poſt illa verba ſuprà adſcripta, ſic attexit. *Nunquam malum verbum de ore tuo procedat, quæ ad cumulum benignitatis iuberis etiam maledicentibus benedicere: miſericordes, inquit, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed è contrario benedicentes. Mentiri autem atque iurare lingua tua prorſus ignoret, tantúſque in te ſit veri amor, vt quidquid dixeris iuratum putes,* hęc ille. Sed pende quàm aptè, & appoſitè dixerit, *Et lex clementiæ,* &c. Innuens ſcilicet clementiam illius non fore mollem & lentam, ſed legibus adſtrictam, vtpotè quæ ſic erga familiam ſuam beneuola, & ſuauis ſit, vt nonnumquam, cùm res ita poſtulat, depoſitis blandimentis ſeuerius agat, & locum correptioni faciat. Chaldæus habet, *Et lex gratiæ,* quod poteſt referri ad lepôrem & verba condita, & ad blandiloquia, & ſuaues gratóſque ſermones.

Septuaginta verò ſic habent. *Os ſuum aperuit* 162
*attentè & legitimè, & ordinem poſuit linguæ ſuæ.* Senſus non multùm abit à ſuperiori, ſed linguæ moderationem apprimè oſtendit. *Os,* inquit, *aperuit attentè,* quaſi dicat, non verba excidunt, non erumpunt, ſed os ſuum ipſa reſerat attentius, ne quod verbum non meditatum, & cognitum effluat. Nec *attentè* ſolùm *aperuit,* ſed etiam *legitimè* nimirum opportunitatem captans & ad rem dicens. Hęc eſt enim lex dicentis, opportunè ad rem ſemper loqui. *Et ordinem poſuit linguæ ſuæ:* (ſic habet textus Vaticanus:) ordinem verò linguæ præſcribere nihil aliud eſt, quàm ex ordine dicere & nõ præpoſterè Codices Regius & Complut. legunt. *Et eleemoſyna eius in lingua eius.* ac ſi dicat, lingua ipſa benefacit, & verba illius grata, & ſuauia ingentium donorum loco habentur. Vel aliter. Mulier hæc non ſolùm largitione ſuâ ſuccurrit egenis, quemadmodum ſupradixerat. *Manum ſuam aperuit inopi,* ſed etiam lingua ſua ſtipem partitur, conſilia atque ſolatia triſtibus, & ignaris doctrinam impendens. Aut denique, *eleemoſyna eius in lingua eius,* id eſt, pauperes nequaquam expectare facit, ſed eleemoſynam illis dicto citiùs erogat, vel cùm non ſuppetit facultas ad ſtipem donandam, eam linguâ ſuâ impertitur, grata atque mitia verba reddens: ita aliquis acutè, ſed non ſolidè. Pręferenda eſt prior expoſitio.

## *De Virgine Deipara.*

Maria Virgo vbique ſapienter aperuit os ſuum, nihil temerè, nihil improuidè, nihil vnquam

imprudenter dixit: pauca illius verba in Euangelio A
Ambroſ. referuntur, eaque ſapientiſſima & prudentiſſima. D. Ambr. in l.2. de Virginibus, de Virginis ſermonibus hæc habet. *Corde humilis, verbis grauis animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior.* Et infrà. *Non inceſſus ſolutior, non vox petulantior.* Alias expoſitiones Virgini aptare procliue eſt.

---

### XXVII. *Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit.*

COnſiderauit, &c. Heb. ad verbum *Speculans* B
163 *vias domus ſuæ & panem pigritiæ non comedit.* Chal. *Manifeſtæ ſunt viæ domus eius.* Septuaginta paulò aliter. *Anguſtæ ſunt viæ domus eius, cibos autem otioſa non comedit.* Sic habet Complutenſ. & Regius Codex. At correctior Sixti textus. *Conſtrictæ manſiones domorum eius: cibos autem pigros non manducauit.* Symm. *Conſiderat itinera domus ſuæ.* ſicut noſtra: in Originibus eſt, צוֹפִיָּה *Tſuphiia*, à radice צפה *Tſaphah*, quæ ſignificat *ſpeculari* & *proſpicere*, aliquando etiam *operire* &
Exod. 36. *claudere.* Exod. 36. v. 34. *Et teges eam auro mundo*, atque alibi. Hinc lectionum diuerſitas. Noſter enim ad conſiderandi ſignificationem referens conuertit. *Conſiderauit ſemitas*, &c. Septuaginta C ad ſignificationem includendi, & operiendi reuocantes tranſtulerunt. *Conſtricta ſunt viæ domus eius*, &c. De qua lectione aliquid poſtea dicemus.

Ergo ait. *Conſiderauit ſemitas domus ſuæ*, &c.
Rodolph. Caiet. Ianſen. Rodolphus, Caietan. & Ianſenius ad mores referunt hoc ſenſu. Mulier hæc fortis domus ſuæ, hoc eſt domeſticorum mores non negligit: ſed ſingulorum actiones ſpeculatur, ne quis otio, aut incuriæ ſeſe dedat: Ac ne ſolicitudo hæc fruſtrà ſit, ipſa quidem exemplo ſuo præit, & niſi præmiſſo multo labore, numquàm cibos ſumit: hæc enim præcipua cura eſt matris familias, ea quæ ad domeſticorum mores pertinent ſolicito ſtudio obſeruare. Non D diſplicet hæc interpretatio. Cæterùm in aliam mens mea me impellit ſententiam.

Exiſtimo enim de cuſtodia & tutela domus ſer-
164 monem fieri, hæc enim matronæ optimæ maxima & præcipua cura eſt. Itaque ait. *Conſiderauit ſemitas*, ſeu, *vias domus ſuæ.* hoc eſt, aditus, exituſque domus ſuę attentius obſeruat, ne quid ipsâ neſciente in domum intret, vel exeat: tantáque illius ſolicitudo & animi angor in hac re, vt etiam cùm cibos ſumit, quieta non ſit: hoc ſibi vult illud. *Panem otioſa non comedit.* i. comedens ſolicitudinem iſtam non deponit. Hæc autem expoſitio propterea mihi præferenda videtur, quia cum tranſlatione Septuag. omnino concinit, quæ ſic habet. *Anguſtæ ſunt*, ſeu, *conſtrictæ ſunt manſiones, aut viæ domus eius*, i. arctius concluſæ & obſe- E ratæ, ac ſi diceret. *Aymucha eſt rechura en tu caſa, y todo paſſa por contadero. Et cibos pigros non manducauit*, eo ſenſu, quem iam præmiſi. Et quidem domus tutelam ad vxorem ſpectare docuit Ariſt.
Ariſt. Oeconom. lib. 1. capite 3. ſic enim ait. *Diuina prouidentia vtriuſque naturæ, viri ſcilicet, ac mulieris, ordinata eſt ad ſocietatem. Alterum enim robuſtum fecit, alterum imbecillius: hoc quidem ob timorem, cautius, illud verò propter fortitudinem, pugnacius: alterum parat foris, alterum parta domi conſeruat.* Mens autem Ariſtotelis eſt, propterea naturam fœminis timorem indidiſſe, quia cùm ad illas ſpectet cuſtodia domus, timor quidem reddit cautas.

A Quam ſententiam ex Ariſtot. petitam luculentius expreſſit Xenophon his verbis. *Quoniam vero vtráque hæc & extra, & intra domum diligentiam poſtu-* Xenoph.
*lant, mihi videtur Deum naturam mulieris ad curam intus ſuſcipiendam in lucem protuliſſe molliore corpore, vt intra parietes officium obiret. Item ob infantium curam maiore erga liberos charitate, tùm ad cuſtodiam domus metu vehementiore, qui rebus aſſeruandis vtilis foret, præditas eſſe voluit.* Ergo hanc ſollicitam otij, atque quietis neſciam curam ex metu naturali profectam deſcribit Salomon cùm ait, fœminam iſtam ſedule ſpeculari aditus & exitus domus ſuæ, & ne tùm quidem quieſcere, & cu- B ram exuere, cum cibos ſumit (luculentius dixerim) ne tunc quidem eo metu vacat, qui rebus aſſeruandis vtilis eſſe ſolet. Clemens Alexand. lib. 3. pędag. cap. 11. inter maximas matronæ virtutes Cle. Alex.
hanc diligentiam ponit. Ait enim, *Pædagogus dat eis annulum aureum, nec eum quidem ad ornatum, ſed vt ea obſignēt, quæ domi digna ſunt vt cuſtodiantur, propterea quod ſeruandæ domus cura ad illas pertineat.* Et perbreui interſtitio verborum. *Itaque honeſtum quidem eſt, vt viri vxoribus ſuis fidem habentes eis domus cuſtodiam permittant, vt quæ eis ad id datæ ſunt opitulatrices.* Ac rurſus infrà. *Res eſt pulcherrima, mulier domus cuſtos, quæ, & ſe, & maritum propriis ornamentis induit.* Hûc etiam C ſpectat Naumachij poëtę Chriſtiani venuſtū car- Naumach
men, apud Stobęum, quod ex Gręcis fideliter expreſſum ſic habet.

*Externa negotia, quæ conficere poteſt ipſi relinquas, (Viro ſcilicet)*
*Tibi verò cura rei familiaris ſit, & cuſtodia domus.*

Sed elegantiſſimè D. Chryſoſtomus in 1. ad Co- Chryſoſt.
rinth. hom. 34. *Deus* (inquit) *viro vniuerſa non commiſit, nec mulieri: ſed pulchrè officia digeſsit: huic domum illi forum tradens: huic nutrire (agricolatur enim) huic amicire, (tela enim & colus mulieris eſt:) ipſe enim dedit mulieri texēdi artem, & induſtriam, ſed pereat auaritia, quæ non ſinit hoc apparere diſcri-* D *men. Nam multorum ignauia & mollities etiam viros ad telas deduxit & radios eius in manus tradidit, liciumque, & ſtamen.*

Sed redeamus ad lectionem Septuaginta, cui alia
etiam ſubeſſe poteſt interpretatio ad hunc mo- 165
dum. *Conſtricta ſunt manſiones domus eius*, ſcilicet penus, promptuaria, cellaria & vtenſilia omnia clauſa, atque tutius obſerata habet. Sed tamen hanc tutelam non ex aliqua ſordida parcitate & auaritia adhibet, ſubdit enim. *Cibos autem pigros non manducauit.* i. diu ſeruatos & cohibitos, quaſi dicat, mulier hæc ſeruat, clauditque res: ſed tamen nō ſordidè reſeruat, ac cohibet, ſed liberaliter diſpenſat: numquā enim cibos pigros, i. diu retentos habet, (Quemadmodū n. aquæ pigræ dicuntur ſtagnantes, ſic etiā cibi *pigri* appellātur cibi diu retēti, E &in penu aſſeruati) ſed illicò diſtribuit, ac cōſumit.

Ad extremum ſubiiciendus eſt Auguſtinus qui
hæc verba ad Eccleſiam ſic inuertit, & locum ali- 166
ter conuertit. *Seueræ conuerſationes domus eius: ci-* Aug.
*bos autem pigros non comedit: ſeueræ, inquam, fortes, diſtrictæ: non eſt vbi diffluatur, non amat diſſolutionem, & meritò tantùm acquiſiuit, quia cibos pigros non comedit.* Hæc verò Auguſt. lectio aliam offert expoſitionem ad hunc modum. *Seueræ conuerſationes domus eius.* i. in domo eius non laxior, ſed ſeuerior, atque diſtrictior diſciplina ſeruatur, omnes in officio continentur, & ipſi ad nutum obſequuntur. Sed tamen facilè omnes, & ſeuerioris diſciplinę regulas ſubeunt, ipſa duce, *quæ cibos*

*pigros numquam comedit.* i. numquàm otioſa veſcitur, ſed laborem ſemper antè menſam præmittit.

## *De Virgine Deipara.*

167 *Bernard.* Cùm ex Patribus nihil occurrat, id tantum dico, præfatas expoſitiones pro re nata Virgini accommodari poſſe, præſertim duas extremas, quarum altera ad liberalitatem illius ſpectat, altera ad diſciplinam & leges quas ſui ſtudioſis imponit, non laxas, ſed ſeueras & diſtrictas: de quibus audiendus eſt Bernardus in meditatione deuotiſſima ſuper Salue. *O certè vita amabilis, vita deſiderabilis, vita delectabilis, ô vita quæ nutris tuos cœleſtibus alimentis, qui enim vult te habere ſe affligat, delitias reſpuat, delicata quæque contemnat, & qui amplius mortificatus fuerit, te amplius poſſidebit.* Verè quidem ſeueræ, atque rigidæ conuerſationes domus eius, quæ tàm ſeueros, atque graues mores poſtulant.

---

### XXVIII. *Surrexerunt filij, & beatiſsimam prædicauerunt: vir eius & laudauit eam.*

168 *Aug.* SVrrexerunt filij, &c. Hebr. *& beatificauerunt eam.* Chal. *& Certitudinem illi dederunt.* Septuaginta longè aliter, nam iterum reponunt illa verba. *Os ſuum aperuit ſapientiæ,* &c. & cum his ad hunc modum connectunt. *Os ſuum aperuit ſapienter & congruenter legibus : eleemosyna autem eius ſuſcitauit filios eius, & ditati ſunt, & vir eius laudauit eam.* Sic habet codex Vaticanus: eius verò Scholiaſtes ſic lectionem recenſet, vt exiſtimet tùm hanc, tùm ſuperiorem tranſlationem eſſe duas eiuſdem loci lectiones. Quapropter poſteriorem hanc omiſerunt Codices Complutenſis, & Regius qui abſolutè ad hunc modum conuertunt. *Surrexerunt filij eius, & diuites facti ſunt.* cum his cohæret D. Auguſt. loco citato. Effecit hoc ambiguitas vocis ויאשרוה *Ieaſroah,* quæ poteſt ſumi actiuè & paſſiuè, ſcilicet, *beatificauerunt,* ſeu, *beatificati ſunt.* Symmachus & Theodot. concinunt cum noſtra.

*Ianſen.* Senſus facilis & apud interpretes obuius ſic habet. Filij huius glorioſæ matronæ tantis eius rebus geſtis excitati ad eam laudandam vbique proſiliunt, & vir eius commendationes illius non ſolùm opportunè commemorat, ſed ( ſi licet dicere ) importunè ingerit. Obſeruat autem Ianſenius domeſticis & propriis, ſcilicet filiis ac marito, potius quàm aliis externis laudes huius mulieris tribui à Salomone. 1. quia domi ſe continens aliis eius laudes nequaquam perſpectæ erant: itaque obiter laudatur illius modeſtia, & pudicitia. Deinde quia cùm matronæ optimæ laudes in domeſticæ rei adminiſtratione, filiorum educatione, & his ſimilibus, quæ intra penates actitari ſolent, præcipuè ſpectetur, hæc ſanè à ſolis domeſticis perſpici & certò ſciri poterant. Itaque interim oſtendit illam metas, ac terminos officiorum ſuorum non exceſſiſſe: hæc eſt vulgò trita interpretatio.

169 *Rodolph.* Rodolphus autem aliam offert, quæ mihi ſanè perplacet ad hunc modum, *Surrexerunt,* 1. *Creuerunt, ſeu adoleuerunt filij eius, & beatiſsimam prædicauerunt,* non tàm voce, quàm ſtudiis, atque moribus ſuis, quos à matre hauſerant, & expreſſerant. Nam, vt ſuprà diximus cap. 10. verſ. 1. filij matrizare ſolent, hoc eſt, matrum mores, & ingenium, ſtudiis atque moribus ſuis referre, hinc eſt, vt filij probi, & ſtudioſi, matribus maximam gloriam & decorem afferant: quia teſtantur illas ſimili probitate, ac ſtudio præditas: Deinde quia filiorum educatio & inſtitutio potiſſimùm ad matres ſpectat, atque adeò cùm hi adoleuerunt, & propter indolem ſuam & bonos mores educationis bonæ teſtes, cunctis ſpectabiles & grati ſunt, parentes ſuas celebrant: hoc eſt, laudari ab omnibus, ac deprædicari faciunt. *Vir eius & laudauit eam.* Vir etiam non tantùm voce, ſed etiam moribus ſuis, mulierem hanc dilaudare, & commendare dicitur, quia viri facilitas, lenitas, & ſuauitas morum ad vxorem magna ex parte ſpectat, & ab illius moribus pendet. Vtique mulieris bonæ beatus vir, ſed eius beatitas ad mulierem redit: beati enim viri beata prorſus & fœlix vxor eſt. Itaque probitas vxoris in virum redundat, & à viro in ipſam cumulatiùs recurrit. hæc de Vulgata lectione.

170 *Baſil. Chryſoſt. Auguſt.* Prior tranſlatio Septuag. quæ in correctiori Sixti codice habetur, ſenſum alium reddit. Ordiri autem libet ab illis verbis. *Eleemosyna autem eius ſuſcitauit filios eius, & ditati ſunt, & vir eius laudauit eam* ( nam priora iam inde expendimus verſ. 26.) Itaque ait mulierem hanc fortem eleemoſynis, atque magnificis largitionibus, quas hactenus commendauit, non depauperaſſe, aut dehoneſtaſſe filios ſuos: ſed ex aduerſo eos honeſtaſſe plurimum, atque facultates eorum amplificaſſe. Occurrit autem eorum opinioni qui auaritiæ, ac ſordibus obſequentes propterea eleemoſynis parcunt, ne filios ſuos pauperes relinquant: in quam opinionem multis inuehitur D. Baſilius hom. in diteſcentes auaros, & Chryſoſtom. paſſim, ſed tùm maximè in hom. de eleemosyna ad Popul. Quod ſi cum Auguſtino atque aliis legamus. *Surrexerunt filij, & ditati ſunt,* ſenſus erit, tantas opes induſtriâ ſua cumulauit, vt filiis ſurgentibus. 1. à domo patria excedentibus, & in proprias poſt nuptias migrantibus, diues patrimonium impenderit. Et hæc eſt potiſſima cauſa, propter quam maritus vbique illam laudibus proſequitur, eſt enim ante alias publica, quæ publicè celebrari poteſt: reliqua enim priuata ſunt & domeſtica. Auguſt. verò hanc lectionem Eccleſię per accommodationem tribuēs ſic ſcribit. *Surrexerunt filij,* &c. *Nos eam laudabimus, ſed non de noſtro, ipſe vir eius laudauit eam. Quando ſurrexerunt filij eius, & ditati ſunt, tunc attendit eam, inſpexit eam, & laudauit eam. Laudauit, inquam, eam in reſurrectione, videns eam cum tanta multitudine filiorum diuitum in reſurrectione mortuorum.* Sed de accommodatitiis lege plura apud Salonium, Bedam, Hugonem & alios ſuprà adſcriptos.

## *De Virgine Deipara.*

171 *Baſil. Seleuciæ.* *Surrexerunt filij, & beatiſsimam prædicauerūt,* &c. Vterque ſenſus præmiſſus in Virginem accommodatè cadit. Nihil ſanè antiquius filiis, atque ſponſo Mariæ, quàm vt ipſius laudes vbique decantent: dicamus aliquid de laudatoribus Mariæ. Duos quidem Deiparę commendatores numerat hîc Salomon: filios quidem atque virum eius: per *filios* intellige ipſius ſtudioſos amatores, quos ipſa materno ſtudio complectitur: per *virum* eius ſponſum Spiritum ſanctum. Et quidem laudes Marię non ab aliis, quam ab his filiis & ſponſo vſurpari par erat. Ad filios ſpectat illud, quod D. Baſilius Seleuciæ Epiſcopus ſcribit in oratione de

Annunciatione. *Non eſt*, inquit, *quorumlibet pro-* A
*meritas laudes Virgini perſoluere, ſed eorum, qui di-*
*uinæ gratiæ lumine inſigniter illuſtrati ſunt, & ip-*
*ſam tenerrimè amant.* & ſuprà. *Opus hoc eorum eſſe*
*iudico, qui ſublimium rerum contemplatione pluri-*
*mùm valent, corpuſque, & animam probè repurga-*
*tam habent.* Nimirùm tamquàm filij parentem ſuã:
nam filiorum in matrem tenerrimus amor eſt. De
Spiritu ſancto illius ſponſo ſic Diu. Ildephon. de
*Ildephon.* Virginitate Mariæ cap. 3. *Spiritus ſanctus de illa*
*per Prophetas prædixit, per oracula intimauit, pre*
*figuras intonuit, per præcedentia promiſit, per ſub-*
*ſequentia compleuit.* Et infrà in tract. de Virginita- B
te & partu eiuſdem Mariæ affirmat. *Pro illius ex-*
*cellentia depugnare opus eſſe Spiritus ſancti & virtu-*
*Bonauent.* *tis Altiſſimi, quia eam obumbrauit*, ſcilicet tam-
quam ſponſam ſuam. Et D. Bonauentura in Pſalmo
tertio ſic ſcribit. *Iucundus homo qui non ſatiatur*
*in laude tua, exortum eſt in corde illius lumen Dei,*
172 *Spiritus ſanctus illuminat intelligentiam eius.* Sed
cur tanti laudatores ad Virginem commendandam
accerſuntur? Cauſa in promptu eſt, quia laudum
ipſius campus immenſus, & ſeges nulla vnquam
*Damaſce.* linguarum facundia demetenda. Vnde D. Da-
maſcenus in oratione 2. de Natiuitate. *Virgo*, in-
quit, *omnium encomiorum legem excedit, Nec ſi* C
*omnes in toto orbe diſperſæ linguæ in vnum coeant,*
*eius laudes oratione conſequi poſſent.* Libet hîc at-
*PetrusCo-* texere Petri Comeſtoris carmen vulgò celebra-
*meſtor.* tum.

*Si fieri poſſet, quod arenæ, puluis, & vndæ,*
*Vndarum guttæ, roſa, gemmæ, lilia, flammæ,*
*Æthera, cœlicolæ, nix, grando, ſexus vterque*
*Ventorum pennæ, volucrũ, & pecudũ genus omne*
*Syluarum rami, frondes, auium quoque pennæ.*
*Gramina, ros, ſtellæ, piſces, angues, & ariſtæ,*
*Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,*
*Linguæ cuncta forent minimè depromere poſſent,*
*Quæ ſit, vel quanta Virgo Regina Maria.* D
*Quæ tua ſit pietas, nec littera, nec dabit ætas.*

Ergo cùm tam immenſus ſit laudis Marianæ
æquor, propterea filij eius amatores ad laudes
ipſius inuitantur, non quia aliquis eorum, vel
omnes pariter in eius præconia conſpirantes ali-
*Baſil. Se-* quid dignitati illius æquale afferre poſſint, (optimè
*leuciæ.* enim præfatus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus. *De*
*Virgine, qui omnia illuſtria, & glorioſa dixerit,*
*nunquam is à veritatis ſcopo aberrarit: attamen di-*
*gnitatis magnitudinem nullâ vnquam oratione exæ-*
*quabit.*) Sed quia cùm impar laus affertur affectus
& voluntas expenditur, & quidquid deeſt lauda-
tionis ipſa animi contentio compenſat, de qua re
multis agit Bernardus in ſermone de Beata Maria. E
Rurſus filij amatores Virginis ad eius laudes cele-
brandas appellantur, quia nemo in Mariæ laudibus
dignè verſari poteſt, niſi illi Virgo ipſa dicenti præ-
ſto ſit: hoc verò auxilium libentius amatoribus
ſuis impendit. *Quomodo* (inquit Baſilius præfatus)
*Clementiæ fontem prædicabo? quomodo Virgineum*
*illud pelagus cantabo? niſi Deipara ipſa & mater*
*mea me veluti imperitum natatorẽ veterem hominẽ,*
*qui ſecundùm errorum deſideria corrumpitur exuere*
*docueris, mentiſque meæ os, miſericordiæ plene ad*
*partus tui profunditatem deduxeris, quo miſericor-*
*diæ tuæ, ſeu olei cuiuſdam lumine colluſtratus, veri-*
*tatis margaritam inuenire queam. Fer opem, quæſo*
*vt illam te adiuuante comprehendam, effice, obſecro,*
*Bernard.* *vt abs te doctus commodè de te dicere valeam.* Sed
quia omne præconium humanæ linguæ, imò etiam
Angelicæ, tantis laudibus longiſſimo interuallo

A impar eſt. (*Quænam mens*, inquit Bernardus in ſer-
mone 4. de Aſſumptione) *etiamſi Angelica ſit, di-*
*gnis extollat laudibus Virginem matrem*, vbi ean-
dem Virginem *indicibilem* eſſe affirmat:) operæ
pretium fuit vt laudes illius ſponſus, hoc eſt, Spi-
ritus ſanctus ſuſciperet celebrandas, vt nuper
dixi. 173

Secunda etiam expoſitio Virgini aptari poteſt.
*Surrexerunt filij, & beatiſſimam prædicauerunt,*
non tàm voce, quàm moribus. Nihil magis Virgi-
nem commendat, quàm filius illius vnigenitus *Baſil. Se-*
Chriſtus Dominus, cuius omnis laus in Virginẽ re- *leuciæ.*
B dundat. Sic Baſilius vbi ſup. *Per quæ namque Chri-*
*ſtum laudamus, per eadem matrem eius prædicamus:*
*nam filij laus tota in parentem redit.* Nam, vt aliàs
non ſemel dixi, Chriſtus matris ſuæ moribus per-
quàm ſimilis extitit, vt verus ac naturalis filius eius
exiſtimaretur: filij ergo mores matris ſuæ mores
prodebant pariter, atque commendabant. Sed præ-
ter Chriſtum ſubeſt quoque innumera alia filiorum
turba ex adoptione, quæ Virginem beatiſſimam
moribus ſuis prædicant, quorum ſignifer Ioannes
Euangeliſta: quem Chriſtus ipſe parentis ſuæ filiũ
nuncupauit, & ipſe ſtudiis ſuis non parum Virgi-
nem beauit. Quid referam Bernardos, Damaſcenos,
C Anſelmos, atque innumeros alios Virginis dile-
ctiſſimos filios? &c.

---

### XXIX. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.*

MVltæ filiæ, &c. Heb. ad verbum. *Multæ filiæ*
*fecerunt virtutem, & tu aſcendiſti ſuper vni-*
*uerſas ipſas.* Occurrit autem pro virtute vox חיל 174
*Chail*, quę ſignificat *exercitum*, *robur*, aliquando
D etiam pro *diuitiis* accipitur, præſertim cùm adiun-
gitur verbo *facio*. nu. 14. v. 18. *Iſraël facit ſubſtan-* *Num. 14.*
*tiam*, i. diuitias. Hieron. *Iſraël faciet fortiter*, ſed *Deut. 8.*
Thargũ tranſtulit, *Iſraël proſperabitur in diuitiis.*
Deuter. 8. *Dat tibi robur ad faciendam ſubſtan-*
*tiam.* i. diuitias, & alibi. Et quidem vox *Chail*, vt
quidam volunt, fluit à radice חול *Chul*, id eſt, *pepe-*
*rit*, vel *enixus eſt*. Itaque partas opes ſignificat, ni-
mirum labore quæſitas, & lucratas: ſic etiam Lati-
ni, *bona parta* dicunt, ſcilicet ex proprio labore
tamquam ex partu, & nixu quodam, ex quo liquet,
quàm appoſitè vſus ſit Salomon eâ voce in hoc lo-
co ad ſignificanda bona, quæ mulier hæc fortis in-
duſtriâ ſuâ parauit. Septuaginta. *Multæ filiæ ac-*
*quiſierunt diuitias, multæ fecerunt virtutem, tu au-*
E *tem eminus ſupergreſſa es vniuerſas.* Itaque Septua-
ginta vtramque ſignificationem ſuâ tranſlatione
complexi ſunt. Ita enim ſolemne eſt ſacris illis in-
terpretibus, vt ſæpiùs cũ vox aliqua anceps occur-
rit, vtramque ſignificationem exprimãt, quod aliàs
non ſemel obſeruaui. In quibuſdam etiam codici-
bus ſic legere licet. *Multæ fecerunt potentiam, mul-*
*tæ fecerunt virtutem.* Sententia verò ſimilis eſt. D.
Aug. extrema verba ſic conuertit. *Multæ filiæ fe-*
*cerunt potentiam, tu autem ſuperaſti & ſuperpoſuiſti*
*omnes.*

Interpretes verba iſta ſic capiunt, vt ſonant,
quaſi dicat; Multæ quidem induſtriæ, atque ſolicitæ
fœminæ labori incumbentes opes ſibi pepererunt,
ſed tamẽ tu cunctas coactis opibus facilè ſuperaſti:
eundem ſenſum reddit illa lectio. *Multæ fecerunt*
*virtutem*, id eſt, magnâ virtute contenderunt di-
uitias ſibi parare; nec non illa. *Fecerunt potentiam,*

quod reſpondet vulgari modo loquendi *Hizieron lode potentia. Tu vero aſcendiſti ſuper vniuerſas*, id eſt, quemadmodum omnes induſtriâ facile ſuperaſti, ſic etiam lucris & quæſtu viciſti. Poſſunt etiam illa verba, *Multæ filiæ congregauerunt diuitias*, ſic intelligi, multæ ſcilicet mulieres laborioſæ lucra ſua in cumulum vnum contulerunt, tu verò eorum omnium coactas opes ſuperaſti.

De ſenſu accommodationis latè Aug. eò loci, Beda, Hugo, Salonius, & alij in hæc verba.

## De Virgine Deipara.

175 *Bonauent. Bernardin. Bernardus Gerſon.* Locum iſtum præter Eccleſiam Virgini dedunt Bonauentura in ſpeculo, D. Bernardinus in ſermone de Annunciatione. Ioannes Gerſon, & alij non pauci, quorum verba infra opportunè ſubijciam. Et quidem hic locus Virgini etiam adaptandus eſt, vt ſonat. Quia verò illa vniuerſalis propoſitio, *Tu ſupergreſſa es vniuerſas*, poteſt accipi collectiuè, & diſtributiuè, & ſenſus euadit duplex. Prior eſt ad hunc modum. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias*, id eſt, multæ animæ iuſtæ ſtudio incredibili ſibi merita compararunt: tu verò viciſti vniuerſas, id eſt, omnibus ſigillatim enumeratis nulla eſt quæ ad meritorum tuorum cumulum longo interuallo peruenerit: id verò certò certiùs eſt, adeò vt ſine iniuria fidei refelli non poſſit: vt docet Pater Franciſcus Suarez in 3. p. D. Thom. tom. 2. diſp. 18. ſect. 4. *Suarez. Vaſquez.* Imò potiùs ex conſenſu præfati Patris: nec non Patris Gabrielis Vaſquez, qui ſuam ſententiam contra Caietanum Diuo Thomæ adſcribunt, in prima ſanctificatione maiorem gratiam Virgo adepta eſt quàm ſupremus Angelus, & digniſſimus beatorum omnium. Sed Vaſques non admodum fidit teſtimoniis Patrum, quibus Suarez hanc ſententiam ſtabilire contendit, aque adeo ad rationem ſeſe recepit, quam ſic conformat: Decens, inquit, fuit vt quæ tunc in reginam Angelorum omnium & hominum ſanctificabatur, ea iam tunc gratiâ ornaretur, quæ omnes vel homines, vel Angelos ſuperaret. Imo potius ex Mariæ regno & imperio ampliorem gratiam in Virgine fuiſſe, quam omnes ſimul homines & Angeli obtinuerint, infra conficiam, quod de prima illius ſanctificatione affirmare non auſim.

176 *Damaſce.* Ergo vt alia Patrum teſtimonia miſſa faciam, quæ huic ſententiæ nihil roboris præſtant, Damaſceni verba ſubnectam, qui de Virginis natiuitate verba faciens, eam in ipſa natiuitate iam tunc Angelorum atque hominum celſitudinem ſuperare dicit. *Vos*, inquit, *piè ac ſanctè in humana natura verſantem Angelis ſuperiorē, ac nunc Angelis ipſis dominantem filiam extuliſtis.* Pende aduerbium illud *nunc*, quod ſanè ſignificat eam præſtantiam ab ipſa natiuitate auſpicari: & perbreui interſtitio ſic attexit. *Hodie mundi ſalus inchoauit, exultate montes, hoc eſt ratione prædita naturæ, quæque ad ſpiritualis contemplationis faſtigium aſſurgitis, ſiquidem clariſſimus Dei mons paritur, mons, inquam, ille, qui collem omnem, ac montem, id eſt, Angelorum, atque hominum ſublimitatem exuperat. Exuperat*, inquit de præſenti, non autem *exuperabit*, de futuro, innuens ſcilicet eam in ipſa natiuitate Angelos, atque homines gratiæ affluentia antecellere, à natiuitate verò ad eius conceptionem & primam ſanctificationem regredi, & hanc excellentiam ab eo tempore deriuare non eſt abſurdū: imò conſonum valdè rationi fuit, vt Virgo ſanctiſſima ab ipſo ſuæ ſanctitatis exordio eâ gratiâ donaretur, quæ reliquos ſanctos longo interuallo vinceret. Decuit enim vt ab eo inſtanti, quo concepta fuit, & in rerum natura ſubſtitit, nulla Deo gratior creatura exiſteret, quam Maria: Nam cùm ipſam ex tunc ad matris dignitatem aſſumere iam Deus decerneret, quæ omnes alios hominum & Angelorum dignitates, & excellentias immenſo interuallo ſuperat, ſanè vt iſta Dei electio conſentanea rationi foret, oportebat, vt iam tunc gratior omnibus exiſteret, cui iam tunc præ cæteris nobilius donum comparabatur. Neque verò exiſtimo Virginem ſanctiſſimam ab ipſo ſuæ conceptionis inſtanti in matrem Dei efficaciter electam: Nam cùm conſtans ſit Theologorum & Patrum ſententia, illam matris dignitatem meritis ſuis aliquâ ratione, ſaltem de congruo, obtinuiſſe, fieri non potuit, vt in eo ſuæ conceptionis articulo efficaciter eligeretur, quin merita illius abſolutam Dei voluntatem præirent, quia omnis efficax Dei electio ad eam rem, quam pro meritis donare decreuit meritorum præuiſionem inſequitur.

Obiicies tamen ſic, ſi Mariæ efficacem electionem in matrem vſque ad præuiſionē meritorum moremur, nulla ſatis robuſta ratio probat illam in prima ſanctificatione tantam gratiæ vim adeptam fuiſſe. 177 Nam cùm hæc ideò à nobis aſſeratur, vt digna Dei mater exiſteret, eamque dignitatem ſuccedentibus meritis comparare potuerit, ſine fundamento aliquo eam ab ipſo conceptionis inſtanti auſpicamur. Reſpondeo Virginem illo primùm actu non quidem omnino promeruiſſe maternitatem Dei, ſed promereri cœpiſſe, atque meritum hoc reliquis poſtea actibus actum tandem extremâ illâ actione conſummaſſe, qua Angelo nuntianti reſpondit. *Ecce ancilla Domini, fiat*, &c. Vt docet Auguſt. ſer. 1. de Annunciat. *Aug.* Damaſc. libro 3. de Fide cap. 2. Rupertus lib. 1. de Operibus Trinitatis, cap. 9. & ex his alij. Oportebat autem vt ab illo actu, quo merita illius ad maternitatem obtinendā acceptari, & Maria à reliquis diſcerni cœpit, tanta eſſet ipſius dignitas, vt meritò diſcerni videretur, & ipſa matris dignitas ita poſtulabat, vt primum meritum, quod ad ipſam obtinendam Deus acceptabat ingens eſſet.

Sed quia de aſſenſu, & obedientia Mariæ, quam verbis illis inſinuauit ſermo incedit, addo illam 178 non ſolùm maternitatis merita eo actu conſummaſſe, ſed etiam ipſius incarnationis accelerationem, & copioſiorem cum ipſâ dignitate gratiæ influxum meritis ſuis impetraſſe. Addo etiam ipſammet generis humani ſalutem ex quadam decentia, & cōgruitate promeruiſſe. Hæc fuit Auguſtini mens loco citato, vbi illius meritum tantopere extulit, vt ex illa ſalutem generis humani quodammodo pendere voluerit. Præterea D. *Bernardi. Sen.* Bernardinum Senenſem, qui ſermone de Annunciatione dicit Virginem nobiliſſimo illo obedientiæ actu plus meriti apud Deum obtinuiſſe, quàm reliquas ſimul creaturas omnibus ſuis actibus, quod ſanè an verum ſit infra explicabimus. Illud mihi ſuadet huius obedientiæ magnitudo, ſcilicet Virginem per illam id fuiſſe adeptam, vt nihil gratiæ, doni, vel auxilij cœlitus ad nos deriuetur, in quo Mariæ voluntas non intercedat: ita enim decebat, vt Deus, qui voluntati illius Chriſti incarnationem, quod operum Dei præſtantiſſimum eſt, quodammodo ſubiecit, reliqua etiam minora opera deinceps

voluntati illius condonaret, quæ ex incarnatio- A
*Iren.* ne pendent, & cum ipſa connexionem habent,
Ea fuit mens Diui Irenæi. lib. 3. aduerſus hære-
ſes. c. 33. *Sicut Eua*, inquit, *inobediens facta & ſi-
bi, & vniuerſo generi humano cauſa facta eſt mortis,
ſic & Maria habens prædeſtinatum virum, tamen
virgo obediens ſibi & vniuerſo generi humano cau-
ſa facta eſt ſalutis* Et alibi idem Irenæus *Quid eſt*,
inquit, *quod ſine Mariæ conſenſu non perficitur my-*
179 *ſterium incarnationis? Quia nempe vult illam Deus
omnium bonorũm eſſe principium.*

Sed licet verum non eſſet Virginem ab ipſo
ſuæ conceptionis inſtanti ad eum ſanctitatis cu-
mulum perueniſſe, vt ſingulos Angelos, atquẽ
homines ſuperaret, tamen certò certiùs eſt eam B
deinde præſtantiam ſuccedentibus meritis obti-
*D. Epiph.* nuiſſe. Diuus Epiphanius in oratione de laudibus
Virginis, *Solo Deo excepto cunctis ſuperior exiſtis.*
D. Gregorius lib. 1. Reg. cap. 2. *Mons fuit beatiſ-*
*Greg.* *ſima Virgo, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem
electionis ſuæ ſublimitate tranſcendit.* Cum his con-
cinunt verba Damaſceni, quæ ſupra dedi. Baſi-
lius Seleuciæ Epiſcopus in homilia de Annun-
*Baſil. Se-* ciatione. *Quæ dona*, inquit, *offeremus ipſâ non di-*
*leuciæ.* *gna, quippe quæ tanta ſit, vt vniuerſa, quæ mundi am-
bitu continentur, cum illius dignitate comparari non
valeant. Si enim Apoſtolus de alijs Sanctis verè aſſe-
rit, quibus dignus non erat mundus, quid de Deipa-
ra Virgine cogitare nos par eſt, quæ vniuerſos Mar-* C
*tyres tantùm excedit, quantùm ſol reliqua aſtra?* Ac-
cedit Idiota, qui ſic ait, *Sanctorum omnium priui-*
*Idiota.* *legia Virgo omnia habes in te congeſta: nemo æqua-
lis eſt tibi, nemo maior te, niſi Deus.* Item D. Iaco-
*D. Iacob.* bus in ſua Lithurgia. *Dignum*, inquit, *eſt, vt te
verè beatam dicamus, honorabiliorem, quàm Cheru-
bim, &glorioſiorem quàm Seraphim.* His quàm ſi-
millima verba habent. S. Ephrem in oratione de
laudibus Virginis, Chryſoſtom. in homilia de
*S. Ephren.* Natiuitate, apud Metaphraſtem, P. Damian. in
*S. Chryſo.* ſermone de Natiuitate, ab illis verbis. *Quid gran-*
*Pet. Dam.* *dius Virgine*, vbi inter alia ſic ſerit. *Attende Se-
raphim, & in illius ſuperioris naturæ ſuperuola di-
gnitatem, & videbis quidquid maius eſt, minus
Virgine, ſolumque opificem opus iſtud ſupergredi.* D

Quod ſi roges quantus fuerit exceſſus iſte, quo
Virgo præ cæteris ſanctis fulſit. D. Baſilius Se-
leuciæ Epiſcopus tantumdem reliquis ſanctis
*Baſilius.* præſtare dixit, quantùm ſol aſtris reliquis. *Quæ*
*Seleuciæ.* *vniuerſos*, inquit, *Martyres tantùm excedit, quan-
tùm ſol reliqua aſtra.* Eadem ſimilitudine vſus eſt
P. Damian. vbi ſupra, cuius verba poſtea da-
bo, & Rupertus lib. 8. de operibus Spiritus ſan-
*Petr. dam.* cti, neſcio an alij. Secundò Pſeudo Hieronymus
*Rup.* in ſermone de Aſſumptione Virginis, exceſſum
*Pſeudo* illum, quo Virgo cæteris præit, cum eo compa-
*Hier.* rat quo Deus Virginem ipſam antecellit. *Sicut
in comparatione*, inquit, *Dei, nemo bonus, ita & in
comparatione matris Domini, nullus perfectus inueni-* E
*tur, quamuis virtutibus eximiis comprobetur.* At,
inquies, inter bonitatem Dei, atque alterius cu-
iuſlibet ſancti infinitum verſari exceſſum? Fa-
teor quidem, ſed audi Damaſcenum oratione
prima de dormitione Virginis. *De matris ac ſeruo-*
*Damaſ.* *rum Dei infinitum eſt diſcrimen.* Sed tamen hæc
per quandam hyperbolem pronuntiant iſti Pa-
tres.
181 Illud ſanè in ancipiti eſt, an exceſſus iſte non
ſolùm talis ſit, vt Virgo ſingulorum merita cum
ſingulis collata excedat, ſed etiam omnium ho-
minum atque Angelorum vnum in cumulum
conjecta merita ſuperet, & gratiam vincat. Ita

A vt verba illa, *Multæ filiæ congregauerunt diuitias,
tu ſupergreſſa es vniuerſas*, in poſteriori ſenſu il-
li adſcribi poſſint: nimirum etiam ſi omnes ani-
mæ iuſtæ, & omnes ſpiritus Deo grati ſuorum
meritorum lucra in vnum conferant, tu Virgo *D. Bonau.*
ſanctiſſima omnes facilè ſuperas. Et quidem non
longè ab hoc ſenſu abit D. Bonauentura in ſpe-
culo, nam licet capite 8. iuxta priorem ſenſum
ſic ſcripſerit. *Et quia Domini opulentiſſimus opu-
lentiſſimè eſt tecum, ideò tu es opulentiſſima, ſiue
ditiſſima ſecum, vt ita verè dici tibi poſſit illud Pro-
uerb. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſuper-
greſſa es vniuerſas. Filia Agnes, filia Lucia, filia
Cæcilia, filia Agatha, filia Catharina, & multæ
B aliæ filiæ, & multæ aliæ Virgines ſanctæ, & multæ
animæ iuſtæ congregauerunt diuitias virtutum, &
gratiarum, diuitias meritorum, & præmiorum: ſed
Maria vniuerſis diuitiis ſupergreſſa eſt excellentiſſi-
mè vniuerſas.* Nimirum vniuerſis diuitiis aucta,
& ditata, vniuerſas ſuperauit: quæ verba de di-
uerſis ſpiritualium diuitiarum ſpeciebus accipi
debent. Tamen cap. 10. vbi iterum incidit in
hæc verba abſolutiſſima quædam verba promit,
quæ ad ſecundum ſenſum referri poſſe videntur.
*Supergreſſa*, inquit, *eſt Maria cunctas filias, ſuper-
greſſa eſt in natura, ſupergreſſa eſt in gratia, ſuper-
greſſa eſt in gloria, vniuerſas filias, id eſt, vniuerſas
animas & vniuerſas intelligentias Angelicas*, nimi-
C rum has & illas per cumulum acceptas. Sed lu-
culentius loquitur cap. 2. *O quàm longè*, inquit,
*ab iſto væ multitudinis tormentorum fuit in Maria
multitudo præmiorum, & meritorum, cui contra
multa damnatorum mala in inferno iam Deus præ-
parauerat multa bona in cælo, ita vt nullus Ange-
lus, nullus ſanctorum ei æquari poſſit, in multitudine
& congregatione bonorum cæleſtium, iuxta, illud,
Multæ filiæ, &c. Si filias iſtas intelligamus ſanctas
animas, vel intelligentias Angelicas, numquid non
ſupergreſſa eſt diuitias Virginum, Confeſſorum, Mar-
tyrum, Apoſtolorum, Prophetarum, Patriarcharum,
Angelorum? cùm ipſa ſit primitiua Virginum, ſpe-
culum Confeſſorum, roſa Martyrum, regiſtrum Apo-
ſtolorum, oraculum Prophetarum, filia Patriarcha-
D rum, Regina Angelorum? Quid enim de diuitiis om-
nium horum illi defuit? Hieronymus enim ait, Ma-
riam ſi diligentius aſpicias, nihil ſplendoris eſt, nihil
ſpecioſitatis, nihil candoris & gloriæ quod in ea non
reſplendeat.* Pende illud, *Quid de diuitiis horum
omnium illi defuit*, ac confer cum his, quæ ipſe
ſtatim attexit capite ſequenti, vbi Mariam cum
mari contulit, in quam omnes omnium gratiæ,
ceu flumina quædam magna, collectis vndique
ſingulorum riuis fluenta ſua exonerant. Quæ ver-
ba paulo poſt ſubiiciam, & expendam.

Nec verò exiſtimo in his ſententiam illam
expreſsè tradi, ſed tantùm inſinuari contendo,
Sed expreſſa hæc Salomonis verba de prædicto *D. Bern.*
E exceſſu Angelorum omnium accipit D. Bernar- *Sen.*
dinus, tom. 2. ſer. 51. art. 3. cap. 1. vbi ſic habet.
*Virgo beata in Conceptionis filij Dei conſenſu plus
meruit, quàm omnes creaturæ, tam Angeli, quàm
homines in cunctis actibus, motibus, & cogitationi-
bus ſuis: nempe omnes qui meruerunt, nihil aliud po-
tuerunt mereri, niſi ſecundùm varios ſtatus, & gra-
dus, gloriam ſempiternam: hæc autem Virgo in illo
admirando conſenſu meruit totalem fomitis extin-
ctionem, dominium, & primatum totius orbis, ple-
nitudinem omnium gratiarum, &c.*

Præter D. Bernardinum hanc ſententiam de
præfato exceſſu Marianæ gratiæ, ante noſtram *Sorius.*
ætatem vnus quod ſciam Balthaſar Sorius Domi-

nicanus in Mariali ſerm. 2. de Conceptione ex- A preſsè tradit his verbis, *Maior enim plenitudo gratiæ affluxit à Chriſto, ſiue per fidei intenſionem, antequàm incarnaretur, ſiue per effectiuam cauſalitatem poſtquam incarnatus eſt, in Matrem propriam, quàm in totam reſiduam Eccleſ.* ac deinde explicans quid nomine Eccleſiæ capiendum ſit ita ſubdit: *Eccleſia autem ſiue in Angelis, ſiue in primis parentibus, ſiue in Abel ſecundum diuerſitatem temporũ, & acceptionis illius conſideretur.* *Suarez.* Ex Theologis verò Scholaſticis hoc tempore hanc quæſtionem primus fœliciſſimè diſceptauit Pater Franciſcus Suarez, & in- B credibili pietate affirmatiuam ſententiam am- *Bernard.* plexus eſt 3. p. tom. 2. diſp. 18. ſect. 4. Eius veſtigia preſſit P. Barradas tom. 1. lib. 6. cap. 10. Diſſentire autem videtur Vaſquez 3. p. tom. 2. diſp. 119. capite vltimo. Exiſtimat enim nihil in hac re vel certò conſtitui, vel coniecturâ probabili inueſtigari poſſe: ea enim erat ſapientiſſimi viri ſeueritas vt nihil vnquam traderet, quod firmo, ſtabilique fundamento non incumberet.

183 Sed tamen licet ad eam quæſtionem, in qua tàm celebres viri tanta cum laude verſati ſunt, nihil ſatis dignum à me afferri poſſe credam, tamen pro meo in ſanctiſſimam Matrem ſtudio eam rurſus diſcutere aggrediar: & vt denique conſtare poſſit, verum roboris aliquid habeat hæc opinio, quæ tantam gratiæ, ac meritorum vim Mariæ tra- C dit, quanta in omnibus ſimul ſanctis exiſtit, certa ab incertis, & firma quædam ab infirmis ſecernam.

Primò igitur illud mihi exploratum eſt ex Patribus, ſi vnum excipias D. Bernardinum Senenſem (cuius verba poſtea ſubſcribam) nullum hanc ſententiam ita expreſsè, & clarè docuiſſe, vt non poſſit in aliam detorqueri. Sed immeritò dixit Vaſquez, ne in mentem quidem hanc quæſtionem ſanctis Patribus veniſſe: Nam exiſtimo illos quæ- *Vaſquez.* dam alia de Virgine pronuntiaſſe, ex quibus hæc ſentẽtia probabili conſequutione infertur, & quædam item alia, quę vix, aut nulla ratione conſtare poſſunt niſi huic doctrinæ innitantur, & incũbant. D Quapropter nouum videri non debet id, quod licet in Patribus non ſit omnino expreſſum, latet tamen in eorum ſcriptis, adeò vt vel leuiter attritâ huius veritatis ſcintillæ quàmplurimæ promicent.

184 *Suarez.* Secundò P. Suarez vt immenſum quemdam meritorum cumulum in Virgine aucupetur, mirabilem quandam ſupputationem init, per quam probat primò Deiparam ſecundùm omnes gradus intenſionis habitus charitatis, & gratiæ ſemper operatam fuiſſe, adeò vt præexiſtentis iam habitus totam vim ſequenti actu exhauriret, quod à ſimili ex Angelis viatoribus confirmat, tùm etiam quia nihil in Virgine erat, quod vim iſtam habitus hebetaret, non fomes, non ſuggeſtio, &c. Ergo Virgo in ſua prima ſanctificatione maiorem E gratiam, & charitatem adepta fuit, quàm ſupremus Angelus, aut fœliciſſimus beatorum, vt nuper diximus. In priori actu charitatis ſecundùm totam intenſionem præcedentis habitus operata, ipſum gratiæ habitum conduplicauit: (putat enim Suarez tot gradus intẽſionis gratiæ accedere, quot actus ipſe habuit) Rurſus per ſecundum actum triplicauit, ac per tertium quadruplicauit, qui eam planè ſupputationem conficit, quam rationarij Arithmetici in tabula aleatoria ſubductis tritici granis conſtruunt, cui tantopere tribuit hic ſapientiſſimus vir, vt putet extremo charitatis actu, quo Virgo Maria vitam denique abſoluit, gratiæ, ac meriti maiorem cumulum obtinuiſſe, quàm reliquo totius anteactæ vitæ decurſu. Cæterùm huic ſupputationi ego nõ admodum fidendũ eſſe puto nã actus charitatis intenſio, aut remiſſio, non ex præexiſtenti habitu, ſed ex auxilio gratiæ menſurari debet. Nam quamtumlicet intenſus ſit habitus, ſi auxilium gratiæ, vel ſancta cogitatio ſit remiſſior, actus etiam erit remiſſior. & è contra, licet habitus præexiſtens ſit valdè remiſſus, ſi auxilium ſit intenſius, actus quoque intenſior euadet. Non eſt autem caput aliquod ex quo ſatis robuſtè colligamus Virgini ſemper auxilia intenſioni habitus æqualia fuiſſe donata, ita vt totam vim habitus ſemper exerens actus promereret habitui præexiſtenti omnino pares: Imo potius nullus eſt actus habitui æqualis eo modo, quia vel æqualis actus dicitur is, quem habitus poteſt producere: Eiuſmodi autem nullus eſt determinatus, quia nulla intenſio talis actus aſſignari poteſt, quâ maior vel minor creſcente, aut decreſcente auxilio ab habitu magis aut minus intenſo produci non poſſit. Vel is dicitur actus æqualis, qui intenſionem habet habitui parem, talis autem æqualitas fruſtra in actionibus Virginis quæritur, cum non commenſuretur cum efficacia eiuſdem habitus, vt dictum eſt. Ratio enim nuper facta hoc poſtulare videtur, vt habitus cunctam efficaciam ſuam expromeret, aliter nihil præſtat. Deinde cùm actus charitatis habitum gratiæ non phyſicè, ſed meritoriè efficiat, non eſt credendum intenſionem intẽſioni reſpondere: ita vt ex actu tres gradus intenſionis habente par intenſio habitui charitatis accedat, (hoc enim etiam in phyſicis probare non eſſet facile:) nam meritum non ſemel ex intenſione actuum, ſed etiã ex duratione, ex difficultate, & ex quibuſdam aliis circunſtantiis aucupari debet, quapropter præfatæ ſupputationis vim ſatis aſſequi non poſſum.

Sed licet inde non ſatis efficaciter ingens Mariæ meritum, & gratia colligi poſſit, poteſt ta- 185 men ex aliis capitibus robuſtius & ſolidius deprehendi. Primò ex magna gratiæ affluentia, quæ ipſi in prima ſanctificatione refuſa eſt, de qua nuper diximus. Secundò ex continuo & non interrupto merito, quod plurimi haud temere illi tribuunt. Tertiò ex perpetuo etiam, & nunquàm intercepto charitatis excercitio, quod nos etiam ſupra v. 21. eidem dedimus. Quartò ex ſacramentorum vſu. Quintò ex actione illa heroica & ſatis difficili, quem illi Dei atque hominum amor expreſſit, & quam paſſim iterabat, filium ſuum pro ſalute humani generis morti deuouens, cuius actionis meritum iam inde expendimus cap. 8. verſ. 19. Sextò ex aſſenſu, quem Angelo incarnationem nuntianti præbuit, cuius actionis meritum magnopere extollunt Patres, vt nuper vidimus. Septimò ex ſuperueniente Spiritu ſancto, qui filium Dei viſceribus eius incluſit, animæ verò illius immenſam quamdam gratiæ vim infudit, vt Patres paſſim decantant.

Hæc ſunt ſolita fundamenta Marianæ gratiæ aucupandæ, quibus Sancti tantùm tribuendum eſſe cenſuerunt, vt Mariæ gratiam immenſam, 186 & infinitam audacter appellauerint. Diuus Epiphanius in oratione de laudibus Virginis. *Gratia*, *Epiph.* inquit, *ſancta Virginis eſt immenſa.* Diuus Anſelmus in libro de excellentia Virginis, *Immenſitatem*, inquit, *gratiæ tuæ & gloriæ conſiderare cupienti, ô Virgo, ſenſus deficit, lingua non ſatisfacit.* *Anſelm.*

Damaſcenus oratione ſecunda de dormitione A
Virginis. *Virgo*, inquit, *vita theſaurus, gratia*
Bonauent. *abyſſus immenſa*. Cæterum hanc gratiæ immenſi-
tatem luculentiſſimè aſſerit,& comprobat. Diuus
Bonauentura in ſpeculo cap. 5. *Immenſa*, inquit,
*fuit gratia, quæ viro fuit plena: immenſum enim*
*vas non poteſt eſſe plenum, niſi immenſum ſit illud, quo*
*eſt plenum: Mariæ autem vas immenſiſsimum fuit,*
*ex quo illum, qui cœlo maior fuit, continere potuit.* Et
perbreui interuallo ſubiicit. *Tu ergo immenſiſsima*
*Maria capacior es cœlo: quia quem cœli capere non po-*
*terant, &c. Tu capacior es mundo, quia quem totus*
*non capit orbis, &c. Si ergo Maria tam capaciſsima*
*fuit ventre, quanto magis mente; & ſi capacitas tam*
*immenſa fuit, oportuit quidem vt illa gratia, quæ tã-*
*tam implere potuit capacitatem, eſſet immenſa*, hæc B
ille qui tantoperè extollit gratiam Mariç, vt cautè
legendus videatur. Quemadmodum etiam Petrus
Damian. qui in ſermone de Natiuitate Virginis,
de gloria ipſius ſic ſcribit. ( *Gloriæ verò, atque gra-*
Petr. dam. *tiæ* non diſpar ratio eſt) *Gloriæ, quæ eam ex hoc mũ-*
*do tranſeuntem excepit, principium ignorat, nec ſcit*
*finem.* Rurſus Bonauentura in ſpeculo. *Virgo*, in-
quit, *attulit aurum charitatis infinitum.* Et iterum
D. Bonau. gratia n eius infinitam appellat. Cæterum nemo
propterea exiſtimat gratiam Mariæ, aut gloriam
eſſe verè infinitam: Patres enim hyperbolicè lo-
quuntur, & ob magnitudinem eius incredibilem
immenſam, & infinitam appellant.

Vel aliter. Immenſa ab his fortaſſe dicitur rela-
187 tione ad humanum intellectum: quia is eam me- C
tiri, & cogitatione complecti non valet. Addo
etiam aliquo ſenſu immenſam vocari potuiſſe,
quatenus maxima fuit, quæ de lege ordinaria à
Deo conferri poteſt; aliis.n. gratiam Deus adme-
titur: ea. n. menſura ipſis donat, vt gratiæ pluri-
mum donandum ſuperſit, cuius adhuc eorum na-
tura capax eſt: at Virgini tanta affluentia gratiam
impendit, vt naturæ capacitatem expleuerit, &
ſuam etiam quodãmmodò potentiã Deus exhau-
ſerit. Loquor autem de lege, aut potentia ordina-
ria: Lex.n. Dei ordinaria hoc poſtulat, vt gratiæ
menſura cum dignitate exæquetur, ad quam ali-
quis deligitur. Cùm ergo pura creatura ad maio-
rem dignitatem euehi non poſſit à Deo, quàm ad
dignitatem matris Dei, fit quidem gratiam, quæ
ei dignitati exæquatur, maximam eſſe earum, quã D
Deus de lege, & potentia ordinaria producere po-
teſt, & ordinatam etiam creaturæ capacitatem ex-
plere, vt ſupra c. 8. v. 19. latius probaui. Virgini
autem gratiam dignitati parem à Deo collatam
ſentiunt paſſim doctores cum Diuo Thom. 3. p. q.
D. Thom. 7. a. 10. vbi ſic ait. *In Matre Dei fuit gratia tali di-*
*gnitati proportionata* & D. Auguſt. de natura, &
D. Aug. gratia. *Inde nouimus tantam gratiam illi eſſe colla-*
*tam, quia Deum concipere meruit.* Quid inde?

Inde fit quædam ſatis magna de Virginis gratia
enunciari poſſe. Primo in ipſa eſſe plenitudinem
188 gratiæ ſingulari ſenſu, quatenus creaturç capacitas
præfato modo expleta eſt. Sic capiendus eſt D. E
Cyprianus in ſermone de Natiuitate Chriſti. *Ma-*
S. cyprian. *tri*, inquit, *Dei plenitudo gratiæ debetur*, ſic etiam
Hieronym. Hier. vel ſi mauis, Sophronius in ſerm. de Aſſum-
ptione *Cæteris datur gratia per partes, Mariæ vero*
*totæ ſe infudit gratiæ plenitudo.* Quæ verba Patrum
familiari vſu deinceps trita ſunt, hi ſunt, Petrus
S. P. Chryſ. Chryſologus ſermone 145. Laurent. Iuſtinianus in
Laur. Iuſt. ſermone de Aſſumptione, Diuus Bernard. in ſer-
Bernard. mone de Natiuitate, Petrus Damianus in ſermone
P. Damiã. eodem titulo, Diuus Bonauentura in ſpeculo, &
D. Bonau. alij non pauci. Et quidem non de diuerſis gratia-

rum ſpeciebus capienda ſunt, vt quidam volunt.
quaſi dicat gratiarum diuerſa genera per reliquas
partiri, & diſtribui; in Virgine autem omnia coire.
Sed ita, vt ſenſus ſit, gratiam quidem iuſtificantẽ
aliis particulatim diſtribui; quia ex gratia, quam
Deus creaturæ impendere poteſt, & cuius creatu-
ra ipſa capax eſt, quandam partem illis erogat: at
Virgini tota gratiæ plenitudo donata eſt, quæ ni-
mirum creaturæ capacitatem iuxta legem ordina-
riam expleuit, & Dei potentiam prædicto modo
exhauſit. Secundo de Virgine dici poteſt, in ea
fuiſſe omnem gratiam prędicto ſenſu. D. Athan.
in ſerm. de laudibus Virginis, *Ex te*, inquit, *prodiit*
*Deus noſter omnem tibi largiens gratiam.* Et D. Me- D. Athan.
thod. in oratione de Purificatione. *Omnem*, inquit,
*Matri gratiam, & honorem impendit.* Petrus Da- D. Method.
mian. *Quam Deus omnibus gratiæ diuitiis ornauit.* P. Damiã.
Anſelmus de excellentia Virginis cap. 5. *O beatiſ-* S. Anſelm.
*ſima fœminarum, in quam fluxit tam copioſa, & ſu-* D. Bonau.
*pereminens gratia omnium gratiarum.* Et Diuus Bo- Andr. cret.
nauentura in ſpeculo. *Quid mirum ſi omnis gratia*
*in Mariam confluxit?* Andræas Cretenſis. *Omnis*
*ſanctitatis ſanctiſsime Theſaure.* Tertiò hæc de Vir-
gine laus prædicari poteſt. In rebus creatis nihil
Virgine ſanctius, maius, aut dignius vel eſſe, vel in-
ueniri, vel intelligi poſſe: hæc omnia patribus fa-
miliaria ſunt. Chryſoſtomus apud Metaphraſten.
*Quid nam illa ſanctius? non Prophetæ, non Apoſtoli,*
*non Throni, aut Dominationes, non Cherubim, aut Se-*
*raphim, non denique aliud quidpiam inter creatas res* Chryſoſt.
C *viſibiles aut inuiſibiles, maius, aut excellentius inue-*
*niri poteſt.* Diuus Anſelmus de amore Dei erga Ma-
riam, qui gratiæ eiuſdem neceſſariò exæquari de-
bet, ſic ait. *Oſtendit eum amorem erga matrem, quo*
*nullum putamus eſſe poſſe maiorem*, ex quo fit, nec
maiorem aliam gratiam eſſe poſſe. Et rurſus ait.
*decens erat, vt Virgo ea puritate niteret, qua maior ſub*
*Deo nequeat intelligi.* Quartò illud etiam aſſerere
poſſumus Virgini hypoſtaticę vnionis gratiam
tantùm defuiſſe, & ſub illa maximam obtinuiſſe,
quam creatura habere poteſt. Audi Bernardum.
*Iure ergo Maria ſole perhibetur amicta, quia profun-* Bernard.
*diſsimam Dei ſapientiæ, vltra quàm credi poteſt, pe-*
*netrauit abyſſum, vt quantum ſine perſonali vnione*
*creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſsibili videa-*
*tur immerſa.* Loquitur Bernardus de gloria, ſed gra-
D tiam gloriæ exæquandam eſſe nuper admonui.

Quintò ſic habet Sophronius in Sermone de
Aſſumptione.. *Et ſi in ſanctis patribus gratia fuit,* 189
*non tamen eatenus plena. In Mariam. n. totius gra-* Sophronius
*tiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit*: nimirum
tota gratia, quæ in Chriſto eſt ( liceat ſic dicere )
*deriuabilis* in alios iuxta legem ordinariam. Deniq;
hanc Virginis gratiam quodammodò immen-
ſam, & infinitam compellere licet, quatenus men-
ſuras omnium aliarum creaturarum ſuperat, &
earum, quę à Deo de lege ordinaria fieri poſſunt,
maxima eſt. Et quidem eo ſenſu Patrum teſtimo-
nia donanda eſſe docuit vnus Carthuſianus, qui
E verba Anſelmi ſupra adſcripta expendens ſic ait. Cart.
*Sanctitate Virginis maior eſſe non poteſt, non quia*
*Deus abſolutâ ſuâ potentia ampliorem, nedum Virgi-*
*ni, ſed aliis quoque præſtare poſsit, ſed quia nec decet,*
*nec vtique fiet. Sanctitate igitur Mariæ maior ſub filij*
*ſanctitate intelligi, & eſſe nequit, tùm quia neque in*
*præſenti vita eius ſanctitatis magnitudo ad plenum*
*comprehendi valeat: incomprehenſibilis. n. (vt ait*
*Ambroſius) incomprehẽſibiliter operabatur in matre*
*tũ quia poſt aſſumptionẽ hominis à Deo nihil præſtã-*
*tius conferri poteſt homini, quàm vt Dei parens exiſtat*
*atque adeò alicui ampliorem gratiam conferri neque*

*decet, neque continget, & rurſus quia Mariæ gratia quodammodo, iuxta præoſtenſa, infinita eſt.* Quorſum hæc? ſubiicio. Sanè ex dictis non euincitur præfatæ ſententiæ veritas: Inde tamen illi aliqua credibilitas comparatur, quatenus Virgini ex conſenſu Patrum tribuit plenitudinem gratiæ, omnem gratiam, gratiam, inquam, talem, ac tantam, vt nulla maior inueniri, eſſe, aut cogitari poſſit: qua poſt hypoſtaticæ vnionis gratiam nullam maiorē creaturæ conditio capere poteſt: ac demum quæ immenſa quodammodo, atque infinita dici queit. Hæc verò non debile fundamentum noſtræ opinioni præbent; nihil enim tam magnum, tamque excellens de Virginis gratia à nobis enuntiari poterit, quod hæc, quæ à Patribus tàm ſeriò pronuntiata ſunt verba, non capiant: Imò ſuo captu redundant quodammodo, atque locum etiam aliis, atque aliis amplioribus commendationibus faciunt.

190 *Suarez, Barradas.*

Tertiò hanc ſententiam comprobant Suarez, & Barradas, ducto argumento ex dignitate maternitatis, quæ in ſuo genere eſt infinita: quapropter ſi in infinitum gratia illa intenderetur, numquā excederet, inquiunt, terminos, aut debitam proportionem illius dignitatis. Confirmant verò, quia dignitas matris Dei Angelorum ſimul, atque hominum dignitates, etiamſi in vnum conferantur, & ex hominibus vna dignitas emergat, longè ſuperat. Ergò cum conſtet ex dictis gratiam in Deipara dignitati illius exæquatam, profectò huic dignitati reſpondens gratia omnium etiam gratias in vnam gratiam confluentes eodem modo ſuperabit. Cæterùm hæc ratio, quæ ſpecie tenus robuſta videtur, mea quidem ſententia, infirma eſt & inualida. Primò quia dignitas matris Dei dicitur infinita ſecundum quid, eo modo quo infinita eſt viſio Dei, & quædam alia à D. Thoma aſſignata 1. 2. q. 2, Simpliciter autem finita, & terminata eſt, atque adeò gratia illi ex proportione reſpondens fines quoque, ac terminos habet; & ex conſequēti gratia infinita eius proportionis limites ſuperat. Rurſus illa collatio inter dignitatem matris Dei, & reliquas Angelorum, & hominum functiones non accommodata. Verſatur enim inter ſpecies, non autem inter indiuidua. Indiuidua verò ſpeciebus addita nullam addunt perfectionem. Argumento ſit, quod licet Angeli eſſent actu infiniti, collatio eodem modo facta euinceret matris Dei dignitatem, omnes eorum in vnum conflatas dignitates facilè ſuperare; tunc verò in Angelis infinitis eſſet quoque gratia infinita, quæ in Dei parente nulla ratione concedi debet. Alias prætereà rationes minoris momenti conficit Barradas, quibus huic ſententiæ probabilitatem aliquam comparare vult, ſed tamen his libenter ſuperſedeo quia aliquid firmiùs, ac ſolidius veſtigare contendo, quò hanc ſanctiſſimæ Virginis excellentiam conſtabiliam, ita vt accedente aliquali pietate, à quolibet viro docto teneri, ac doceri poſſit.

191 Quartò igitur firmiùs hanc ſententiam confirmo argumentum ducens ab officio mediatricis, quo virgo apud Deum fungitur. Et quidem primo comparationem hanc inire libet cum omnibus hominibus, atque Mariam omnium eorum gratiam in vnum coactam, ſua gratia ſuperare hac facili ratione oſtendo. Deipara Virgo mediatrix eſt totius generis humani. Hanc poſitionem ex communi Patrum conſenſu docui, & expoſui ſupra ca. 8. v. 19. vbi enumerans ſanctorum teſtimonia ſcripſi à à multis *mediatricem* dici, ab aliis *auctricem ſalutis*, à pleriſque *cauſam*, ab aliis item, *auctricem totius meriti*, & ab aliis aliter compellari. Rurſus oſtendi hæc nomina ſic Virgini tribui, vt alteri puræ creaturæ adſcribi non poſſint. Anſelmus de excellentia Virginis cap 9. *Quis igitur*, inquit, *iſta perpendens æſtimare queat, quâ laude digna ſit, quæ tantorum beneficiorum ſola præ cunctis effici debuit mediatrix?* Ad hæc docui nomina illa ex eo Virgini tribui, quia ſalutem noſtram aliqua ratione de congruo pro meritis ſuis impetrauit: nam ſicut filius mortem voluntariè ſuſtinens pro omnibus ſatis fecit; ſic illa filium ſuum, qui verè ſuus erat, eidem morti voluntariè offerens omnium ſalutem impetrauit, quod perbreui oratione dixit Arnoldus Carnotenſis ibi citatus. *Omnino tunc erat vna Chriſti & Mariæ voluntas, vnumque holocauſtum ambo offerebant; hæc in ſanguine cordis, ille in ſanguine carnis; vnde communem in mundi ſalute cum illo effectum obtinuit.* His atque aliis, quæ ibidem latè diximus, conſtitutis, argumenti noſtri vis in eo poſita eſt, Virgo eſt mediatrix inter Deum & homines, atque per ipſam & propter ipſam Deo placent quotquot hactenus Deo placuerunt: ergo ipſa plus omnibus placet: ergo maiorem omnibus gratiam obtinet, hæc enim vna atque ſola placendi Deo cauſa eſt. Plus, inquam, omnibus placet ſimul ſumptis quia functio mediatricis hoc poſtulat: nam quemadmodum in Chriſto Domino ad mediatoris officium hoc pertinet, vt omnes propter ipſum Deo placeant, & ipſe plus quam omnes gratus ſit: niſi enim ea ratione gratiam & meritum omnium ſuperaret, non ſatis conſtaret illum pro omnibus mediatorem fuiſſe. Pari etiam ratione, vt Virgo eo nomine mediatricis gaudeat, & gratiam omnium eo nomine, ac titulo mediatricis promeruiſſe dicatur, omnium pariter gratiam, atque merita vincere debuit, ita vt ipſa plus placeret, quàm reliqui ſimul ſumpti, pro quibus mediatricem agebat. Confirmatur, quia hoc mediatricis munus non refertur per ſe ad ſingulos, ſed ad omnes, *mediator enim pro omnibus eſt, & pro omnibus conſtituitur*, atque adeò gratia illi reſpondens non cum ſingulis, ſed cum omnibus conferri debet.

*D. Anſel. Carn.*

Et quidem ex hoc mediatricis officio excellentiam Marianæ gratiæ colligit Diuus Laurentius Iuſtinianus in ſermone de Annunt. vbi ſic fatur. *Magna profectò fuit Mariæ gratia, exuberans, atque completa, quæ cœlis dedit gloriam, gaudium præſtitit Angelis, ſæculo pacem refudit, fide docuit gentes, vitiiſque finem impoſuit. Quomodo non eſt plena Maria iuxta Gabrielis oraculum plena gratia, quæ effecta eſt paradiſi ſcala, cœli ianua, interuentrix mundi, Dei atque hominum veriſſima mediatrix.* Cum Laurentio concinit Baſilius Seleuciæ Epiſcopus in ſermone de Annunciatione, vbi hoc mediatricis officium plenitudinem gratiæ per ſe poſtulare affirmat. *Aue*, inquit, *gratia plena, quæ propterea inter Deum, & homines mediatrix intercedens efficis, vt interiectus inimici paries tandem aliquando euertatur.* Sed luculentius loquitur Anſelmus de excellentia Virginis capite 9. qui præmiſſam rationem paucis verbis complexus eſt. *Pura* inquit, *ſanctitas, & ſanctiſſima puritas piiſſimi pectoris eius, omnem omnis creaturæ puritatem ſanctitatemque tranſcendens, incomparabili puritate hoc promeruit, vt reparatrix perditi orbis digniſſimè fieret:* Atque infrà *Quæ tantorum beneficiorum ſola præ cunctis effici meruit mediatrix.* Hæc ille, in quibus quædam verba libra indigent, maximè illa. *Omnem omnis creaturæ puritatem, ſanctitatemque tranſcendens.* Nam

192 *D. Lauren. Iuſtinian.*

*Baſil. Seleuciæ.*

*D. Anſel.*

omnem omnis creaturæ ſanctitatem, perinde eſt, A
atque omnem ſingulorum in vnum conflatam, &
coactam. Neque enim licet de variis gratiarum
ſpeciebus interpretari, ita vt omnis gratia, ſit om-
nis gratiæ ſpecies, quæ in creaturis reperitur. Lo-
quitur enim expreſsè de ſanctitate, quæ eſt gratia
gratum faciens. Rurſus addit. *Vt reparatrix perditi
orbis digniſſimè fieret*, atque illud. *Sola præ cunctis
effici meruit mediatrix*, quibus planè oſtendit Vir-
ginem huic muneri æqualia merita & gratiam at-
tuliſſe. Ex dictis autem conſtat illud per ſe maio-
rem gratiam poſtulare, quàm habeant omnes illi B
ſimul ſumpti, pro quibus eo munere fungi de-
bent.

193 Sed tamen hanc rationem ſic vrgere licet, hoc
mediatricis officium in Maria tam excellens fuit,
vt omnia & ſingula bona per ipſam hominibus à
Deo eueniant, nihilque gratiæ Deus homini ali-
cui vnquàm impenderit, quod per Mariam non
ſit obtentum, quod latiſſimè probaui ſupra cap. 8.
verſ. 18. Rurſus ſolemne admodum eſt ſanctis Pa-
tribus de gratia Mariæ ſic ratiocinari; oportuit ſa-
nè in Maria eſſe omnem gratiam, quia per Mariã
omnis gratia in alios deriuanda erat, ſic Bernardus
*D. Bernar.* in ſermone de Aquæ ductu. Fulgentius in ſermone
*D. Fulgen.* de laudibus Mariæ. Diuus Bonauentura in ſpecu-
*D. Bonau.* lo capite 3. Idiota de contemplatione Virginis, &
*Idiota.* alij paſſim, quorum teſtimonia ibidem dedimus.
At inquies, Patres loqui de omnibus gratiarum C
ſpeciebus: Oportebat enim vt omnia gratiarum
genera in Mariam confluerent, vt conſtaret ipſam
ex omnibus gratiarum generibus meritis ſuis ero-
gare. Cæterùm vt dicam quod ſentio, aut ratio
hæc toties à Patribus vſurpata infirma prorſus, ac
nugatoria eſt, aut certè omnem omnium hominũ
ſanctitatem in Virginem confluxiſſe manifeſtè
euincit. Nam certum eſt ad promerendum, ſeu im-
petrandum aliquod genus gratiæ, aut doni, per ſe
opus non eſſe, vt is qui impetrat eo præditus ſit.
Poteſt enim (exempli cauſa) Diuus Petrus virgi-
nitatis donum alicui precibus ſuis obtinere, & ta-
men ipſe virgo non fuit: Sicut etiam Virgo pœni-
tentiæ donum multis impetrat, & tamen ipſa num- D
quàm pœnituit. Quapropter exiſtimo conſequu-
tionem illam ex officio mediatricis à Patribus pe-
titam fuiſſe, perſuaſum enim illis ſemper fuit ad
officij illius dignitatem ſpectare, vt quidquid bo-
ni in alios influit, ipſe cohibeat, qui eo fungitur of-
ficio. Cogita ergo inter Virginem Deiparam, at-
que alios ſanctos beatos hoc intereſſe, quod ſancti
in cælum tranſlati multa precibus ſuis impetrant
aliis à Deo quæ non meruerunt ipſi in via, quia nec
pro his orarunt: nec pro his merita ſua obtulerunt
(hoc enim per ſe neceſſarium eſt, vt vnus alteri
promereatur) nimirum ex ſola amicitia, nam ami-
ci ſolo amicitiæ nomine ſine aliis meritis digni
ſunt, vt exaudiantur. Exemplo ſint paruuli, qui
nullis meritis comparatis decedunt: & tamen eos
à Deo aliqua ſuis precibus exorare negari nequit.
At Virgo ſanctiſſima nihil vnquam gratiæ, aut do- E
ni cœleſtis hominibus impetrauit, quod non ipſa
in hoc mundo degens prius promeruerit, quia pro
his omnibus merita ſua ipſa obtulit, & Deus etiam
acceptauit. Et quidem id per ſe neceſſarium eſſe ad
meditationis officium mihi compertum eſt, atque
hoc ſibi volunt patres quoties ipſam meritis ſuis
noſtræ ſalutis auctricem, caput & cauſam fuiſſe
decernunt. Ergo cùm per ſe difficilius ſit aliis gra-
tiam & dona ſpiritualia promereri, quàm ſibi, in-
deſit, vt merita, quæ tantam gratiã aliis promere-
ri potuerunt, velut à fortiori, eam & longè maio-
A rem eidem Virgini exorarent, & obtinerent. Quæ
ratio non ſolùm de omnibus gratiarum ſpeciebus,
ſed etiam de omni ſanctitate & gratia ſingulorum
eodem modo probat, cùm conſtet non ſolùm
diuerſa genera gratiarum, ſed etiam omnes
& ſingulas gratias Mariæ meritis nobis ob-
tenta.

Huius conſequentiæ vim agnouit, atque ex-
preſſit Diuus Bonauentura in ſpeculo, cuius ver- 194
ba libet hîc attexere. *Omnia flumina intrant in ma-* *D. Bonau.*
*re, dùm omnia chariſmata ſanctorum intrant in Ma-*
B *riam, flumen enim gratiæ Angelorum intrat in Ma-*
*riam*, &c. ac demum vbi percurrit omnes ſancto-
rum conditiones, *Quid mirum*, inquit, *ſi omnis gra-*
*tia in Mariam confluxit per quam tanta gratia ad*
*omnes defluxit? ait enim Beatus Auguſtinus, gratia*
*es plena Maria, quam apud Deum inueniſti, & per*
*totum mundum effundere meruiſti.* Vis enim argu-
menti in eo poſita eſt, nil mirum ſi hactenus do-
cuerim omnem omnium gratiam in Mariam con-
fluxiſſe: cùm conſtet illam meritis ſuis aliis homi-
nibus omnem gratiam impetraſſe, quod per ſe
difficilius eſt: vnde quaſi à fortiori colligitur ipſam
non ſolùm tantam, ſed multò maiorem gratiam
ſibi peperiſſe. Et quidem Diuum Bonauenturam
non ſolùm de omnibus gratiarum generibus, ſed
etiam de ſingularibus omnium gratiis loqui dixe-
rim; hoc enim innuere videntur illa verba. *Flu-*
C *men gratiæ Angelorum, flumen gratiæ Apoſtolorum.*
&c. flumina. n. dicit, quæ ſcilicet collectis hinc
inde ſingulorum riuis coacta, atque congeſta, in
mariæ mare influunt, ipſa maris ſimilitudo hoc
etiam ſignificat, mare enim omnium fluminum a-
quas longo interuallo ſuperat. Cum Bonauentura
concinit Diuus Bernardus, qui in ſermone de aquæ
ductu ſic ſerit. *Plenus aquæ ductus, vt accipiant cæ-*
*teri de plenitudine, ſed non plenitudinem ipſam.* Et *D. Bernar.*
infrà. *Altius ergo intuemini quanto deuotionis affe-*
*ctu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni ple-*
*nitudinem poſuit in Maria, vt proinde ſiquid ſpei in*
*nobis eſt, ſiquid gratiæ, ſiquid ſalutis ab ea nouerimus*
*redundare, quæ aſcendit delitiis affluens.* Habent
D etiam Bernardi verba quandam energiam, *Totius,*
inquit, *boni plenitudinem poſuit in Maria.* Quis er-
go de gratiæ, ac boni totius menſura, quæ per alios
diſtributa eſt, aliquid Mariæ detrahat? Et quidem
ita poſtulat Bernardi ratio. nam ſi per *totum bo-*
*num* intelligas ſolùm omnis boni ſpecies, infirma
ſatis eſt Bernardi conſequutio, ex hoc enim ſo-
lùm conficeret inde innoteſcere de omni genere
bonorum à Maria in nos proficiſci; Cùm autem
dicat. *Vt proinde ſi quid ſpes in nobis eſt, ſi quid gra-*
*tiæ, ſi quid ſalutis ab ea nouerimus redundare.* Sanè
vt hoc certò innoteſcat, illud quaſi præbibere
opus eſt, omnem omnium, ac ſingulorum gra-
tiam in ipſa cumulatius reperiri. Nam huius ratio-
nis vis in hac argumentatione ſita eſt. Maria totius
boni & gratiæ plenitudinem ideò meritis ſuis ob-
tinuit, vt conſtaret eandem, omnia, atque ſingu-
E gula bona, & gratias nobis promeruiſſe. Aliter e-
nim ni tantam gratiæ vim ipſa ſibi ſuis meritis pe-
periſſet, nulla ratio probaret ipſam omnem gra-
tiam nobis promeruiſſe, cùm hoc per ſe difficilius
ſit, quàm illud.

At, inquies, Mariam omnia bona, & omnem 195
gratiam nobis de congruo tantùm promeruiſſe, ſi-
bi verò de condigno. Maius verò meritum requiri
videtur. vt ſibi quis de condigno tantam promere-
atur gratiam, quàm vt aliis eandem de cõgruo ob-
tinere poſſit. Reſpondeo meritum congrui, vt effe-
ctum ſortiatur, & reipſa obtineat, quod meretur
requi-

requirere ipſius Dei voluntariam acceptionem. A
(Dixi autem vt effectum ſortiatur non vt ſit, nul-
lum enim meritum acceptationem Dei extrinſe-
cam poſtulare pro comperto habeo.) Hinc ergo
merito congrui ad ſuum effectum reuera obtinen-
dum magna quædam difficultas accreſcit, vnde
ſæpius accidit, vt homo, qui bono opere gratiam,
& iuſtitiam ſibi de condigno promeretur, atque
reipſa obtinet, nihilominus auxilia efficacia poſte-
riora, quæ minus nobilia ſunt quàm gratia, imò
ipſa temporalia bona & externa promereatur
quidem, ſed non obtineat, quia ſcilicet Deus tale
meritum ad ea bona acceptare non voluit, inde
fit, vt per ſe difficilius ſit aliis gratiam meritis ob-
tinere, quàm ſibi, hoc enim merita ipſa formaliter B
ac neceſſariò præſtant, illud ex libera Dei volun-
tate pendet, qui voluntariè vel acceptat, vel refu-
tat. Magnitudo ergo meritorum Mariæ non ex
eo tantùm capienda eſt, quod omnem ſalutem &
omnem gratiam de congruo promeruerit, (nam
minora merita ad id ſatis eſſent) ſed ex eo, quod
ipſius promerita Deus ad tantum, tamque nobi-
lem effectum ita acceptauerit vt prorſus affirma-
*Ar. Car.* re liceat, verba ſunt Arnoldi, *Ipſam in noſtra ſa-
lute communem cum Chriſto effectum obtinuiſſe.* Et
eandem reparatricem, mediatricem, noſtræ ſa-
lutis auctricem, cauſam & caput exiſtere: ac rur-
*Richard.* ſus in illam quadrare verba illa Victorini Richar-
*Victorin.* di in Cantica cap. 28. *Omnium ſalutem deſidera-
uit, quæſiuit, obtinuit, imò ſalus omnium per ipſam* C
*effecta eſt*, & alia ſimilia. Merita ergo illa qui-
bus Deus tantùm tribuit, vt ipſa ad tam glorio-
ſum, & omni exceptione maiorem effectum ob-
tinendæ gratiæ pro aliis, ex decentia, & nomine,
ac titulo veræ & propriæ mediationis accepta-
ret, & probaret, quaſi à fortiori maiorem, & co-
pioſiorem eiuſdem gratiæ cumulum in ipſamet
Virgine præſtitiſſe credendum eſt. Atque hæc,
& non alia fuit mens Patrum, quos ſupra adſcri-
pſi, cùm ex gratia, quæ ab ipſa in alios redundat,
affluentiam & plenitudinem in ipſa fuiſſe ſeriò
colligunt.

196 Quibus annectendus eſt Diuus Sophronius in
*Sophron.* ſermone de Aſſumptione. *Dei genitrix electa &
præelecta verè ab Angelo ſalutatur, & prædicatur
gratia plena, per quam largo Spiritus ſancti imbre* D
*ſuperfuſa eſt omnis creatura*, nimirum illud prius
colligitur ex hoc poſteriori. Eodem argumento
*Chryſolog.* vſus eſt Chryſologus ſerm. 142. *Beata*, inquit, *quæ
inter homines audire ſola meruit præ omnibus, inue-
niſti gratiam apud dominum. Quantam? quantam
ſuperius dixerat plena, & verè plenã, quæ largo im-
bre totam funderet, & infunderet creaturã. Inueniſti
enim gratiam apud Deum, hæc cũ dicit, & ipſe An-
gelus miratur, aut fœminam tantùm, aut omnes ho-
mines vitam meruiſſe per fœminam.* Expende verba
Chryſologi, qui planè maiori admiratione dignũ
fatetur Deiparam omnibus vitam & ſalutem pro-
meruiſſe, quàm ſibi: & quidem meritò, quia illud E
difficilius eſt, hoc facilius: ſi ergo id quod maio-
rem difficulttatem continet, Virgini libenter da-
mus, ſcilicet illam omnem iuſtitiam & gratiam
omnibus promeruiſſe, ſanè affirmare cogimur, iiſ-
dem meritis, quibus tantam gratiam aliis impe-
trauit, ſibi ipſi longè maiorem obtinuiſſe. Adeſt
*Hieronym.* etiam Hieronymus, qui eodem planè argumento
vtitur. *Talibus*, inquit, *decebat Virginem oppigno-
rari muneribus vt eſſet gratia plena, quæ dedit cœlis
gloriam, terris Deum, pacemque refudit, fidem genti-
bus, finem vitiis, ordinem vitæ, ac moribus diſciplinã.*
Et rurſus ſic habet. *Quid mirum ſi latitiam & glo-*

A *riam plenam & ſuper plenam habet in regno, quæ
gratiam plenam & ſuper plenam habet in exilio?
Quid certè mirum, ſi tàm in cœlo, quam in terra eius
plenitudo ſuper omnem creaturam ſit, de cuius pleni-
tudine omnis natura vireſcit.* Vtrumque locum
adducit Bonauentura in ſpeculo cap. 7. quibus at- *D. Bonau.*
texit alia Anſelmi verba in hunc modum. *O fœ-
mina plena & ſuperplena gratia, de cuius plenitu-
dinis abundantia reſperſa reuiuiſcit omnis creatura.*
Ad id ſpectant etiam alia verba Bernardi in ſer- *D. Bern.*
mone illo de aquæ ductu. *Petit*, inquit, *ſupereſ-
fluentiam ad ſalutem vniuerſitatis, Spiritus ſanctus
ait, ſuperueniet in te, & copioſum illud balſamum
tanta plenitudine influit, vt copioſiſſimè effluat cir-*
B *cumquaque.* Et alibi. *Plena*, inquit, *ſibi, ſuperplena
nobis.*

Ea quæ hactenus dixi non ſolùm probant Vir- 197
ginem omnium hominum gratiam & merita in
vnum conflata meritis ſuis exæquaſſe, ſed etiam
longo interuallo ſuperaſſe. An verò exceſſus iſte
eò peruenerit, vt etiam omnium Angelorum at-
que hominum collectam gratiam prorſus vice-
rit nouam difficultatem continet: & ſanè quot-
quot aſſerunt Chriſtum non ſolùm hominibus,
ſed etiam Angelis gratiam obtinuiſſe, atque Vir-
ginem non tantùm humanæ, ſed etiam Angelicæ
gratiæ mediatricem agnoſcunt, præmiſſo argu-
mento vti poſſunt, ad præfatam poſitionem pro-
bandam. Sed tamen quia oppoſita ſententia mihi
C ſemper probabilior viſa fuit, noſtræ theſis com-
probatio aliunde petenda eſt. Interim tamen ad-
moneo præmiſſam rationem non ſolùm oſtende-
re exceſſum Marianæ gratiæ in omnes ſimul ſan-
ctos, & beatos, ſed etiam maiorem gratiam Vir-
gini donatam, quàm reliqui ſimul homines vn-
quam obtinuerunt, ſiue ſancti & prædeſtinati, ſi-
ue reprobi (loquor de his, qui cùm aliquando
grati Deo extiterint per poſteriora peccata prio-
ris gratiæ iacturam fecerunt.) Ratio eſt facilis,
quia his etiam gratia per Mariam euenit. Quid
plura? exceſſum illum non modo in gratia iuſti-
ficante, ſed etiam in fide & ſpe, in virtutibus reli-
quis infuſis, & in donis Spiritus ſancti, ita vt ex
omnibus his ſola Virgo maiorem vim ſibi adepta
fuerit, quàm reliquæ ſimul animæ. Nam cùm
D Virgo quidquid earum rerum in reliquis fuit, me-
ritis ſuis impetrauerit, velut à fortiori eadem au-
ctius & cumulatius ſibi promeruit.

V. Igitur rationẽ aliam ex dignitate matris Dei 198
ductam conformare aggrediar, non quidem eam
cum aliarum creaturarũ dignitatibus, & functio-
nibus cõferens; huius enim comparationis infir-
mitatem ſupra oſtendi, ſed eam, quod ſpectat ad
impetrationem expendens, aliqua verò præliban-
da ſunt. Primò illud communi omnium Theolo-
gorum calculo exploratum eſt, maternitatem Dei
præciſa ſanctitate & gratia in ordine ad ſpiritua-
lia, & æterna bona atque eorum impetrationem
E nullius meriti, nullius dignitatis eſſe apud Deum,
ſed eatenus magnam, & omni alia dignitate di-
gniorem eſſe, quatenus ex decentia ſua, nimirum
vt congruè, atque decenter ſe habeat, immenſam
quandam gratiam ſibi vendicat, qua maior nec
inueniri, neque eſſe, neque excogitari poſſit, &
alia eiuſmodi, quæ de hac gratia ſupra ex conſen-
ſu Patrum docui & expoſui. Secundò compertum
etiam eſt eò digniorem aliquem eſſe, vt exaudia-
tur à Deo, & ab illo vota & petitiones ſuas impe-
tret, quò maiori gratia & ſanctitate præditus eſt,
(loquor autem de patria, non de via: nam in via
aliæ rationes ſunt, quæ petitionibus vim addere;

ſeu adimere poſſunt.) Tertiò certò certius eſt in cœlo multorum Sanctorum preces eandem rem enixè obſecrantium pluris eſſe apud Deum, quàm ſingulorum, etiam ſi omnes æquali ſanctitate præditi ſint; inde Eccleſia omnes Sanctos appellat, atque inuocat, vt in canone Miſſæ, & ſæpè aliàs cuius rationem offert in oratione illa, quæ recitatur in feſto omnium Sanctorum. *Vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris.* Si enim vnus aliquis beatus ſanctior, ac nobilior, dignior eſſet vt à Deo exaudiretur, quam reliqui inferiores, fruſtrà Eccleſia, Petri Apoſtoli, aut Ioannis Baptiſtæ precibus aliorum inferiorum Sanctorum orationes adiungeret.

199 His prælibatis ſic decerno, dignitas matris Dei tantam gratiam & merita ex decentia ſua poſtulat, vt per ipſa mater Dei dignior ſit vt exaudiatur à Deo, quàm omnes homines & Angeli ſimul. Ergo gratia illius omnem hominum, atque Angelorum gratiam facilè ſuperat. Huius conſequutionis *Richard. Victor.* vim expreſſit Richard. Victorinus ad illa verba Cantic. 4. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli,* &c. *His hinnulis*, inquit, *dicta Beatæ Mariæ vbera comparantur, quia cùm tam Angeli, quam Sancti pro peccatoribus ſolliciti ſint, & eis tam meritis quàm in interceſſione ſubueniant, credendum eſt Beatam Virginem tantùm in hoc poſſe, quantùm vtraque ſimul creatura, imò vtraque potentior iudicatur, quia vtraque per hanc reparatur, & Angelorum ruina per hanc reſtaurata eſt, & humana natura reconciliata,* hæc ille. Ex quibus ſic ratiocinari libet, Virgo Beata potentior eſt apud Deum, & dignior ad exoranda hominibus bona, quam vtraque ſimul creatura; atqui hæc dignitas & potentia non illi ex eo accidit quod mater ſit Dei; hoc enim per ſe ſumptum non habet meritum aliquod, vt nuper dixi; ſed ex gratia & ſanctitate, quæ maternitatem comitatur; ergo maiora, atque altiora ſunt merita & ſanctitas illius, quàm vtriuſque ſimul creaturæ. *D. Bonau.* Audiendus hîc D. Bonau. in ſpeculo c. 6. vbi citat Auguſt. hæc promentem. *Nec dubium eſt, quin quæ meruit pro liberandis offerre pretium, poſſit plus omnibus liberatis impendere ſuffragium,* nimirum plus omnibus ſimul ſumptis, quæ verba de hominibus tantum loquuntur, non de Angelis, ſed ratio de vtriſque hominibus ſimul, atque Angelis probat. Præmittit autem Bonauentura. *Virgo præ omnibus ſanctis potentiſſima eſt.* Hunc autē exceſſum, quo Maria vtramque ſuperat creaturam luculenter *Petr. Dam.* expoſuit Petr. Damian. in ſerm. de Aſſump. ad illa verba. *Electa vt ſol. Nihil*, inquit, *habuit ſpiritus in viſibilibus creaturis excellentius, cui excellentiam Virginis compararet; multò n. altius aliquid habet claritas ſolis quàm lunæ: quia & ſi illa minores ſtellas obſcurat, non tamen penitus occultat, hic verò lucidius incandeſcens, ita ſibi ſiderum & lunæ rapit poſitionem, vt ſint quaſi non ſint, & videri nō poſſint. Similiter & virga Ieſſe veri prauia luminis in illa inacceſſibili luce perlucens, ſic vtrorumque ſpirituum habebat dignitatem, vt in comparatione Virginis nec poſſint, nec debeant apparere.* Hæc verò Damiani ſententia ad diuinam æſtimationem proculdubiò referenda eſt, in qua dignitas Mariæ perinde Angelorum, atque hominum merita ſuperat, atque ſolis ſplendor reliquorum aſtrorum ſplendorem excedit. Et quidem exiſtimo Petr. Dam. his verbis gratiam & merita Virginis non iam cum gratia, & meritis ſingulorum contuliſſe, ſed omnium, nam ſupra eandem Virginem cum luna comparans ad illa verba. *Pulchra vt luna*, meâ quidem ſentētia eiuſdem gratiam & merita cum omnium gratia & meritis compoſuit, & planè antepoſuit. *Conſidera*, inquit, *quàm ſtellaris, & ſerena obūbratio, quam luminoſus fulgor circularem orbem tanti ſyderis ſuperfundat, vt aliorum luminum claritatē non mediocriter offuſcet: ſic & Virgo inter animas Sanctorum, & inter Angelos euecta merita ſingulorum, & omnium titulos antecedit. Quamlibet ſtellæ reluceāt, luna tamen, & magnitudine præeminet, & ſplendore: ſic vtramque naturam Virgo ſingularis ſuperat, & immēſitate gratiæ & fulgore virtutū.* Neque verò tam vellem vt expendas illa priora verba, *ſingulorum & omnium titulos antecedit*, quibus alij plurimùm tribuunt, quàm illa extrema. *Sic vtramque naturam Virgo ſingularis ſuperat immenſitate gratiæ*, &c. Quod perinde eſt, ac ſi dicat; Vtramque naturam Virgo vna & ſolitaria ſuperat; ex quo liquet comparationem initam non vnius ad ſingulos, ſed vnius ſingularis ad omnes ſimul ſumptos: nec modus ille loquendi aliter commodè & iuxta communem vſum accipi poteſt.

Hîc tamen ad extremum libet aſſuere, quod eadem meritorum victoria reſpectu Angelorum ex 200 officio mediatricis aliquo modo colligi poteſt. Nam quamuis Maria Angelis gratiam & gloriam non obtinuerit meritis ſuis, quemadmodum nec Chriſtus etiam ſuis, tamen illis ſuæ naturæ ſediumque reſtaurationem, & accidētalem lætitiam maximam, aliaque accidentalia dona, quæ ipſis ex myſterio incarnationis, & ex hominum ſalute acciderunt, illis omnibus promeruit; quidquid enim Chriſtus Dominus mediator omnium meritis ſuis condignis adeptus eſt, id totum Mariæ meritis congruis reſpondet, tamquàm mediatrici. Itaque Virgo non ſolùm hominum, ſed quodammodò etiam Angelorum mediatrix eſt, hæc autem qualiſcumque mediatio etiam poſtulat, vt Virgo omnium ac ſingulorum gratiam, & merita ſuperet. Nam cùm Virgo per ſe ſola aliquid omni Angelorum naturæ impetrauerit, quod nec per ſe ſinguli, nec omnis ipſorum natura collectis meritis conſequi poſſet, fit ſanè ipſam plus quàm omnes & ſingulos promeruiſſe & gratam Deo magis fuiſſe. Quod ſi hæc ratio omnino vacat, quid ſibi voluerūt ſupra allegati Patres? Richard. *Richard. Victorin.* n. Victorin. ſic ait. *Imò vtraq; creatura potentior iudicatur, quia vtraque per hanc reparatur, & Angelorum ruina per hanc reſtaurata eſt, & natura humana reconciliata.* Itaque non ſolùm Virginē omni humanâ natura potentiorem, ac digniorem eſſe decreuit, quia ipſam reconciliauit: ſed etiam Angelica, quia ipſius ruinas inſtaurauit, ad quas inſtaurandas ipſi per ſe Angeli non valerent. Accedit etiam Petrus Dam. qui in loco præfato, vbi ex- *Petr. Da.* emplo ſolis, ac lunæ eam meritorum victoriam Virgini dedit reſpectu vtriuſque creaturæ, quam nuper expendimus, rationem huius victoriæ attexens ait. *Miraris tantam meritorum magnitudinem? & vnam Virginem Mariam tot, ac tantis præfulgere? Conſidera ergo quæ in cælis, & quæ in terris in Virgine refabricata, Deum, qui cœlū palmo metitur, Virginei ventris breuitate concluſum, redemptionem hominum, Angelorum reſtauratione, denique quidquid eſt, & fuit & erit per Virginem renouatum, & tunc tibi cogitatio ſuggeret, quod loquutio demonſtrare non poteſt: electa*, inquit, *ſed prælecta, vt ſol, quia ſicut ſol ſolus orbem illuminat, ſic hæc ſola ſolidiori lumine, & Angelos, & homines illuſtrat.* quaſi dicat, cùm audis Mariam omnes, ac ſingulos tùm homines, tùm Angelos meritis, ac gratia vincere, facilè abijcies admirationem, ſi conſide-

raueris illam & hominum redemptionem, & An-
gelorum inſtaurationem meritis ſuis, tamquàm
mediatricem obtinuiſſe: hoc .n. Angelos ab ipſa
ſuperatos, illud verò homines cunctos ab eadem
D. Anſel. deuictos omnino ſuadet. Accedit Anſelm. apud
Bonauent. in ſpeculo, c. 7. *Tibi ſolùm* (inquit) *lo-
quor Domina beneficiis tuis plenum eſſe mundum, in-
ferna penetrauit, cælos ſuperauit; per plenitudinẽ .n.
gratiæ tuæ, quæ in inferno erant ſe lætantur liberata,
& quæ ſupra mundum ſunt, ſe lætantur reſtaurata.*
D. Bonau. Ipſe etiam Bonauẽtura c. 5. ſic ait. *O quàm latè, &
quàm longè, & quàm altè arbor illa magna Beata
Virgo Maria ramos ſuos extendit, quam alte ad Deũ?*
Ramos autem appellat gratias & beneficia. Ad
D. Bern. hæc D. Bernar. cuius rationem à plenitudine gra-
tiæ ductam nuper obtuli & expoſui, ad Angelos
eandem extendit. *Maria,* inquit, *omnibus miſericor-
diæ ſinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant
vniuerſi, peccator veniam; iuſtus gratiam, Angelus
D. Anſel. lætitiam, tota Trinitas gloriam.* Denique Anſelmus
poſt illa verba, *Pura .n. ſanctitas, & ſanctiſſima
puritas,* &c. ſubdit: *Omnem omnis creaturæ purita-
tem, ſanctitatemque tranſcendens.* Vbi Angelos à
victoria illius non excluſit, imò potius ibidem il-
lam Angelorum mediatricem eſſe docet, atque
duos, vel tres modos ſtatim addit, quibus Maria
profuit omni creaturæ corporali, ac ſpirituali, ac
demùm ſic abſoluit. *Quis igitur iſta recto ſenſu, &
corde ſincero, perpendens plenè percipere queat excel-
lentiam huius Virginis, per quam tàm inæſtimabilia
bona habet omnis rerum natura, per quam tàm inæ-
ſtimabili gratiâ à tam ineffabili dejectione erectus
eſt totus mundus.* Hæc ille, quibus argumentum
iam inde à me apud alios Patres obſeruatum con-
ſtruit ex gratia & bonis omnibus, quæ aliis tam
Angelis, quàm hominibus, & omnibus creaturis
meritis ſuis impetrauit, eliciens gratiæ & merito-
rum immenſam vim, quibus ipſa prædita fuit.

V I. Ad hanc noſtram ſententiam roborandam
201 rationem non infirmam offert Virginis regnum,
imperium, ac dominium in omnes creaturas. Et
quidem de Mariæ regno, & dominio ſupra cap.
8. & verſ. 15. multa ſerui, vbi omnes homines, imo
& Angelos ſanctiſſimæ Virgini perinde ſubiace-
re decreui, tamquàm ſeruos & mancipia, atque
illam vtroque imperio, ſpirituali ſcilicet, quod
ſpectat ad ſpiritualia, & temporali, quod attinet
ad temporalia bona, gaudere dixi; non quidem
metaphoricè, & impropriè, ſed veriſſimè, pro-
priiſſimè, ac iure ipſo naturali. Conſiderare ergo
nunc oportet regnum duplici modo alicui eue-
nire poſſe. Vno modo cùm Rex ſic imperat pro-
uinciæ alicui, vt poteſtas eius potius ſit in ſingu-
los, quàm in totam communitatem: nam ipſe
Rex in rebus maioris momenti arbitrio commu-
nitatis, & ipſius regni ſubditur, vt accidit in re-
gno Aragoniæ, Marochiæ, atque aliis: & quidem
de his ſic enuntiare licet, Regnum potentius eſt,
quàm Rex. Altero modo princeps quiſpiam ſic
imperare poteſt prouinciæ, vt illi non modò in
ſingulos, ſed in totam communitatem & regnum
plena, & abſoluta poteſtas ſit, ita vt nulla in re
communitatis, vel regni arbitrio ſubiaceat. De
hoc autem Rege, aut Principè abſolutè id pro-
nuntiare licet, Rex potentior eſt, quàm regnum.
Ergo ſi quæras ex his regnandi rationibus quæ-
nam potius euenerit Mariæ? Reſpondeo Mariam
hoc potiori, pleno, & abſolutiſſimo imperio gau-
dere tam in homines, quàm in Angelos, quæ ſci-
licet non modò in ſingulos, vel Angelos, vel ho-
mines, aut in ſingulas Angelicam & humanam

A naturam, ſed etiam in totam vtriuſque naturæ
vniuerſitatem poteſtatem obtineat, ita vt ab-
ſolutè dici poſſit illam potentiorem eſſe, quàm
vtramque ſimul creaturam. Ratio verò in prom-
ptu eſt, quia imperium dominiumque hoc à filio
redundat in Matrem, iiſdem omnino conditioni-
bus, titulis, ac latitudine, quibus reſidet in filio,
vt in eo cap. 8. v. 15. latè oſtendimus. Atqui impe-
rium Chriſti Domini eſt abſolutum, & in om-
nes, ita vt ipſe ſolus potentior ſit, atque dignior
omni creaturâ; ergo pari ratione Deipara vir-
go omni ſimul creaturâ dignior atque poten-
tior eſt

His præiactis optima ratione definitam ſen-
B tentiam amplius ſtabilire licet ad hunc modum. 201
Maria ſpirituale regnum obtinet in omnes ſimul
Angelos, atque homines, & in totam eorum vni-
uerſitatem, in his quæ ſpectant ad gratiam, & gra-
tiæ bona; ergo ampliorem omnibus ſimul ſum-
ptis, & collectis gratiam habet. Nam omne regnũ
excellentiam & præſtantiam poſtulat in eo gene-
re, in quo verſatur, & reſpectu eorum, erga quos
exercetur, (quod ſanè per ſe notum eſt:) ſed re-
gnum Mariæ eſt ſpirituale & gratiæ, & non mo-
do reſpectu ſingulorum, vel hominum, vel ange-
lorum, aut reſpectu ſingularum naturarum An-
gelicæ, vel humanæ, ſed reſpectu vtriuſque na-
turæ collectæ & vnitæ: ergo Maria in gratia ip-
ſa non modò ſingulis indiuiduis hominum, aut
C etiam Angelorum, aut ſingulis naturis Angelicæ,
vel humanæ, ſed vtriſque collectis, & in vnum
conflatis longo interuallo præſtat. (Alij alia ſen-
tiant) mihi hoc argumentum rem euincere vide-
tur, ita vt prorſus intelligi non poſſe credam Ma-
riam regnum ſpirituale verè & propriè in vtram-
que ſimul naturam ſortiri, quin vtriuſque ſimul
gratiã excellat Et ſanè ex patribus D. Bernardi-
nus Senenſis, qui apertiùs hunc Marianæ gratiæ D. Bern.
cumulum expreſſit, illum ex regno, & imperio Senenſis.
ipſius in omnes creaturas collegiſſe videtur: Nam
to. 2. ſer. 61. ar. 3. c. 3 ad illa verba Eſther. 1. *Poſuit
diadema regni ſuper caput eius, & voluit eam eſſe re-
ginam,* ſic ipſe addit. *Iſtud eſt diadema ſpeciei & co-
rona gloriæ, quâ Virgo ſuper omnes Angelos corona-
D tur, vt intra Trinitatis gloriam ipſa ſola amplius ſit
euecta, ac plus beatiſſimæ Trinitatis diligat gloriã,
capiat, ſentiat, fruatur, quàm omnis alia creatura ſi-
mul ſumpta, de cuius gloria poſt filium participant
vniuerſi.* Hæc ille, quibus interim rationem illam
aliàs à me obſeruatã attingit. Id autem, quod di-
xit in ſermone de Annunciatione, Virginem ſci-
licet nobiliſſimo illo obedientiæ actu, quo Ange-
lo conſenſit dicens. *Ecce ancilla Domini fiat mihi
ſecundùm verbum tuum*, plus meriti apud Deum
obtinuiſſe, quàm reliquas ſimul creaturas omni-
bus actionibus ſuis, non ita intelligendum puto,
quaſi dicat, eo ſolùm actu tam ingens meritum
indeptam fuiſſe, ſed ita vt eâ demùm actione me-
E ritum hoc expleuerit, & abſoluerit, ita vt iam inde
creaturas omnes non ſolùm meritis æquaret, ſed
etiam vinceret, quia ex tunc mater Dei & regina
ſimul hominum, atque Angelorum eſſe cœpit.
Hæc autem dignitas eam meritorum præſtantiam
expoſcit, vt iam diximus. Quid plura? D. Bonau.
in ſpeculo hanc præſtantiam ſuper omnes beatos, D. Bonau.
ex Mariæ regno luculenter deduxit ad illa verba
Eſther. 2. *Ducta Eſther ad cubiculum Regis Aſ-
ſueri habuit gratiam, & miſericordiam coram eo ſu-* Eſther. 2.
*per omnes mulieres, & poſuit diadema regni,* &c.
*Ducta,* inquit, *in hoc cubiculum quietis æternæ Re-
gina Maria, gratiam Regis Aſſueri,* 1. *gratiam veri*

*Regis habet ſuper omnes mulieres.* i. *ſuper omnes intelligentias Angelicas, & ſuper omnes beatas animas vt ſit in Maria gratia ſuper gratiam omnium beatorum.*

203 Hæ ſunt rationes, quæ noſtram ſententiam ſuadent, contra quam produci poteſt ſatis validum argumentum, quia ſcilicet ex dictis ſequitur, Incarnationem Chriſti plus illi, quàm reliquis ſimul hominibus profuiſſe: hanc conſequutionem ingenuè concedo. Maria ergo in decretis ſalutis, ac redemptionis humanæ princeps fuit, quia nimirum ipſi ſoli incarnatio, & redemptio Chriſti plus attulit, quàm reliquis collectis, & vnitis Magnum ſanè hoc, ſed conſequenter dicendum. Quapropter affirmare audeo propter vnius Mariæ ſalutem, etiamſi alij deeſſent, omnia Chriſti merita, vitam & mortem ſatis bene locatam & impenſam. Auctor huius meditationis mihi eſt D. Ambroſius ad illa verba Cantic. 6. *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt.* vel vt habent Septuaginta. *Auerte oculos tuos à me, quia eleuas me videndo te. Poſſumus*, inquit, *ſic accipere, & ſi tu perfecta es, aliæ mihi adhuc redimendæ ſunt animæ, aliæ fulciendæ. Eleuas. n. me videndo, ego autem ideo deſcendi, vt omnes eleuem.* Sed perbreui interuallo ſibi ipſi lux eſt Ambroſius. *Vult illam auertere oculos, ne eam conſiderans, quod iam ad ſuperiora ſequi poßit, eleuetur, ac cæteras animas derelinquat.* Hæc ille, quæ verba in ſolam Mariam aptè cadunt. Putat quidem Ambroſius verba illa, *Eleuas me*, referenda eſſe ad illa Actorum 1. de aſcenſu Chriſti in cœlum. *Et videntibus illis eleuatus eſt.* Itaque Virginem affatus ſic addit. Et ſi tu, ô diuina Virgo, perfecta es, adeò vt propter te vnam ad terras deſcendere, & carnem ſucipere boni conſulerem, nihilominus tamen alias tecum animas ſaluas fieri decreui; ſed tamen neſcio quâ vi impellor te vnam conſiderans: Nam te quoque vna contentus parum abeſt, vt cœlum repetam, & reliquas animas relinquam. Propterea ergo Chriſtus Dominus iubet illam oculos & faciem auerſam ducere, ne illam intuitus reliquis poſthabitis deſertiſque ad cœlum ipſe eleuetur; tanta enim eſt Mariæ di-

*D. Ambr.*

*Actor. 1.*

204 gnitas, & gratia, vt Deo quodammodo opus ſit, mentem & oculos ab ipſa auertere, vt illos ad reliquos homines deponere poſſit. Audens dico, reliqui homines, Maria ſublata leuem ac paruam, at vna Virgo, reliquis ſubductis, ſatis amplam, vberemque redemptionis materiem offerret.

Hæc de præmiſſa theſi, quæ mea quidem ſententia, adeò probabilis, & cum dignitate Deiparæ, atque Patrum doctrina conformis eſt, vt illam rationes multæ ſatis robuſtæ ſuadeant: pietas verò non ſuadeat modo, ſed etiam extorqueat. Nequis verò hæc argumenta leuiora putet, illud profectò dicere auſim, pleráque alia priuilegia, quæ Virgini ſponte damus, nec fortioribus argumentis, nec certioribus Patrum teſtimoniis comprobari, qualia ſunt præſeruatio à culpa originis, extinctio fomitis, meritum non interruptum, & alia eiuſmodi, quæ piè, ac beneuolè de Maria ſentimus. Alias verò rationes minoris momenti & concionibus accommodatas legere licet apud Patrem Ioan. Barradas, quas ideò prætermittendas cenſui, ne tractatus iſte vltra modum excreſceret, ac ne infirma firmis, ac robuſtis addita, vt fieri ſolet, harũ robur, & fortitudinem elidant. Vtinam qualiſcumque ſtudij, ac diligentiæ noſtræ exhibitio ipſi Deiparæ tam grata ſit, quàm læto, atque beneuolo animo à me ſuſcepta, atque illi conſecrata eſt.

---

### XXX. *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timens Deum ipſa laudabitur.*

*Fallax gratia*, &c. Hebr. *Falſitas gratia, & vanitas pulchritudo mulier timor Domini ipſa laudabitur.* i. *mulier, cui eſt timor Domini.* addo etiam neſcio quem hîc talem ſententiam expreſſiſſe, ſcilicet, mulieres non modò timorem Dei habituras, ſed ipſiſſimum, liceat ſic dicere, Dei timorem futuras, quia earum debilis, & infirmus ſexus timore Dei confirmatur, & prona in malum labilitas coërcetur. Septuaginta. *Fallacis gratia & vana eſt pulchritudo mulieris, mulier. n. intelligens benedicitur, timorem autem Domini iſta laudat.* Sic habet correctior textus. Complutenſis verò, & Regius paulò aliter. *Mendacis gratiæ, & vana pulchritudo non eſt in te mulier prudens benedicitur*, &c. D. Auguſt. ad lectionem correctiorem propiùs accedit. *Falſæ*, inquit, *gratiæ, & vana ſpecies mulieris: mulier ſapiens benedicitur, & timorem Dei ipſa collaudat.* Chaldæus concinit cum Vulgato. 205

Cùm homines vulgò pulchritudinem, & formam, laudi, maximè fœminis, vertere ſoleant, Salomon quidem inter huius mulieris elogia de pulchritudine hactenus nihil dixerat; iam ergo in hoc verſu rationem offert cur præcipuam formæ laudem ſuppreſſerit. *Fallax*, inquit, *gratia.* i. forma nõ eſt laude digna, eſt. n. bonum mendax: laus autem vera non niſi à veris; atq; ſolidis bonis ducenda, atque petenda eſt: & quidem formam, & elegantiam corporis fallax quid & commentitium eſſe, imò falſitatem ipſam & mendacium, vt aliæ lectiones habent, certiſſimum eſt. Poteſt autem hæc fallacia dupliciter accipi: i. vt forma dicatur in ſemetipſa fallax. i. fluxa, caduca, velox, atque vno penè momento vernans, & marcens; perinde ac floſculi illi, quorum vita dialis eſt, qui manè ſeſe explicant & veſpere omnino tabeſcunt. Hanc pulchritudinis fallaciam, vt alia miſſa faciam, pereleganter deſcripſit Tragicus Seneca in Hippolyt.

*Seneca Poët.*

*Anceps forma bonum mortalibus,*
*Exigui donum breue temporis*
*Vt velox celeri pede laberis?*
*Vt fulgor teneris qui radiat genis*
*Momento rapitur, nullaque non dies*
*Formoſis ſpolium corporis abſtulit.*
*Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono*
*Confidat fragili?*

Idem etiam in Hercule Oethæo appoſitè valdè ad hanc Salomonis ſententiam ſuadet maritis mores potius vxorum admirari, quàm formam.

*Idem.*

*Vt alta ſyluas forma vernantes alit,*
*Quas nemore nudo primus inueſtit tepor:*
*At cùm ſolutos extulit Boreas Notos*
*Et ſæua totas bruma decußit comas,*
*Deforme ſolis aſpicis truncis nemus:*
*Sic noſtra longum forma decurrens iter*
*Deperdit aliquid ſemper, & fulget nimis;*
*Probitas, fideſque coniugis mores, pudor*
*Placeant marito, ſola perpetuò manent*
*Subiecta nulli mentis, atque animi bona*
*Florem decoris ſinguli carpunt dies.*

De hac formæ fallacia aliquid etiã ſupra dedi c. 3.

*Tiraquell.*

lege multa quæ congerit Tiraquellus in 2. legem A
connubialem a. n. 19. adi Chryſoſtomum in Ho-
D. Chryſ. milia de muliere & pulchritudine to. 5. & Hom.
20. in Epiſtolam ad Epheſios, vbi ad plura alia pul-
chritudinis incommoda hoc incommodum at-
texit. *Externa* (inquit) *pulchritudo plena eſt arrogã-
tiæ, & inſolentiæ: habet voluptatem vſque ad primũ,
& ſecundum menſem, vel, vt plurimum, vſque ad
annum, deinde non amplius, ſed à conſuetudine mar-
ceſcit miraculum. Quæ verò propter pulchritudinem
mala aduenerunt, ipſa remanent, faſtus ſcilicet, ar-
rogantia, & contemptus.* Hæc eſt 2. acceptio *falla-* B
*ciæ*, forma n. *fallax* dicitur non modò in ſeipſa, ſed
etiam reſpectu viri tùm quia eo decepto citius
abit, tum etiam quia eadem perſeuerante voluptas
ex conſuetudine excidit, tum demùm quia vxoris
pulchritudo ſæpius viro deluſo alteri proſtat. Nam
pulchras fœminas plurimi amatores ambiunt, ita
vt vix ſibi à multorum dolis & inſidiis mariti ca-
uere poſſint. Hinc eſt illud Theophraſti apud D.
Hieronym. Hieronymum lib. 1. contra Iouinian. *Pulchra* (in-
Theophra. quit.) *citò adamatur, difficile autem cuſtoditur quod
plures amant, nihil tutum eſt, in quod totius populi vo-
ta ſuſpirant: alius forma, alius artificio & ingenio,
alius facetiis, alius liberalitate ſolicitat; Aliquo
modo, vel aliquando expugnatur, quod vndique in-
ceßitur*, & infrà. *Omnis quantumuis circumſpecta,
& prudens cuſtodia luditur.* Subdit Salomon.

206 *Et vana eſt pulchritudo.* Aliqui *vanam* pro *ſuper-* C
*ba* accipiendam putarunt. *Externa. n. pulchritudo
plena eſt arrogantia & inſolentiæ*, vt ex Chryſoſto-
mo nuper adſcripſi. *Faſtus ineſt pulchris ſequitur-
que ſuperbia formam*, lege Tiraq. ſup. à n. 2. Verus
& germanus ſenſus eſt. *Vana eſt pulchritudo*. i. eua-
nida, & fluxa, quæ dicto citiùs ſoluitur, abit, euane-
ſcit. Et quidem mens Salomonis eſt rationem of-
ferre, propter quam pulchritudinis laudes hacte-
nus prætermiſit. Vtrumque verò à formæ com-
mendatione ipſum deterrere potuit, quod ſuper-
ba quod euanida: Nam ſi forma extumet, & fa-
ſtuoſa eſt, abſurdum eſſet laudibus & commenda-
Philo Iud. tionibus tumorem augere: ſi verò fluxa & cadu-
ca; omni laude, & encomio indigna eſt. Vnde D
Philo Iudæus in lib. de prouidentia ſic habet. *Ob
formoſitatem corporis ſe iactare, & laudes aucupa-
ri mentis compos nemo poterit, quæ breui adeò extin-
guitur tempore, vt antequam floreſcat defloruiſſe vi-
deatur.*

207 *Mulier timens Deũ ipſa laudabitur*. i. ipſa eſt lau-
de digna. Quod autem Septuaginta legunt, *& ti-
morem Dei mulier ipſa collaudat*, non inducit diſſi-
dium; nam dictum videtur per metatheſim, per-
inde ac ſi dicat, timor Dei ipſam collaudat & con-
mendat, i. commendatione dignam reddit, quam-
uis verba ipſa accepta, vt ſonant; emphaſi non ca-
rent, ſi videlicet dicat. *Timorem Dei ipſa collaudat*,
i. quantùm timor Dei poſſit, oſtendit, qui ſcilicet
mulieris imbecillum, & infirmum ſexum tanta
conſtantiâ, & animi robore donat, quæ maxima E
timoris Dei commendatio eſt. Tamen ſenſus con-
cinnior euadit ſic, *Mulier timens Deum ipſa lauda-
bitur*. i. mulieris laus non à forma, & pulchritudi-
ne, ſed à timore Dei ducenda eſt: Quàm verò ne-
ceſſarius ſit matronæ timor Dei luculenter oſten-
Chryſoſt. dit Chryſoſtomus in homil. 20. vbi docet viri
eſſe vxorem diligere, vxoris autem virum timere,
atque hunc vxoris timorem ex timore Dei pro-
ficiſci; ſubſcribo aliqua ipſius verba, ad illa Pauli.
*Vxor autem timeat virum ſuum. Non ponit* (inquit)
*quæ ſunt ſolùm charitatis, ſed quid? vt timeat virum
ſuum, afferat mulier dilectionem cum timore, quæ*
A *tamquam in æquilibrio reſpondeat obedientiæ.* Ob-
ſerua verborum emphaſim: poſtulat Chryſoſto-
mus inter vxorem & virum æqualitatem quan-
dam ſimilem æquilibrio, & ex parte vxoris ti-
morem, ex parte autem viri amorem: Nam vt ait
Auguſtinus. *Amor meus pondus meum*, &c. Timo-
ris etiam eſt deprimere, &c. Ergo ſic inter ſe co-
hæreant, velut in æquilibrio, vxor, atque vir, in-
quit Chryſoſtomus, vt vxorem timor deprimat
& deflectat, timor, inquam, ſine quo obedientia
illa conſtare non poteſt, quam vxor viro præſta-
B re debet; vir autem ex aduerſo illam amoris ſui
pondere eleuet, atque attollat, ſicque fiet, vt in-
ter virum & vxorem in quadam inæqualitate ſit
æqualitas, & in diſſimilitudine ponderum æqui-
librium. Alludit autem Chryſoſtomus ad vocem
Græcam, σύζυγος, quæ *coniuges* ſonat, eſt autem
ζυγος vox anceps, iugum, atque libram ſignifi-
cans; ita vt σύζυγες quemadmodum coniuges, ſic
etiam collibres, aut æquilibres appellare liceat,
Subdit autem idem doctor. *Nihil eſt hoc coniugio
maius, & præſtantius, quomodo fuerit dilectio, ſic
eſt metus, imò maximè tunc fuerit; Nam quæ ti-
met etiam diligit, timet virum tamquàm caput, &
diligit eundem tamquàm membrum, & hoc eſt indi-
cium ſapientiæ, atque timoris Dei.* Itaque timorem
illum, quem vxor marito præſtat ex timore Dei
manare dicit. 208

C Quod ſi per *timorem Dei* non preſsè ipſum-
met timorem, ſed latè omnem honeſtatem, &
virtutem accipias, vt quidam volunt, erit ſen-
ſus, in vxore non formam, & externam pulchri-
tudinem ſpectandam, aut commendandam eſſe,
ſed honeſtatem & virtutem; hæc. n. animo venu-
ſtam magis, & elegantem formam conciliant.
Sed de hac pulchritudine & ſpecie interna pu-
dicæ & honeſtæ matronæ ſupra multa dixi in Chryſoſt.
hoc cap. verſ. 24. Subiicio tamen Chryſoſto-
mum, qui huius præſtantiam venuſto ſchema-
te deſcripſit: Nam vbi externam pulchritudi-
nem in mundo muliebri poſitam eſſe dixit. *Pro-
pterea* (inquit) *his miſsis venio ad animi tui virtu-*
D *tem, quam cuiuis auro, & muliebri mundo præfero.
Sapiens. n. & ingenua puella pietatis curam ge-
rens, totius mundi, hoc eſt orbis terrarum, pretio
eſt æquiparanda*, quaſi dicat, huius elegantia tan-
tùm præſtat externæ pulchritudini, quantùm mũ-
dus mundo, quantùm ſcilicet mundus vniuer-
ſus muliebri mundo; hæc mundum vniuerſum
valet, illa verò muliebris mundi pretium non
excedit. D. Aug.

D Auguſt. Allegoriam vrget. *Falſa* (inquit)
*gratia & vana ſpecies mulieris, quia ſi Charitatem
non habeo nihil ſum, &c. Timorem autem Domini
ipſa collaudat, ipſaque benedicetur: collaudat illud
vnde benedicitur, quid collaudat? timorem Domini
quo perducta eſt ad ſapientiam, Initium. n. ſapientiæ
timor Domini.* Vide plura ad hunc ſenſum accom-
modatitium ſpectantia in Beda, Salonio, Hugo-
E ne, Dionyſio, & aliis.

## *De Virgine Deipara.*

Locum iſtum S. Bonauentura de Virgine Dei-
para ſic verſat in ſpeculo cap. 5. nam vt gratiam
Virginis veram eſſe decerneret tres falſas gratias 209
ènumerat, gratiam mundi, gratiam Diaboli, & D. Bernard.
gratiam carnis, ac demum ſic addit. Rectè Salo-
mon, *Falſa eſt gratia & vana eſt pulchritudo, mu-
lier timens Deum, &c.* quia *gratiſsima Virgo Maria
falſam gratiam Diaboli, falſam gratiam mundi, fal-*

*ſam gratiam carnis contempſit, & gratiam apud Deum inuenit veram, puram, & nullâ adulterinâ mixturâ vitiatam.* Hæc ille.

*Andreas Hieroſoly. Nazianz. Gerſon. Richard. Vict. Nicephor. Damaſ.*

Deiparæ corporea pulchritudo, & venuſtas eximia fuit, vt tradunt Andreas Hieroſolymit. in ſermone de Aſſumptione. Gregor. Nazianz. in tragœdia de Chriſto patiente. Gerſon. Alpha 59. littera O, Richardus in Cantica c. 26 & Niceph. 2. hiſt. cap. 23. formam illius accuratiſſimè depingit. Accedit Damaſc. in oratione 7. de dormitione, vbi illam *totius naturæ venuſtatem* appellat, quia nimirum natura vim omnem ſuam exeruit, vt in vnam Mariam omnes venuſtatis partes conferret. Nec ſolùm naturæ id tribuit, ſed etiam miraculo: quia cùm Virginis, inquit, partus ex ſenibus, atque effœtis parentibus non eſſet naturalis, ſed ſupra naturam, autor ipſius naturæ omnia, quæ ad optimam, & numeris omnibus abſolutam illius deorganizationem pertinere poterant, materiam, tempus, atque ipſos etiam aſtrorum aſpectus illi præparauit, vt pulchra omnino, atque mulierum omnium pulcherrima euaderet: & quidem ita expediebat, vt pulcherrima foret illa, ex qua ſpecioſus præ filiis hominũ filius fœlici partu edendus erat. Deinde quia matris forma ad liberi elegantia, & pulchritudinem ſpectat, iuxta illud Poëtę. *Multũ de patre decoris, plus de matre foras.* Demum ſimilitudo veritatem partus euincit. Sunt etiam qui affirment naturali Virginis pulchritudini præcipuum quendam honorem, ac ſplẽdorem acceſſiſſe ex interna pulchritudine animi, quæ in vultum redundabat, adeò vt eiuſmodi ſplendorem à Deo temperari oporteret, quo poſſet Virgo cum hominibus conuerſari. Sed certè hic ſplendor, ſi quis erat, meâ quidem ſententiâ inuitabat potius, quàm deterrebat, paſcebat oculos, non perſtringebat, vt per omnia Virgo aſſimilis eſſet Chriſto, de quo D. Hieronymus in c. 6. Matt.. *Certè* (inquit) *fulgor ipſe, & maieſtas Diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu.*

*D. Hier.*

210 Sed licet tanta & tàm eximia erat externa hæc Virginis ſpecies, tamen cum interna illius pulchritudine collata, fallax omnino, & vana dici poterat. *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timens Deum ipſa laudabitur.* Virginis vtique laus non ab externis vultus lineamentis, ſed à timore Dei, id eſt, ab honeſtate & moribus ducenda eſt; in his. n. interna animi pulchritudo conſiſtit. Nam quemadmodũ pulchritudo externa in colorum temperie, & optima membrorum ſtructura & conformatione ſita eſt: ſic etiam interna animi ſpecies ex gratia, & in virtutum omnium conuenienti commercio euadit. Quod ſi roges, quid de hac interna pulchritudine ſẽtiam? Vnius tantùm Gerſonis verba ſubſcribam, & expẽdam, qui in Alphab. 82. à lit. B. de hac Virginis interna pulchritudine latiſſimè diſſerit. *Forma* (inquit) *Mariæ tam grata, & tam incredibili formoſitate refulgens inuenta eſt, vt cõcupiſceret Rex ſpeciem eius, & ob illius formam acciperet ipſe formam ſerui, quanta qualiſcumque putanda eſt pulchritudo totius, quadoquidem in vno oculorum ſuorum dicit ſe ſponſus vulneratum, verè pulcherrima mulierum.* & infra ſic addit. *Pulchritudo, & ſpecialitas quælibet reperta in creaturis omnibus ſparſim, tota colligitur in beatã, & pulcherrimam mulierũ, vel formaliter, vel eminenter, hæc. n. eſt regula diuini Dionyſii Hierarchias ordinantis.* Hæc ſanè verba Gerſonis cõfirmant ſententiam à nobis traditam verſu ſuperiori & rationem, quam non ineptè conficiunt aliqui ad hunc modum. Virgo Maria in cœlo per ſe chorum, aut Hierarchiam potius à reliquis Hierarchiis ſuprà modum auctam conſtituit, ergo omnes inferiorum gratias & perfectiones in ſe colligit iuxta regulam Dionyſij Areopag. cuius hîc meminit Gerſon, qui ad hunc modum attexit. *Specioſitas pulcherrimæ mulieris ſumitur ab omni pulchritudine cæterarum creaturarum, ab omnibus donis, & ornamentis earum, & quo mireris amplius, omnis deformitas aliena, dæmonum ſcilicet ac peccatorum ſibi cedit ad ornamentum.* Id verò ſatis appoſitâ ratione comprobat. *Primùm* (inquit) *in quolibet genere præcipuum eſt, & menſura aliorum. Maria verò dicta eſt pulcherrima, & perfectiſſima ſuper cæteras creaturas, non vnitas diuinitati, qualis eſt humanitas Chriſti; conſequens eſt igitur, vt omnia ſibi ſubſeruiant, tam bona naturæ, quàm gratiæ, quàm artis & fortunæ, omniáque ad illam ornandam conſpirent.* Sed hac de re non pauca diximus ſup. ca. 8. ad illa verba, *Dominus poſſedit me in initio,* &c. Alteram verò partem quam poſuerat, ſcilicet deformitates aliarum creaturarum in ipſius ornatum conuerti, ſic probat. *Scis,* inquit, *quod in picturis nigredo, & vmbra rite iuncta dat perfectionem imagini; ergo ad Virginem ornandam non pulchrior eſt Angelus in cœlo, quàm dæmõ in inferno? hic n. poſitus eſt, tamquàm ſcabellum pulcherrimæ mulieris conterentis caput ſuum, atque inde ſplendet, atque emicat magis bonorum Angelorum famulatus in cœlo.* Explicat deinde qua ratione omniũ creaturarum pulchritudo in Virgine ſit, aut reipsâ, aut eminenter. Sed hac de re latè diximus in citato loco. Ex his patet, quanta ſit pulchritudo interna Deiparæ, & quàm aptè externa eius forma, & ſpecies cum illa collata, falſa omnino & vana dici poſſit, quamlibet ingens, ac miraculo cuidam ſimilis fuerit: liquet etiam præcipuam ipſius laudem ab hac pulchritudine petendam eſſe. Si autem libet longiorem de hac pulchritudine tractationem perlegere, vide eruditum commentarium in cap. 12. Apocalypſeos P. Blaſij de Viegas à ſectione 2. & deinceps.

*Gerſon.*

---

*XXXI. Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.*

DAte ei de fructu, &c.* Hebræa non diſſonant.
211 Septuaginta longè aliter. *Date ei de fructibus labiorum eius.* Auguſtinus in priori hemiſtychio ſequitur Vulgatam lectionem. *Date ei de fructibus manuum ſuarum.* ſed deſinit tandem in tranſlationem Septuag. *Et laudetur in portis vir eius.* Auguſtino hærent codices Regius & Complut.

Vulgatæ tranſlationis ſententia eſt facilis. Abſoluit Salomon elogia huius heroinæ, atque rationem offert, propter quam alia quædam commendationum capita non attigerit, ex quibus alij laudes petere ſolent, hæc ſunt, patria, maiorum res geſtæ & nobilitas, parentum virtus & alia eiuſmodi. *Date*, inquit, *de fructu manuum ſuarum,* id eſt, quicumque huius mulieris laudes exequi vultis res ab ipſa geſtas commemorate & aliena omittite. Quorsùm patriam, parentes & maiores celebrare opus eſt, vbi tanta ſuppetunt, & tàm propria huius mulieris facinora laude digna? Addit. *Et laudent eam in portis opera eius.* i. laus eius non ſit ſolùm priuata & domeſtica, ſed externorum

etiam aures tantæ mulieris fama imbuat, & encomia illius in portis, hoc eſt in foris, ac celeberrimis vrbis conuentibus perſonent. Nec abit ab hac noſtra interpretatione tranſlatio Septuaginta, quæ habet. *Et laudetur in portis vir eius.* Nam perinde eſt, ac ſi dicat, omnes quotquot fora, & plateas exterunt, viri eius fortunam, & fœlicitatem extollunt, quia talem, ac tantam vxorem nactus eſt. Prius autem hemiſtychium. *Date ei de fructibus labiorum ſuorum.* non facilè ad ſententiam Vulgatæ lectionis vocari poteſt; licebit tamen ſic exponere. Mulier hæc digna eſt, vt labiorum ſuorum fructus percipiat, nulli obtrectauit, nullum contumelia, aut probro affecit, de nullius fama detraxit, quin potius omnes honore & laudibus proſequuta eſt, ergo merita labiorum ſuorum meritò capiat, & pro laudibus alienis proprias referat, & quæ aliis ſemper benedixit benedicta ab omnibus prædicetur. De portarum ſignificatione in ſacris literis non ſemel alibi loquutus ſum, de accommodato ſenſu lege Auguſtinum & reliquos.

## *De Virgine Deipara.*

112 Priora verba, vt ſonant, Virgini tradit nouus, ſed locuples auctor, hoc ſenſu. *Date ei de fructu manuum ſuarum*, id eſt, accepta ab ipſa eidem reddite, quidquid enim boni actitamus, ipſa donante præſtamus, & ſi quid obſequij illi exhibemus ipſi profectò acceptum referre debemus, quod ſanè veriſſimum eſt. Licet tamen germanam loci interpretationem Virgini accommodare hoc modo, Mariæ erga nos amor, & beneuolentia poſtulat, vt ipſi debitas laudes perſoluamus: Ergo laudemus eam, lauſque non aliundè, ſed à rebus ipſius geſtis petatur, hæc enim nobilior eſt, ac dignior, nec priuata ſit hæc laus, ſed publica in foris atque plateis percrebreſcat, perſonet, & communi omnium acclamatione perſonetur. Itaque his perſuademur Virginem laudare, & laudis optima materies nobis præſcribitur.

113 Sed tamen cùm *portæ* in ſcriptura, vt aliàs dixi, loca ſignificent, vbi Iudicialia ſubſellia erant, & publica iudicia agebantur, aliqui per *portas* mortem intelligunt, in qua hominum iudicatur & examinatur vita, iuxta illud D[avidicum]. *Qui exaltas me de portis mortis*, id eſt, qui ex iudicio illo extremo, quod poſt mortem ſubire debeo, eripis me & ſaluũ eſſe iubes. Itaque ſenſus eſt. *Et laudent eam in portis opera eius.* id eſt, cum ad portas mortis deuenerit non illi quemadmodum cæteris hominibus, iudicium intendetur, non lis aliqua, ſeu cauſa illius diſcutietur, ſed pro iudicio laudes, & encomia referet, quibus tota cœli curia perſonabit. Audi Athanaſij verba in ſermone de Virgine Deipara, quibus Mariæ obeuntis & cœlum ingredientis laudes inter omnes cœleſtis exercitus Hierarchias diſtribuit. *Ecce*, inquit, *iam nunc in exordio diei, vt primitias laudum tibi hoc encomium Archangelus contexuit dicens, Aue gratia plena, Dominus tecum: beatam te prædicant omnes Angelorum & terreſtriũ Hierarchiæ, & Hierarchicas manus attollentes benedicunt tibi in cœlis. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Iſtiuſmodi enim benedictionibus te celebrat Prima acies, quæ ex Thronis, Cherubinis, & Seraphinis conſtat, qui aut flammei, aut magni regis Dei cognitores appellantur. Beata tu in mulieribus & beatus vterus tuus, Dei geſtator, & vbera, quæ ille adhuc infantulus ſuxit. Secunda verò Hierarchia, quæ in ſe Dominationes, Virtutes, Poteſtatéſque complectitur, ad te reſpectans clamat, vt pote, quæ hæc didicerit à ſuperiori Hierarchia, priusquàm initiata ſit, benedicta tu in mulieribus, & benedictus vterus tuus qui Deũ concepit, & mammillæ, quæ Deum educauerunt puerum factum. Iam verò tertia, ex Principibus, Angelis & Archangelis, quibus mandatum eſt à Deo, vt Gabrielem Archangelum ederent ſplendidiſſimum, & capaciſſimum hymnum in hæc verba prorumpunt, Aue gratia plena, Dominus tecum. Ab iſtis nos deinde Hierarchiæ terreſtres exaltationes Dei in gutture ferentes, verba ſumpſerimus, & exaltemus te canora voce dicentes, Aue gratia plena Dominus tecum, intercede hera, domina, & Regina pro nobis.* Ex his iam diſces, quanto ſtudio, ac reuerentia conſueta ſalutationis Angelicæ verba iterare debeas, cùm hæc, & non alia ab omnibus Angelorum ordinibus Virginis proclamentur.

*D. Athan.*

FINIS.

# INDEX RERVM

## ET VERBORVM QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO huius expoſitionis Prouerbiorum Salomonis continentur;

*Nota prior caput, poſterior numerum deſignat.*

## A


*Aborſus.*

QVI temerè effundit verba, aborſum facit ante tempus fœtum edens, cap. 29. num. 95.

*Abſentia.*

Abſentia patris familias à domo ſua rem domeſticam perdit. c. 27. n. 50.

Abſentia magnam vim habet ad diſſoluendam amicitiam. c. 27. n. 61.

Amicitiæ ſicut picturæ ex diſtanti loco exploranda eſt fides. ibid.

*Acceptio perſonarum.*

Pro maximo delicto ſacerdotibus, & iudicibus adſcribitur perſonarum acceptio. cap. 18. nu. 24.

*Accidia.*

Accidia ſatietati comparatur. cap. 27. nu. 40.

*Accuſator.*

Iniuſtns accuſator talionis pœnam iuſtè patitur. cap. 21. n. 86.

*Admonitio.*

Qui ſuis ipſorum monitis non acquieſcunt, ſunt inſanabiles. cap. 29. n. 2.

Qui ſeuerius quàm par eſt alios corripit, multis caſibus, & ruinis obnoxius efficitur. ibid. nu. 2.

Qui corripiunt, id benignè, & abſque ira præſtent; licet tamen inter corripiendum ſuſpiciones, & vmbras iræ experiri. ibid. num. 3.

Qui monita præpoſitorum contemnunt fragiles, vt fictilia vaſa efficiuntur. ibid. num. 4.

Et temporalis necis periculum ſubeunt: vt boues impatienter iugum excutientes. ibid. n. 5. Vide verb. *Correptio.*

*Adoleſcens.*

Ab adoleſcentia labori incumbendũ. c. 24. n. 21.

Adoleſcens qui monita ſalubria, & correptionem libenter ſuſcipit, in ſenectute ſapientia redundabit; ſicut flumina, quæ è longinquo fluenta deriuant, maximam aquarum vim cogunt. cap. 19 nu. 77. Quære. verb. *Puer.* & verb. *Educatio*

*Adulatio.*

Adulator falſæ monetæ adſimilis. cap. 26. num. 129.

Et vaſis quoque teſtaceis argento ornatis. ibid. n. 130.

Quo argumento adulator dignoſci poſſit. c. 26. n. 131,

Adulator nonnunquam ipſam adulationem ficto odio tegere ſolet. ibid. num. 132.

Quibus verbis ad fallendum vti ſoleat. ibid. n. 133.

Adulator ſeptem capitalia delictá præſto habet, vti illis contra eos, quibus aſſentatur. ibid. nu. 134.

Propriiſſima adulatorum vitia inuidentia, & ſuperbia. c. 26. n. 135.

Adulatio ad inſtar olei penetrat, & emollit animum. c. 18. n. 30.

Adulatores fugiunt homines ſeueros, & veritatis amatores. c. 26. n. 146.

Adulatoris os lubricum plurimarum ruinarum cauſa exiſtit. ibid. n. 147. & ſeq.

Adulatores carpuntur. c. 24. n. 102.

Adulatores vitiis virtutum nomina imponunt ibid. n. 103.

Adulatoris, & phalangiæ collatio. c. 27. n. 36.

Adulatoris, & ſalutatoris matutini concinna comparatio. c. 27. n. 79.

Adulationis plura incommoda c. 27. n. 72.

Vir prudens adulatores pro vituperationibus habet. ibid. n. 73.

Adulotores ex familiaribus actores fiunt. c. 26. n. 38.

Adulatores tunc maximè adulantur. cùm obiurgare videntur. c. 18. n. 29.

Adulatorum verba leniſſimi ſunt ictus. c. 18. n. 29.

Vox adulatoris ſimilis vocibus, quas venatores fingunt per fiſtulas ad capiendas aues c. 29. n. 22.

Similis præterea eſt aui, quæ prius capta, & dulce modulans alis ad retia pertrahit. ibidem num, 23.

Adulatoris lingua bifida. c. 28. num. 117.

Adulatoria conſonantia in diſſonantiam tandem diſcedit. ibid. n. 119.

Adulator aſſentationem velut arte coquinaria condit. c. 29. n. 25.

Adulatoris ictus lethales ſunt quia ad intima penetrant. ibid. n. 31.

Adulatores virtutum, & vitiorum nomina permiſcent. c. 17. num. 70. Deo inuiſi. ibid.

Adulator varias aſſumit formas. cap. 17. n. 85.

Polypodis ſimilis. ibid.

Eleganter comparatur aquæ marinæ, & aliis, ibid.

*Adulter.*

Adulter duas res pretioſiſſimas periculo exponit, fortunas, & vitam. cap. 23. num. 121.

*Albedo.*

Albedinem pluribus nominibus à ſimili vocant Hebræi ob inopiam proprii vocabuli. c. 25. n. 43.

*Ambitio.*

Honores nec acceptandi, nec appetendi ſunt plures, quam qui ſtatui, & conditioni cuiuſque congruè aptantur. c. 25. n. 164.

Ambitio ſine termino nunquam dicit, ſufficit, ceu ſanguiſuga. c. 30. n. 128.

Per humilitatem, & ſubmiſſionem aſcendit ad honores. ibid. n. 129.

Ambitio cum flamma componitur. ibid. num. 151.

Vide verb. *Stellio*, verb. *Superbia*, & verb. *Honor.*

*Amicitia.*

Vera amicitia etiam demortuis amicis durat. c. 19. n. 17.

Amici ne ſe inuicem probris appetant. ca. 25. n. 35.

Ne his ictibus confoſſa moriatur amicitia. ibidem.

Separatio ab amico morti ſimilis. ibid.

Amicitia à pleriſque malis amicos protegit. c. 25. n. 36.

Amicitiam colere glorioſum ac liberale. ibid. n. 37.

In parandis amicis vitem, aut polypum imitari oportet. ibid. n. 38.

Amicitia præſtat neceſſitudini, & conſanguinitati c. 18. n. 94.

Amico altero diffidente, & iram concipiente, alter non obniti, ſed cedere debet. cap. 27. n. 99.

Duorum amicorum vnio, & concordia fortiſſimum, ac robuſtiſſimum vtrumque reddit. c. 27. n. 102.

Voces in muſica ſibi cohærent aut per Vnitonam, aut per imparium conſonantiam: priorem conſonantiam imitatur amicitia; poſteriorem ſocietas coniugalis, & Oeconomica. cap. 19. n. 49.

Amici nec ſæpius adeundi, nec crebris poſtulationibus exhauriendi. cap. 25. n. 86.

Superiores ſapientia, inferiores mollioribus verbis conciliantur. cap. 25. num. 78.

Amicitia ſi modum non habeat, in odium vertitur. ficut mel in bilem. ibid. num. 79.

Amicitiæ conciliandæ nullus aptior modus, quàm ſi nullius delicta dicas, aut benefacta taceas. c. 17. n. 41.

In amicitia antiquitas, & immortalitas commendatur. c. 16. n. 58.

Amici antiqui certior eſt fides in rebus aduerſis, quàm fratris. ibid. num. 59. & ſeq.

Amicitiæ claudicantis deſcriptio. cap. 25. num. 94.

Qui vult diſcedere ab amico, ipſe ſibi cauſas diſſidiorum fingit. cap. 18. num. 3.

Qui veteres amicos poſtea inuiſos habet, lemmate oculorum laborat, & in tenebris pugnat. c. 18. n. 4.

Amici iniurias iam oblitas refricare non debent. c. 17. n. 40.

Amici verè ex animo nunquam multi. cap. 19. n. 11.

Amicitia triplici de cauſa labefactari ſolet. cap. 17. n. 76.

Qui ſecunda fortuna amicus eſt, non in aduerſa, temporis amicus eſt, non amici ibid.

Amicus longo tempore explorandus. ibid.

In calamitate eius fides cognoſcitur. ibid. n. 77.

Verus amicus melior quàm frater, ibidem. num. 78.

Amicos ſecunda fortuna concipit, aduerſa cum doloribus in lucem edit. ibid.

Amicorum delectum habere oportet, & abſtinendum à familiaritate iracundi. cap. 22. n. 129.

Amicus infidelis ſimilis denti putrido, qui tamdiu vacillat donec euellatur. c. 25. n. 93.

Similis etiam pedi laxo ac luxato. ibid. n. 94.

Aurum mundum, & defæcatum verum amicum ſignificat, quare ſicut aurum igne, ita etiam amicus periculis examinandus. c. vigeſimo ſecundo, num. ſexageſimo tertio.

Amici per ſonitum, & tinnitum ſicut moneta explorandi ibid.

Quæ in amico infideli reponitur fiducia, ſimilis denti poroſo, & pedi laxo. c. 25. n. 95. & ſeq.

Infidelis amicus ſodalem ſuum fame perire ſinit. ibid. n. 96.

Nullum auxilium ab ipſo ſperandum. ibid.

Qui amico infideli vtitur, dens putridus ac pes laxus exiſtit. ibid. num 97. & 98.

Similis ei qui lucernam amiſit in die frigoris ibid. num. 99.

Pluribus iniuriis, & contumeliis expoſitus eſt ibid. num. 100.

Infidelis amicus ſimilis pedi claudo aut luxato incedenti per rupem aſperam. ibid. n. 102. Quære verb. *Abſentia.*

*Anima.*

Anima tanquam bonorum omnium maximum agnoſcenda, & æſtimanda eſt. cap. 19 n. 5.

*Annulus.*

Annuli cur geſtentur in digito minimo proximo. c. 17. v. 8. n. 35.

*Appetitus.*

Appetitus, vt ſeruus, ſubditus ſit rationis imperio. c. 30. n. 201.

Non eſt cibandus, ne ſaturatus inſoleſcat. ibid. n. 202.

Voluptas molitur præſtigias appetitui, vt fœminæ: non rationi, vt viro. ibid. n. 203. Vide verb. *Voluptas.*

*Aqua.*

Aquę Oceani ceu veſtimentum præcinguntur. c. 30. n. 39.

Terra etſi ſublimior mari, marinas aquas velut pannus altius ebibit. cap. 30. num. 37.

*Aquila.*

Aquilæ ſæuiunt in filios, & in parentes. c. 30. n. 169.

*Aquilo.*

Aquilo ventus eſt ſiniſter re ipſa, ſed nonnunquam *themam.* id eſt, dexter vocatur. cap. 27. n. 90.

Aquilo in quibuſdam terræ plagis nubes cogit, in aliis diſſipat. cap. 25. num. 140.

Quanam ratione Aquilo pluuias generare dicatur, & huius rei analogia. ibid. num. 147.

*Aſtutia.*

Viri aſtuti, & portæ alicuius, quam vulgus appellat *leuadiza*, ſimilitudo. c. 23. n. 60,

Euſdem deſcriptio ibid. num. 67. & ſeq.

Qui aſtutè dolos parat alteri, ipſiſmet ipſe irretitus corruit. cap. 29. n. 24. Quære verb. Dolus. Fraus. *Calliditas.*

*Auaritia.*

Auaritia vbi animum obtinuit, quotidie creſcit, & extendit cor ad plura appetenda cap. 21. num. 20.

Dilatat conſcientiam, & facem præfert ad peccata ibid.

Auaritia nouali ſimilis in feracitate peccatorum. ibid. & cap. vigeſimo ſecundo v. 8.

Auaritia litibus, & iurgiis pluribus cauſas offert. c. 28 n. 130.

Auarus vanam diuitiarum imaginem amplectitur, & effigiatæ pecuniæ cultum exhibet. c. 30. n. 78.

Anima pro victima eſt auaritiæ idolo in mente excuſo. ibid. n. 79.

Ad nutum obedit huic idolo. ibid.

Anima ſacrificantis eidem mactatur. ibid. n. 80.

Statuam Babylonicam adorat auarus. ibid. n. 81.

Auaritia perfidiæ vicina ad veram idolatriam ſenſim pertrahit. ibid. num. 82.

Auarus idolatra eſt. Eius idolatria in quonam ſita ſit. cap. 30. num. 71. 72. 73. & 74.

Latriam exhibet idolo auaritia præſidi. ibid. n. 75.

Solum decet auaritia eum, qui Deum neſcit. ibid. n. 76.

Contractis manibus adorat opes, vt Ethnicus idola. ibid. n. 77.

Auaritia inuidiæ parens, ac viciſſim inuidia auaritiam parturit. cap. 28. num. 112.

Auaritia inuidiæ coniuncta fœlicitatem quamlibet in miſeriam transfert. ibid. num. 113.

Auaritia inferno ſimilis; cruciatum gehennalem ſuſtinet. cap. trigeſimo, num. 137.

Auarus ſimilis ſepulchro. ibidem. num. 138.

Auari cum meretrice comparatio. ibid. n. 143.

Auari cum hydropico, & cum ſitienti tellure comparatio. cap. trigeſimo, num. 146.

Cum ægroto ſiti acri laborante. ibid. num. 148.

Arenæ ſimilis. ibid. n. 149.

Diuitiarum ſitis cum illa quam patiebatur diues auarus in inferno confertur. ibid. num. 147.

Item ſimilis eſt auaritia igni. ibid. num. 150.

Auaritia ſanguiſugæ ſimilis c. 30. n. 124. & n. 126.

Cupiditas augendi opes peccatorum colophon. c. 28. n. 101.

Auaritia ſibi, & aliis inutilis. cap. 19. n. 89.

Auarus cùm aliquid donandum ſit, anguſtias parturientis experitur: & ſi quid donat, non partus, ſed aborſus dicendus eſt. c. 21. n. 73.

Auari ne promittere quidem audent. c. 17. numero. 103.

Auarus ne oculos quidem in pauperem iacere vult. c. 28. n. 137.

Non vnam tantum ſed multas paupertates ſibi acceſſit. ibid. n. 138

Hominis auari deſcriptio. cap. 25. num. 62.

Auarus non ſibi, ſed liberalibus opes congregat. c. 28. n. 43.

Auarus pecuniis parcens, verba liberaliter dat; quibus qui fidit, vanas eorum eſſe promiſſiones experitur. cap. decimo nono, n. 18.

Auaritia alia in pecuniis, alia in verbis reperitur; hæc priori turpior. ibid.

Auari aliorum bona diripiunt, ſed ex illis non diteſcunt. cap. vigeſimo octauo, num. 25.

Auarus malos oculos habet. Et qualia ſint eorum vitia. c. 28 n. 111.

Non habet oculos humanos, ſed felinos. ibidem.

Auaritiæ inuidia copulata eſt. ibid num. 112. Vide verb. *diuitiæ*, & *diues*, & verb. *eleemoſyna.*

*Auditor.*

Non ſolum ſapientes, ſed etiam ſtultos audire oportet. c. 27. n. 100.

Auditorem docilem imprimis reddet orationis partitio, & nexus cap. vigeſimo ſecundo. n. 111.

Auditorem nihil æque beneuolum, & docilem reddet, quàm comparandæ doctrinæ breuitas: id reperitur in doctrina Chriſti. c. 22. n. 102.

Huius doctrinæ magiſter Deus eſt ibid. num. 103.

Auditor ſimilis fit animantibus ruminantibus; id eſt, cùm audit ſimilis ſit edentibus; & cum audita ad memoriam reuocat, ſimilis ſit ruminantibus. cap. 22. n. 96. Vide verb. *Admonitio*, & verb. *Correptio*, verb. *Doctor*, *doctrina*, & verb. *diſcipulus.*

*Aures.*

Aures tanquam bilances verborum pondera excipiant. c. 29 n. 91.

*Aurum.*

Aureus ad colorem notandum aliquando aſſumi ſolet in ſcriptura. cap. 25. num. 50.

B

*Baptiſmus.*

Veſtitur aqua qui baptizatur. cap. 30 n. 31.

Baptiſmus ex adulteris reddit in fide virgines. cap. trigeſimo, num. 179. ibid. n. 198.

*Belial.*

Belial diuerſis in locis vana ſignificat in ſcriptura. c. 19. n. 101.

Diabolo ſæpè tribuitur, & non raro ponitur, ad ſignificandum hominem diabolo deuotum, ſummè ſceleratum, & in omni malitiæ ſpecie perditum. ibid.

*Bellum.*

Scientia rei bellicæ robori, & lacertis præſtat c. 21. n. 96.

Pietas, & religio Ducis victoriam parit. ibidem.

Bella non viribus, & lacertis, ſed induſtria, & ingenio gerenda ſunt: ſicut nauis ingens clauo abſque magna vi regitur. c. 20. n. 66.

Dux in bello Deum ſibi promereri, & placare imprimis debet; quia nec peritia rei militaris, nec robur ad victoriam parandam aliquid poteſt, Deo aduerſante. cap. 21. num. 126.

Bellum cum naui comparatur. Rex naucleri vices gerit. Strenui duces clauo & anhoris comparantur. c.20.n.67. Quære verb. *Imperator*, & verb. *Dux*.

*Beneficium.*

Beneficientiæ vis maxima ad diſcordias tollendas. c 25. n. 141. & ſeq.

Beneficium quod tempore opportuno confertur gratius eſt. capite decimo ſeptimo, n. 37.

Beneficium militare tormentum cap. 18. n. 69.

Qui beneficium conferens verbis offendit accipientem, iniuriam potius, quàm gratiam irrogat. cap. vigeſimo ſeptimo, num. 80. & ſeq.

Beneficii accepti immemor, rixæ initium præbet. c. 17. n. 66.

Beneficiorum memoria debet eſſe dolium non pertuſum. ibid. Quære verb. *Donum &, munus.*

*Benignitas.*

Conſcientia propriorum delictorum, benignitatem ſuadet. c. 18. n. 62. Quæ verb. *Admonitio, &* verb. *Correptio.*

C

*Cæcitas animi.*

Profundum peccatorum eſt animi cæcitos. c. 18. n. 10.

*Cain.*

Caini timor ac tremor poſt necem Abel deſcribitur. c. 28. n. 91.

*Calculus.*

Calculi dies notabant Antiqui candidis fælices, nigris infelices. cap. vigeſimo, num. 62.

Calculus ſignificat ſententiam: candidus abſolutionis, niger damnationis. ibid.

*Calliditas.*

Callidus ſignificat modo prudentem: alias aſtutum c. 22. n. 11.

Vir callidus nunquam ſibi ſimilis, à ſe ipſo paſſim diſcedit. c. 21. n. 40.

Proteo confertur in mutationibus. ibid.

Viam aliorum deſerit, & nouam ingreditur. ibid. Quęre verb. *Aſtutia. Dolus. Fraus.*

*Canis.*

Canes herbam quandam edentes vomitum ſibi mouent. c. 26. n. 92.

Canem auribus tenere quid ſignificet. c. 26. n. 108.

Canis cùm ſæuit, aures ſibi attrectari non ſinit. ibid.

*Contemptio redemptio.*

Captiuorum redemptio ſuadetur. c. 24. num. 47.

*Carmen.*

Carminis plures acceptiones in ſcriptura. ca. 25. n. 109.

*Caſtigatio.*

Stulorum caſtigatio multis ſimilitudinibus adumbratur, capit. vigeſimo ſeptimo, nu. 126. & ſeq.

Stultus flagellis & correptionibus non emendatur. cap. vigeſimo ſeptimo, num. 126. & ſeq.

Stultus non ſolum ſupplicio, ſed etiam inſtructione eget ad emendationem. ibid. num. 128.

Cum ſtultis, & vecordibus non verbis, ſed verberibus agendum. cap. vigeſimo ſexto, num. 13.

Nimia velocitas fræno coercenda, & tardita flagello incitanda, ibid. num. decimo quinto.

Caſtigationis vis ad ſtultos coercendos. c. 6. n. 16. & n. 24.

Exemplo equi, & aſini, ibidem num. 16. Quære verb. *Correptio.*

*Caſtitas.*

Pudicitiæ meritum id aſſequitur, vt cum Deo familiaritate vti poſſit. ca. vigeſimo ſecundo, n. 68.

Sicut metalla igne, ita mundicia caſtitatis tentationibus perficitur: & igne charitatis hunc tamen Charitatis ignem ipſa Caſtitas accendit. ibid. n. 69.

*Charitas.*

Qui de alienis malis lætantur, alios experiuntur in ſuis laboribus geſtientes. cap. 12, verſ. 5. num. 19.

Charitas, patientia, & ſcientia vna ſine altera ferè reperiri non poſſunt, quia trium dimenſionum naturam imitantur, ſcilicet profunditatis, longitudinis, & latitudinis. cap. 16. nu. 3.

Charitas, & ſpes futurorum oculos ad cælum attollunt, capit. vigeſimo primo, num. decimo octauo. Quęre verb. *gratia*, & verb. *Amicitia.*

*Chriſtianus.*

Chriſtianis regnum cœlorum non per ſimulatiónem capeſſendum, ſed publica oſtentatione honeſtatis, & fidei. c. vigeſimo ſecundo. n. 22.

*Chriſtus.*

Chriſti Domini aſcenſio, vt Aquilæ ad cœlos voluntatis. ca. trigeſimo, num. 178.

Eius reſurrectio vt via, colubri in petra. ibid. num. 178.

Chriſti Domini aduentus, & eius ad cœlos reditus volatui Aquilæ ſimilis, incomprehenſus captu cap. 30. num. 195.

Comparatur petræ, per quam tartareus coluber repit. ibid. n. 196.

Nauis eſt. ibid. n. 199.

Catulus leonis. ibid. num. 230.

A Chriſto ſponſionem pro nobis factam recipiens Pater, pignoris loco lecti ſtramenta abſtulit. cap. vigeſimo, num. quinquageſimo octauo.

Chriſtus Dominus quomodo inſipientiſſimus dici queat. cap. trigeſimo, num. vigeſimo nono.

Chriſtus Dominus ſignum eſt, & in profundum, & in altum. cap. trigeſimo, num. 61.

*Cinis.*

Sanguiſuga quæ tenacius hæret aſperſa cinere, è vulnere deſiſtit. cap. trigeſimo, num. 130.

*Ciuis.*

Improbis imperantibus ciuem bonum eſſe, immenſæ cuiuſdam probitatis eſt. cap. 28. num 60.

*Ciuitas.*

Ciuitatis atque hominis corpore, & animo, ratione, & appetitu conſtantis concinna ſimilitudo. cap. 28. num. 142. Quære verb. *Reſpublica.*

*Clementia.*

Qui per manſuetudinem iram frænat à ſe nobiliſſimam reportat victoriam. cap. 20. num. 111.

Clementia, & beneficentia erga probos; ſeueritas, & iuſtitia erga improbos Reges conſeruant. c. 20. n. 107. & 108.

Sunt fortiſſimi Regiæ Maieſtatis ſatellites. ibid.

Iuſtitia cùm Regium latus præcingit vt ſatelles debet eſſe ſemper exarmata: Clementia verò ſemper in procinctu. cap. 20. num. 108.

Iſtæ duæ virtutes ſunt duo excubitores peruigiles, qui Regis animum ſecurum eſſe iubent, vt tuto dormiat. ibid. & 112. Quære verb. *Rex*, & verb. *Princeps.*

*Clepſydra.*

Clepſydræ vſus non ſolum apud Græcos ſed apud Iudæos etiam. c. 17. n. 69.

Illius forma, & ſtructura. ibid.

Illa præſcribebat tempus actioni, aut orationi. ibidem.

*Clypeus.*

Clypeus quondam madido bouis corio tegebatur ad arcendos vibratos ad hoſtibus ignes. ca. 30. n. 46.

*Cælum.*

Vna cum cælis aſcendentibus vſque ad Meridiē Deus videtur aſcendere, & cum eiſdem vſque ad occaſum deſcendere. cap. 30. num. 35.

Inter cœleſtes ſphæras, & Empyreum Cœlum mediat aliquod corpus liquidum. capite vigeſimo primo, numero ſecundo, & cap. 8. v. 28.

*Cogitatio.*

Bonæ, & malæ cogitationis differentia reſpectu arbitrii. cap. vigeſimo quarto, num. 27. & ſeq.

Cogitationis in animo, & Imperatoris in palatio ſimilitudo ibid. n. 28.

Homines ſuis cogitationibus velut innubere ſolent ibid. n. 29.

Ex eiuſmodi nuptiis praua naſcitur progenies. ibid.

Cogitationes malæ vt ſtrangulandæ. ibid. n. 30.

In cogitatione ſola ſæpius perficitur peccatum cum operis copia non eſt. cap. 24. numero 32.

Optima ſimilitudo canis ac lupi, & eius qui mala cogitat, & qui eadem exequitur. ibid. n. 32.

Qui ſola cogitatione peccant, ſtultiſſimi ſunt. ibid. num. trigeſimo tertio. Vide verb. *Conſilium*, & verb. *Cor.* & verb. *Diſcipulus.*

*Concio. Concionator.*

Concio areæ, & auditores granis comparantur. c. 30. n. 5.

Verba concionatoris vt pote Dei debent eſſe ignita. c. 30. n. 45. & 46.

Item ſagittæ ſunt ignitæ ad iaciendum, & clypeus ad munimen. ibid. n. 47.

Equi nomine ſignificatur Doctor ſacer, qui prius inſtruendus eſt quam procedat ad bellum. c. 21. n. 128.

Concinator doctrinæ frumentum populo diſtribuens acceſſiones multas reportat. capite 30. numero. 9.

Serit aures auditorum vberem prouentum demeſſus. ibid. n. 10.

Cur concionatores coruorum nomine nuncupentur. c. 30. n. 155. Quære verb. *Doctor*, verb. *Magiſter.* & verb. *Sermo.*

*Concordantia.*

Qui alios concordat, & paci reſtituit, debet eſſe iniuriarum patientiſſimus c. 26. num. 106.

Similis cani cuius hinc, & inde aures vellicantur. ibid.

In componendis iurgiis difficultas ineſt maxima. c. 26. n. 107. & ſeq.

*Confeſſio.*

Peccata ſua in confeſſione reticentis, ac fontis turbati, ſeu obturati comparatio. c. 25. n. 154.

Peccata quæ in confeſſione quis ſupprimit, alius denunciat. ibid. & n. 255.

Confeſſio mater indulgentiæ. cap. 28. num. 65.

Indignationis De vicaria eſt. ibid.

Superiore corripiente, & obiurgante, delicta fateri reſipiſcentiæ ſignum eſt maximum. ibid. n. 66.

Confeſſio delicti in Eccleſiaſticis iudiciis ad impetrandam veniam inducit. ibid. num. 67.

Confeſſiones delictorum emolumenta. ibid.

Qui prius ſe accuſat peccata confitendo, diaboli guttur ſtrangulat, & vocem illi aufert, quominus ante Deum accuſare poſſit. cap. 18. n. 59.

Confeſſio peccatorum omnes virtutes ſecum trahit. ibid. n. 60.

Eſt catenæ ſimilis. Ex peccatis catena conficitur ferrea, quæ per confeſſionem in auream migrat. ibid.

*Confidentia.*

Qui culpa vacat, confidenter loquitur. c. 18. n. 63.

*Coniugium.*

Amor inter coniuges à Deo datur. c. 18. n. 87.

Felices nuptiæ à quibus Charites non exulant. ibid. n. 88.

In coniugiis eſt metallorum mixtio, id eſt, in mentibus aureis ſunt plumbeæ ſæcularium curarum ſordes. c. 22. n. 69. Quære verb. *Matrimonium*, & verb. *Vxor* verb. *Nuptiæ.*

Deus ipſe inter coniuges glutinis vices agit. c. 19. n. 50.

*Conſcientia.*

Conſcientia propria ſuum cuique vultum concedit. c. 27. n. 116.

Fontes imitatur imaginem referentes. ibid.

Conſcientia proprii facinoris ſeueriſſimè punit, vt videre licet in Iuda, & hæreticis. cap. 29. n. 27.

Conſcientia quaſi rota in qua animus torquetur. c. 20. n. 96.

Bonę conſcientiæ tranquillitatem non perturbant tentationes aut labores. cap. 24. num. 7.

Bonę conſcientiæ ac lecti comparatio. ibid.

Animus benè ſibi conſcius leonis confidentiam imitatur. c. 28. n. 6.

Malæ conſcientiæ, tineæ veſtimentum conficientis, vermiſque lignum perforantis comparatio. cap. vigeſimo, num. trigeſimo, & ſeq.

*Conſilium.*

Conſilia amicorum tanquam pretioſa vnguenta cor exhilarant, & caput roborant. c. 27. n. 53.

In proſperis æquè & aduerſis opportuna ſunt. ibid n. 54.

Conſilia amicorum imitantur vnguenta fidelia, & minimè adultera. ibid. n. 55.

Etiam ab ineruditis & parum doctis licet effluāt hæc conſilia permagni haberi debent. ibid. num. 56.

Cùm multorum conſiliariorum ſententiæ circa rem aliquam concordant nihil non perſuadent. c. 27. n. 109.

Conſilia multorum noſtris deliberationibus firmitatem parant. cap. 20. n. 63.

*Conſolatio.*

Conſolationis vir ad mœſtum cor lætificandum dum. cap. 25. num. 121.

Conſolandi ars optima eſt, mærorem prius, deinde lætitiam & alacritatem afflictis oſtendens. cap. 25. n. 119.

Similitudo ſalis & aceti. ibid.

Conſolatoris lacrymæ ac fletus luctuoſi hominis angorem demulcent. cap. 25. num. 117.

Conſolationis intempeſtiuæ & importunæ ſimilitudo. cap. 25. n. 110.

*Conſortium.*

Impiorum conſortia vitanda, quia reliquis ignominiam ſuam aſpergere curant capite 18. num. 8. Quære. ver. *Amicitia*, & verb. *Societas.*

*Conſuetudo.*

Plantæ & inanima conſuetudine proficiunt. cap. 22. num. 30.

Impius per aſſuetudinem peccandi graueolentiam peccatorum ſuorum non ſentit. cap. 18. num. 14

Conſuetudo peccandi peccatoribus, & peccatis ea præſtat, quæ corporibus centrum. capite 18. & num. 15.

*Contemptus Dei.*

Contemptus Dei peccatorum profundum. cap. 18. n. 11.

*Contentio & Contentioſi.*

Contentioſi peſſimos mores habent. cap. 17. ver. 11. num. 43.

Supplicia illos manent acerba. ibid.

Flagitioſiſſimi hominis eſt contentiones ſemper mouere ibid.

Contentioſi ſæpè alios offendunt qui illos plectant. ibid.

Non eſt turpe, ſed glorioſum ſuſceptas lites & contentiones non vrgere. capite 20. numero 12.

Qui hoc facit, aduerſarium animi magnitudine ſuperat. ibidem. Quære verb. *lis*; & verb. *inimicitia.*

Qui aliis obloquuntur, aliorum iniuriis ſe exponunt cap. 17. num. 80.

*Contrarium.*

Quæcumque concupiſcas, aut poſſideas bona, ſtatim contraria exurgunt. capite 30. numero 132. & num. 133.

*Contumelia.*

Contumeliæ ab ore profectæ difficilis reuocatio. c. 25. n. 29.

Contumeliæ, iniuriæ & infamia apud inſontes nequaquam perſeuerat. capite 26. num. 7.

Elegans huius ſententiæ comparatio. ibid. & n. 5. & ſeq.

Cùm ſemel abierunt, non recurrunt. ibid.

Contumeliæ & probra in alios ſine cauſa prolata ad maledicum ipſum redeunt. capite 26. n. 9.

Similitudo ex auibus petita. ibid.

Huius ſimilitudinis quamplures facies. ibid. n. 19. & ſeq.

Contumeliis temerè dictis ocyus pœnitentia ſubit. cap. 26. n. 12.

Qui amicum contumelia violauerit, vix eundem poſtea verbis placare poterit. capite 24. num. 126.

Contumeliæ nec verbo, nec facto ſunt retaliandæ ibid. n. 127.

Contumeliis alium petens, ſeipſum aculeis ſuis configit. c. 26. n. 71.

Conuitia in alios paſſim iactare ſtultorum eſt. ibid.

Ne ſis contumelioſus in ſordidos homines, ne retorqueant in te probra. capite 20. numero 64. & n. 97.

Et ſicut echo quæ in contumelioſum reuertitur. c. 17. Ver. 4. n. 17

*Conuiuium.*

Lautiores epulæ multiplici ſenſu panes mendacii appellantur. cap. 23. n. 33.

In menſis Principum philoſophari, & ſeria tractare non licet. ibid. n. 35.

In militaribus conuiuiis, & in his in quibus problemata, & gryphi enodandi erant, ſedebant, non diſcumbebant conuiuæ. capite 23. num. 9.

Qualiter in eiuſmodi problematis vel percontandis, vel explicandis ſe gerere debeant conuiuæ ibid. n. 10. & n. 12.

Mos gryphos & problemata inter epulas ferendi, & moris iſtius accidentia. cap. 23. numero 70. & ſeq.

Antiqui inuitatos ad conuiuia per ſeruos vocabant tempore deſtinato. capite 22. num. 117.

Homo epulis & conuiuiis lautioribus deditus in egeſtate hæret c. 21. n. 82.

Quæ conuiuia fugienda. cap. 23. numero. 92. & ſeq.

*Cor.*

Ex ſuo corde de aliorum corde ſtatuere ac iudicare cuiuis licet. capite. 27. num. 112.

Aliorum hominum corda & cogitationes ex ſignis externis agnoſcere difficillimum. ibid. num. 113.

Cor proprium penitus noſſe non minus arduum. ibid. n. 114.

Huius rei ſimilitudo appoſita ex his, quæ in aqueis reſplendent imaginibus. ibidem.

Cordis animique inſtabilitas magna. ibidem.

Latitudo cordis in ſcriptura ſignificat auaritiæ cupiditatem; & etiam quamcunque tranſgrediendi legem temerariam confidentiam, capite 21. numero 19. Quære ver. *Cogitatio.*

*Corpus.*

Qui delicatè nutrit corpus ſuum, filium ſentiet, non vile mancipium. capite 29. num. 69. & 97.

Quam ſit difficilè, cum corpore agere, & quia amicus eſt, & inimicus, &c. ibidem num. 98.

*Correctio & Correptio.*

Correctio debet eſſe benigna, & ſuauis. c. 19. num. 72.

Qui proximos ſuos commonet, medicum imitatur, non hoſtem induat. ibid.

Qui benignè admonet, gratiſſimè auſcultatur c. 18. n. 62.

Qui dociles ſunt, lenius corrigere oportet. c. 19. n. 92.

Seuera correptio ſicut nitrum cum aceto auribus inſtillatum. c. 25. n. 111.

In quibus peccatis auſterior correptio locum habeat. ibid. n. 112.

Homines valdè praui per correptiones deteriores fiunt. ibid. n. 113.

Acris correptio per acetum notatur. ibid. num. 114.

Viros improbos non lenis admonitio, ſed acris obiurgatio emollit. c. 25. n. 114.

Mœſtis ac deſolatis non auſteræ correptiones, ſed molles adhortationes adhiberi debent. ibid. n. 115.

Huius rei luculenta ſimilitudo. ibid.

Correptio morum ab hoſte profecta longè melior eſt quam diſſimulatio ab amico exorta. c. 27. n. 72. & ſeq.

Correptionis amico factæ plures circumſtantiæ. c. 27. n. 31. & 32.

Correptio non debet eſſe proditoria, ſed fidelis, & in faciem. ibid. n. 33.

Correptionis quanta debeat eſſe temperantia, exemplo ſcindentis venam. ibidem num. 34.

Corripi valdè pulchrum ac decorum eſt ei qui corripitur. ibid. n. 35.

Correptionis vulnera valdè ſpecioſa ibid.

Crebræ obiurgationes crebris ac repetitis oculis præferendæ. ibid. n. 37.

Correptionis acrimonia ſale, & gratia nonnunquam delinienda. c. 25. n. 115.

Tunc vel maximè cùm iracundi commonentur. ibid.

Correptionis opportunè factæ, & cum charitate conunctæ concinna comparatio. cap. 25. n. 45.

Correptionis ex amore profectæ optima comparatio ex propinationibus deſumpta. c. 25. n. 61.

Seuera Doctoris correptio inauri aureæ auriculas perforanti ſimilis. capite 25. numero 58. & 59.

Plures huius comparationis rationes afferuntur. ibib. & n. 68.

Sapientes, & ingenui leniter corripiendi ſunt; ſecus ſtulti c. 17. n. 42.

Stulti difficillimè corripiuntur. c. 17. n. 46.

Stultos & nimium improbos caſtigatio, & correptio non emendat, ſed deteriores efficit. c. 26. n. 17.

Sapientes minæ tantum ſupplicij corrigunt. ibid. numero 18.

Oportunitas correptionis ad emendanda delicta maximè conducit, importunitas verò nocet. ibib. n. 20.

Culpa feruente intempeſtiua eſt correptio. ibid. n. 21.

Similitudo ex naturali medendi arte petita. ibidem.

Corripientis mores ac cytharam pulſantis comparatio. cap, 28. n. 117. & ſeq.

Pro correptione gratias referre. ibid.

Cùm corripitur ſapiens in ſe conuertit iram, ſtultus in præceptorem. c. 17. n. 50.

Qui correptionem ægrè fert, ſeuerè à Deo punitur. ibid. n. 61.

Nec à culpa ob quam increpatur, liberabitur. ibid.

Qui corripientibus obloquuntur, ſeuerè tractandi ſunt. c. 17. n. 44.

Corripientes amandi. c. 17. n. 61.

Qui hominem ira feruente corripit aut edocet, ſimilis eſt ei qui auribus tenet canem. c. 26. n. 108. & ſeq.

Sæuior obiurgatio Doctoris proteruiſſimorum hominum delicta expurgat capite 25. num. 118.

Huius rei optima ſimilitudo. ibid.

Opportuna correptio hominem deebriat ac ſibi reddit. c. 25. n. 50.

Alienos ſubditos corripere vel monere periculoſum eſt. c. 26. n. 109. & ſeq. Quære verb. *Admonitio*, & verb. *Doctor.*

*Coruus.*

Coruorum in filios ſæuitia. c. 30. numero 167. & n. 168.

Filii coruorum crudeles in parentes. ibidem n. 170.

Per coruum docet Deus Heliam clementiam ibid. n. 171.

De *coruis* lege plura. ibid. toto verſ. 17.

*Crudelitas.*

Crudelitas hoſtes multiplicat regibus. c. 20. n. 108. Quære verb. *Clementia* & verb. *Benignitas.* verb. *Clementia*, & verb. *Rex*, & verb. *Princeps*, & verb. *Ira.*

*Culpa.*

Morti culpa vectigal ſoluit. c. 22. n. 33. Vide verb. *Peccatum.*

D

*Dæmon.*

Dæmones per quietem homines ſpectris perterrere ſolent. ca. 19. n. 85.

*Delator.*

Delatores Rempublicam velut mare aduerſis fluctibus concuſſum turbant; probi ciues tranquillant. c. 29. num. 33.

Et vt venti validi vnius domus incendium ad alias deuehunt, totamque incendunt vrbem. ibid. n. 34.

Diſſipant leues ciuium animos, velut ſtipulam flatus validus. ibidem num. 35.

Item illaqueant ciuitatem. ibid. n. 36.

Qui delicta proximi ſine cauſa ad iudicem defert, defertur etiam & reconuenitur de propriis criminibus. c. 30. n. 88.

*Delitiæ.*

Delitiæ ſapientes, atque inſipientes dedecent. capite 19. numero 24. Quære verb. *Voluptas*, & verb. *Libido*, & verb. *Luxuria*, & verb. *Ebrietas.*

*Deriſor.*

Deriſor eiiciendus à communitate ſicut Lyricen repellit neruum, qui totam lædit harmoniam. c. 22. n. 54.

Deriſoribus ſeuerum imminet iudicium. c. 19.

Deriſores nullis maiorum correptionibus corriguntur. c. 19. n. 93.

*Deſiderium.*

Deſiderium & expectatio res dulces efficit; adeptio verò earundem faſtidium ingerit. c. 28. n. 41. Quære verb. *Spes.*

*Deſperatio.*

Deſperantes ſimiles illis qui ſe ſuffocant in eo quod viam occludunt ſpiritui ne intret ad eos: & precibus, ne foras exeant. capite 29. num 29.

Deſperatio ex multitudine peccatorum, vel ex grauiſſimo aliquo peccato naſcitur: & ex deſperatione fręna peccatis laxantur. cap. 18. num. 13. Quære verb. *Spes.*

*Detractio & Detractor.*

Detractorem cum voluptate audire ægritudinis animi ſignum eſt.

Detractiones & maledicta facies triſtis eius qui audit, compeſcit. c. 25. n. 149.

Sicut aquilo diſſipat nubes. ibid.

Detractionis & peſtilentiæ comparatio. cap. 24. n. 45.

Detractoris pęna digna. ibid.

Is cuius bona opinio & fama detractionibus lęditur, vix aliquando eandem recuperat. ca. 25. n. 158.

Detractores plerumque mendaces. capite 20. n. 45.

Cum ſpinis & zizaniis conferuntur, quæ triticum creſcere non ſinunt *Zizanadores.*

Atque adeo vt zizania eradicandi. ibid.

Detractio incidens in ſermonem obtrectatores plurimum oblectat. ca. 25. n. 145.

Detractio lacrymas mouet his quorum fama lęditur. ibid. n. 146.

Proximorum vitia non detractionibus deputanda, ſed potius honeſtis nominibus quoad fieri poteſt, coloranda ſunt. capite. 27. num. 91.

Detractor cunctorum odium ſibi accerſit. c. 24. num. 33.

Detractores ceu ligna ignem, ſic diſcordias nutriunt. c. 26. n. 117.

Detractorum & conferentium ſymbola in conuiuiis comparatio. c. 23. n. 102.

Detractor vt ſanguiſuga tabido & putrido ſanguine alitur. c. 30. n. 114.

Detractor pietatem obtendens famem proximi admordet. cap. 18. n. 32.

Detractoris lingua lancea eſt, quæ tres penetrat vno ictu: crudelior eſt mucrone; & nocentior ſpinis & clauis, quibus Chriſti corpus confoſſum eſt. ibid.

Probus vir detractorum voces, ceu prædura cautes retorquet echo cap. 30. n. 56.

Guttur detrahentis ſepulchrum vacuum ſimile Zenotaphio. ibid. num 57.

Qui reges & principes mordent, ſeuerè punientur. cap. 17. n. 82.

Varias habent linguas. c. 17. n. 85.

Detractoris dicta confirmat. cap. 17. n. 16.

Detractor multos experitur ſui detractores, & talione punitur ibid.

*Deuotio.*

Deuotio olim appellabatur, cùm aliqui vouebât nihil cibi, aut potus ſe ſumpturos donec aliquid conficerent. cap. 20. n. 86. & 87.

*Deus.*

Deus ſingulas cordis cogitationes ſubducit, atque adeo ſæpius opera exterius honeſta propter elationem repudiat cap. 21. num. 14.

Cùm homines deſtituti ſunt humano auxilio, tunc præſto adeſt Deus. cap. 29. num. 57.

Et pauperis oppreſſi, & diuitis opprimentis miſeretur Deus. ibid. n. 58.

Perſcrutatio Maieſtatis Diuinæ nimis curioſa valdè periculoſa eſt. cap. 25. num. 162.

Deus omnium rerum teſtis oculatus: quare dolos impoſtoris euincit, & falſitatem eius palam facit. c. 22. n. 73.

Speculatio nimia Diuinorum non nutrit mentem, ſed inflat; ſicut plurimus mellis eſus ventrem. cap. 25. n. 163.

*Diabolus.*

Diaboli cupiditas homines ad orcum defendi, amplior eſt ipſo Orco. cap. 30. num. 135.

Diaboli cum ſanguiſuga comparatio. cap. num. 117. Quære verb. *Dæmon.*

*Diſcipulus.*

Diſcipulus debet eſſe ſimilis vaſi, quo aqua ex profundo puteo extrahitur. capite. 20. numero 20.

Debet eſſe ſilens, nè effundat audita; docilis, vt ſeſe adaptet doctrinæ; perſeuerans, vt ad profundiſſima pertingat; robuſtus ne langueſcat. ibidem.

Vir ſapiens aliorum cogitationes & conſilia vel abdituiſſima, ſicut aquas in terræ viſceribus acie ſua attingit & extrahit. *Es cahori delos penſamientos.* c. 20. n. 21.

Auditor doctrinæ tunc vtilis exiſtit, cùm tranſgreſſiones eiuſdem vitat, & pro ea tuenda mala tolerat. capite 19. numero. 27. Quære verb. *Doctor & Doctrina*, & verb. *Auditor*, & verb. *Concionator.*

*Diſcordia.*

Cùm è duobus alter non vult rixari & iurgari, perit iurgium. capite 26. numero 118.

Vbi omnes eadem ſentiunt, nullus manet locus diſcordiis, ac iurgiis ibid. numero 119. Quære verb. *inimicitia*, & verb. *lis.* & ver. *Contentio.*

*Diues, diuitiæ.*

Diuitiis auctis & homo ipſe, & ſcelera multiplicantur cap. 29. num. 69.

Diuitiæ ab ſceleratis hominibus poſſeſſæ multorum ſcelerum materiam ſubminiſtrant. ibid. num. 70.

Diuites iniuſtas lites contra pauperes mouent, vt illorum bona per vim diripiant capite. 22. num. 119.

Dominus tamen pro pauperibus litigabit ibid. n. 122.

Diuitum probitatem pauperum libra examinat. cap. 28. n. 58.

Diuites iudicandi ſunt à pauperibus ibid. num. 59.

Diuiti opes carcerem potius exhibent, quam munimentum. cap. 18. n. 42.

Diues commandit & deuorat pauperis ſubſtantiam. cap. 30. num. 109.

Non ſecus ac minores piſces in maiorem eſcam cedunt ibid. n. 110.

Diuitiæ male partæ manuum vincula & poſſeſſores earum mancipia. ibid.

Pedum catenæ. ibid.

Funes, vincula quibus ſontes in equuleo vel cataſta torquentur. ibid.

Quæſtores mortis. num. 33.

Diuites durum imperium in pauperes ne exerceant, quia ſæpè accidit, vt neceſſitas ipſa eos ad hanc ſeruitutem adigat per côuerſionem fortunæ. capite 22. num. 38.

Diuites qui iniurias in pauperes iaciunt, eaſdem & duriores metunt, explicatur exemplo ſeminis terræ fertili commiſſ. ibidem numero 39.

Iniuriarum, quibus pauperes oppreſſerunt, talionem dabunt: imò & crudeliorem pœnam, & maiores moleſtias ſubire cogentur. ibidem num. 40. & 41.

Eadem virga percutientur qua ipſi pauperes contriuerunt. ibidem.

Opes fraude quæſitæ initio dulces, ſed poſtea amaræ ſunt. capite 20. numero 59. 61. & 62.

Fortunæ nimis celeriter comparatæ cum iniuſtitia creſcunt, ſed tamen in fine decreſcent, & peribunt. capit. vigeſimo, num. 78.

Diuitiæ iniuſtè captæ homicidæ; captiuum imitantur, qui fugam ſemper meditatur: nam ad proprium poſſeſſorem fugere ſemper moliuntur. capit. vigeſimo primo, num. 37.

Sunt ad inſtar hoſpitis in domo iniuſti poſſeſſoris ibid. num. 38.

Diuitiarum ac fluuii rapidiſſimi comparatio, cap. 28. num. 50.

Alii tranſeunt per opes; per alios opes ipſæ pertranſeunt. ibid. num. 51.

Ex paupere ditem fieri difficile; ex diuite ditiorem euadere facile ac pronum probatur. cap. 24. num. 8.

Aptatur huic ſententiæ ſimilitudo, ac diſſimilitudo ex edificio, ibid. num. nono.

Diuitię ſimiles meretricibus vultum fucantibus. cap. 24. v. 2.

Hunc fucum ſuccedens paupertas delet. ibidem.

Diuitię tunc demum conſtantes ac firmę ſunt, cum eas probitas tanquam faber ædificat, & veluti fundamentum ſuſtinet. cap. 24. num. 3.

Ille etiam conſtantes ſunt quæ labore, & induſtria parantur ibid. num. 5.

Iuſta induſtria & labor opes tanquam domum

quampiam non inchoat ſolum, ſed etiam abſoluit cap. 24. num. 6.
Viri probi eſt neceſſarias ad vitam opes parare, & partas tueri. ibidem.
Qui diuites ocyus fieri volunt incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. cap. 28. num. 100. & ſeq.
Similes ſunt auibus per infeſta loca tranſuolantibus. ibid.
Diuitiæ multos amicos, ſed non veram amicitiam colentes pariunt. capite 19. num. 11.
Paupertatem & diuitias procul ab ſe arcendas exoptat Salomon. cap. 30. num. 62.
Pauper diuitias deſiderat vt mœrenti animo lætitiam inſpirent. cap. 21. num. 79 & 80.
Diuitiæ quoſdam curis, & metu, alios lætitia afficiunt: hac de cauſa. cum vino comparantur & cum oleo. ibid.
Sicut piſces minores cedunt in eſcam maioribus, ſic qui pauperes opprimit vt diteſcat, ab alio ditiori ex Dei prouidentia deuorari ſolet. cap. 22. num. 91.
Et hæc eſt minor huius peccati pœna. ibidem. num. 92.
Diues homo pictus, pauper homo verus. cap. 18. num. 43.
Diues propter diuitias elatus nullo impellente ruit. ibid. num. 44.
Diues & pauper vterque picturam exercet. cap. 18. num. 44.
Venis turgentibus ſi emiſſio ſanguinis fiat, corpus leuatur, & ſanguis remanens à corruptione liberatur.
Si verò non fiat emiſſio, totus ſanguis tabeſcit, ſic diuitiæ ſi affluant, & nullæ eleemoſynæ impendantur, omnes malè pereunt: at ſi aliqua pars impendatur, reliquas facultates à iactura vendicat cap. 21. n. 73.
Diuites fortunæ commutationem timentes neminem lædere debent. cap. 28. num. 114.
Theſauri iniuſte quæſiti facilius diſſipantur, quam fumus vel vapor tenuis. cap. 21. numero 30.
Eorum proprium eſt animum vincire, & arctius ligare. ibidem. num. 31. & 32.
Diuitiarum triplex vinculum. ibidem.
Auarus ſemper quærit diuitias, quas appellat Salomon concupiſcentias malas; malas, quia moleſtæ: concupiſcentias, quia non ſatiant. cap. 21. num. 108.
Diuitiæ ſapientiæ maximè obſunt. cap. 17. num. 71.
Diuitiæ quomodo malæ. ibid.
Diuitias qui iniuſtè ſibi cumulat excidium ſibi parat ibid. ver. 17. n. 73.
Qui ad ampliſſimas facultates comparandas animum intendit, inopiam ſibi accerſit, ſecus qui cogitationes ſuas contrahit. cap. 21. num. 27.
Diuitiæ murus, & munimentum fictum. ca. 18. n. 43.
Diuitias qui augere poteſt induſtria ſua, & non auget, magnę frugalitatis laudem habet c. 23. n 38.
Induſtriæ in parandis diuitiis terminus eſſe debet neceſſitas. ibid.
Diuitiarum in conſtantia cap. 23. num. 43. & 45.
Cum Aquilis conferuntur altiſſimè volantibus ibid.
Et quæ nulli auium in prædam cedunt. ibid. n. 46.
Diuitiæ ſolo habendi deſiderio non parantur niſi accedat induſtria ibidem numero 47.
Qui ad ingentes opes induſtria ſua contendunt earum quas habent iacturam facere ſolent ibid. n. 48.
Et huius pulchra ſimilitudo ibid.
Deſiderium habendi nunquam expletur ibid. n. 49.
Diuitias Deus erogat, atque adeò ab ipſo poſtulandæ ſunt. ibid. n. 50.
Diuitiæ iniuſtè partæ ocyus dilabuntur. Apta huiuſce rei ſimilitudo ibid. num. 51.
Diuitiæ malè partæ non ſolum ipſæ malè pereunt, ſed etiam iuſte quęſitas conſumunt capitę 23. n. 52.
Et plures huius rei ſimilitudines. ibid.
Quære verb. *eleemoſyna*, & verb. *auaritia*.

*Dogma.*

Falſa dogmata non ſunt audienda, quia ſæpius repetita mentibus paulatim impoſturam faciunt. c. 19. n. 97. Quære. verb. *Hæreticus*.

*Doctrina, Doctor.*

Sapientia, & doctrina quæ corde ſapientis latet, ſimilis eſt aquæ in puteis altiſſimis ſcaturienti. cap. 20. n. 19.
Propter perennitatem, puritatem, & refrigerationem, & alia quæ in aquis ſimilibus reperiuntur ibid.
Dicitur etiam ſimilis puteorum aquis quia quo plures ab iis aquas doctrinæ extrahunt, eo amplius redundant. ibid. n. 20.
Doctores debent libenter diſcipulis dogmata ſua haurienda tradere ibid.
Doctorem Deus ferit peritum propter diſcipulum, & diſcipulum propter magiſtrum. c. 20. n. 43.
Doctrina quę nunc aſpera, & difficilis ad aſpectum videtur ſi reipſa executioni mandetur, amæna, dulcis, & delectabilis fit c. 22. num. 96. & c. 3. v. 17.
Doctrina vbi mentem inſedit ſtatim labia ſoluit, & fandi materiem offert. ibid.
Doctrina ſicut cibus in animo reficit, in ore delectat, prius tamen deuoranda doctrina, & poſtea dulcedinem cauſat, in quo differt ab aliis cibis ibid.
Qui bene docendo loquitur ſatis amplum fructum inde refert. cap. 18. num. 73.
Verba doctoris cum floribus, cum foliis, & cum fructibus comparantur ibid.
Doctor ex progreſſu, & eruditione diſcipuli impensè lætatur cap. 23. num. 87.
Doctoris ac matris puero adblandientis comparatio. ibid. & num. 88.
Diſcipuli non perfunctorie docendi. ibid. num. 90.
Qui accipit verba doctrinæ à magiſtro, velut mutuo accipit, atque adeò ſeruus eſt fœnerantis, & debitor adimplendi audita; quas vſuras iure exigit Doctor. capite 22. n. 37.
Doctorum ora perennes fontes imitantur cap. 22. n. 97.
Sunt architecti, quæ prima fundamenta iaciunt ſupra quæ licebit attollere alia multa præclara dogmata ibidem. num. 98.
Doctrina non eſt aliis claudenda, nè proſit; non eſt effundenda, nè deficiat, ſed potius inſtillanda vt duret, & erudiat, capite. 18. num. 23.
Qui ad docendum alios accedit, prius debet ipſe edoceri cap. 18. num. 87.

Doctor ſeuerus auditori beneuolo ſic accommodatur, & aptatur, ſicut fulgens margaritum inauri aureæ cap. 25. n. 54.
Doctoris monita ſi beneuolum habeat auditorem, non auribus tantum inſonant, ſed & in animum influunt. ibid. num. 55.
Sunt ſcilicet inauris auribus inſerta vel monile ſuper cor pendens. ibid.
Inſipiens homo dum doctrina aut correptione auditores nimium vrget eos irritat potius, quam mouet cap. 26. num. 72.
Improbus vir bonam, & vtilem doctrinam audiens, nec ſecundum illam graditur, nec ſecundum illam agit. ibid. n. 73.
Qui pro ſua doctrina in mala tolerat, & eidem mores ſuos accommodat, eidem authoritatem, & fidem conciliat, cap. 19. num. 27,
Doctoris, & magiſtri neceſſitas. cap. 17. v. 17. n. 74.
Eam doctrinam quam alteri propinat Doctor ipſe prius deguſtare debet capite. 25. numero 61.
Doctore opus habent etiam qui ſapiunt. c. 23. n. 97.
Qui ſibi ipſi ſapit, ſimilis aquæ ſtagnanti. ca. 18. num. 23.
Doctrinæ ſacræ ac mellis comparatio. c. 24. n. 56. & ſeq.
Eiuſdem vtilitas ad ſalutem animi, & dulcedo ad delectationem. ibid.
Doctrina auditori eſt accommodanda. c. 18. n. 7.
Qui aliorum culpas, quibus ipſe non vacat, ſeuerè nimis carpit, eadem virga ſeipſum repercutit ca. 22. n. 43.
Verba doctoris, qui ſapientiam cum eloquentia copulauit, auro ſimilia ſunt; quare magno æſtimanda, & diligenter ſcrutanda & aſſeruanda ſunt cap. 20. n. 51,
Sententia Doctoris margaritæ ſunt ex auditorum auribus appendendæ. ibid. num. 52.
Has margaritas non quodlibet ingenium, ſed profundiſſimum, & quod cum ſapientia eloquentiam coniunxit, ferre conſueuit. ibid.
Doctoris eloquentis ſermo cum vaſe pretioſo comparatur. ibid. n. 53,
Sicut potatores ſedata ſiti, tunc demum pocula verſant manu, & ſculpturas admirantur; ita auditores primum ſalutaria oratoris documenta ebibant, deinde orationis ornatum contemplentur. ibid.
Sicut vaſius pulchritudo bibendi voluntatem immittit, ita verborum ornatus ad perbibenda ſaniora documenta plurimum iuuat. ibidem. Quære verb. *Admonitio*, verb. *Correptio*, verb. *Concionator*, verb. *Sermo*, & *verbum*.

*Dolus.*

Qui aliis dolos, & fraudes conſtruunt, ſuis ipſi fraudibus pereunt. capite 26. numero 140. & ſeq.
Qui dolos alteri ſtruit, dolo ipſe malo perit. cap. 21. num. 43. Quære verb. *Fraus*, *Aſtutia*, *Calliditas*.

*Domus, & Domeſtica res.*

Tecta domus olim plana erant, & Doctoribus pro cathedris deſeruiebant. capite 21. numero 45.
Fuerunt etiam faſtigiata, & culminata, vt aquæ hinc, & illinc penderent. ibidem, numero. 46.
Domus in ſcriptura deriuatam à maioribus proſapiam ſignificat. cap. 19. num. 44.
Domeſticæ rei ſollicita adminiſtratio hominem idoneum demonſtrat ad publicos magiſtratus gerendos. cap. 22. num. 143. & 144.
Hos Reges ad huiuſmodi munera eligere debent. ibid. num. 145,
Domus non ante ex ædificanda quam quis ex negotiatione aut agricultura diues euaſerit. c. n. 113.
Domus familia ſuauiſſimè ſonat, cum voces diſpares, ſcilicet vxor, filii, ſerui inter ſe, & cum patrefamilias concordantur. capite 19. n. 49.

*Donum.*

Dona iudices ad ebrietatem adducunt. cap. 51. num. 29.
Dona Dei ſuum Authorem manifeſte produnt. c. 25. num. 68.
Præclara huiuſce rei comparatio. ibid. Quære *Liberalitas*, eo verb. *Beneficium*, eo verb. *Munus*,

E

*Ebrietas.*

Ebrietas omnium vitiorum mater. cap. 20 numero 1.
Cum peſte confertur. ibid. n. 2.
Quot damna Regibus afferat ebrietas c. 31. nu. 18. & ſeq.
Regum ebriorum penæ. ibidem, numero. 19.
Alexandri ebrietas, ibid.
Græci calices mero plenos maria appellabant & cur, ibid.
Ebrii Diabolum ſibi aſſidentem habent, Deum ab ſe longè repellunt. ibid. n. 2.
Vinum ceu tyrannus imperat ebriis: ideo Reges abſtemios eſſe oportet, ibidem numero. 22.
Ebrietas omnis ſecreti, & arcani violatrix eſt, ibid. n. 23.
Ebrietas bilem exacuit. cap. 31. n. 24.
Ebrietas eſt mors memoriæ. ibid. n. 25.
In ebrietate miſelli homines Principes ac Reges ſeſe fingunt, Principes verò Deos ſeipſos æſtimant. c. 31. n. 26.
Ebrii numerare non poſſunt res ibid. numero 27.
Ebrietas iudicibus iudicandi peritiam eripit. ibid. d. 28. & ſeq.
Baſiliſcum ſolo aſpectu necantem imitatur vinum c. 23 n. 141.
Simile etiam dypſadi ac Coraſti ibidem num. 142.
Aſpidi etiam in caput & faciem inuolanti æquale exiſtit: ibid. n. 143.
Et ſcorpio in cauda virus gerenti. ibid.
Ebriorum errores, quos ludificatis ſenſibus patiuntur, ibid. n. 144
Ebrietas luxuriam, & libidinem proritat. ibid. n. 145.
Etiam eam quæ eſt contra naturam. ibid.
Ebrii atque Acephali ſimilitudo. ibid.
Ebrietas loquendi ſummam licentiam affert. ibid. n. 147.
Ebrietas rationis naufragium. cap. 23. numero 149.
Temulentus nauem imitatur, quæ rimis actis

aquam recipit, & quę nimio onere depreſſa mergitur, & quæ vadis illiſa in ſicco deſeritur, & quæ ventorum violentia concutitur. ibid. 149.

Sunt in ebrietate Scyllæ, & Charybdes. ibidem.

Vinolenti aſſidua quadam tempeſtate iactantur. ibid. n. 150.

Ebrius ſimilis nautæ in rudentibus dormienti. c. 23. n. 151. 152.

Vel ſuper anchoram cubanti. ibidem. numero 153.

Aut illi qui in ſummitate mali dormit. ibidem. 154.

Ebrietas animum deterius quàm corpus afficit. ibid.

Ebrii, & naucleri dormientis ſimilitudo. ibid. n. 156.

Principis vinolenti deſcriptio, & obiurgatio. ibid. num. 157.

Ebriorum digna pœna fletus & lacrymæ. ibid. n. 125.

Ebriis deformis aſpectus, tumultus & anxietas plurima. ibid. n. 126.

Ebrietas rixas adducit. ibid. n. 127.

Pocula amicitiæ quæ. ibid.

Ebriorum ludibria. ibid. n. 129.

Ebrietas eſt viui hominis ſepultura. ibid.

Vinolentia loquacitatem, & nugas ſuadet. c. 23. n. 129.

Vinum caput ferit, & vulnera illi infligit. ibid. n. 130.

Momentaneam mortem illi affert. ibidem num. 131.

Etiam à vini contemplatione abſtinendum, ne ad intemperantiam pelliciat. capite. 23. numero 134.

Vinum rubore ſuo faſcinat videntes. ibid.

Sicut Narciſſus in aquam, ita etiam ebrii in vinum ſe dedunt. ibid.

Vina non eſſe vinis miſcenda. ibid. n. 135

Vini temperantia tanta eſſe debet, vt neque conuictum, neque greſſum impediat. ibid. numero. 136.

Ebrius ſimilis paxillo vinaceo in doliis mouenti vulgo *Mezedor* vinum immodicum tanquam viperinus fœtor. c. 23. n. 139.

Vini immoderati, & veneni comparatio. ibid. n. 140.

Satius eſt gladium gutture excipere, quàm per crapulam à mente excidere. capite. 23. numero. 4. & 5.

Ebrii ſine vulnere velut confoſſi iacent ibid.

Ebrietas rixarum cauſa. c. 17. n. 62.

Ebrietatis ac tempeſtatis idonea comparatio. c. 23. n. 158.

Ebrietat plurimæ iniuriæ, ibid. n. 159. & ſeq. Quære verb. *Gula, Vinum.*

### *Eccleſia.*

Eccleſia naui ſimilis, in cuius arbore Chriſtus, in puppi Pater, in prora Sanctus Spiritus, remiges Apoſtoli. c. 30. n. 197.

Eccleſiæ veſtis linea & lanea quæ myſticæ. c. 31. n. 70.

Eccleſia dat ſpiritualia pro carnalibus. c. 31. num. 148.

### *Educatio.*

Puer delicatè enutritus caduco morbo laborare ſolet. c. 29. n. 97.

Qui à pueritia delitiis ſe totum dat, poſtea ſeruire alteri compellitur, vt filius prodigus. c. 29 n. 100. Quære verb. *Filius*, & verb. *Puer.* ver. *Pater*, & verb. *Mater.*

### *Eleemoſyna.*

Deus ſe quodammodo eleemoſynis corrumpi ſinit; & aduocatos vel aſſeſſores ad dicendam ſententiam pauperis elegit. capite. 21. num 67.

Eleemoſyna occulta gratior, Deo & pauperi; & ſecurior. ibid. n. 68.

Eadem menſura Dei ira decreſcit qua eleemoſyna in pauperes creſcit. ibid. n. 69.

Eleemoſyna oleum eſt, quod ignem iræ Dei extinguit; & aqua præſtans eundem effectum. ibid. num. 69.

Liberalis extinguit, auarus excitat Dei iram. ibid. n. 70.

Miſericordia opes auget, auaritia diſperdit. c. 21. n. 91.

Sicut oues, & animalia lanigera dentes innoxios habent, & cùm gramina attingunt, iterum repullulant, ſic quicquid pauperes inſumunt, ex radice viua iterum germinat ibid.

E contra quicquid auarus depaſcitur, ſtatim tabeſcit: dentes enim illius ſimiles dentibus beſtiarum, quæ venenatos habent eos. ibid.

Qui pauperi donat, aliter Chriſto, aliter pauperi ſua tribuit. c. 31. n. 115.

Qui miſeretur pauperi, fœneratur Deo c. 19. n. 56 & ſeq.

Eleemoſyna reſpectu pauperis donum eſt, at reſpectu Dei fœnus. ibid. n. 57.

Omnes conditiones requiſitæ ad rationem fœnoris reperiuntur in eleemoſyna reſpectu Dei. ibib. n. 57.

Primò, quia ſterilia, & quæ nihil vtilitatis Deo afferrunt. ipſi damus.

Secundò, ea damus, quæ ſunt ipſius Dei. ibidem.

Tertiò, ea damus, quæ ſeruare non poſſumus. ibid. 58.

Quartò, ratione damni emergentis ex tali eleemoſyna non poſſumus aliquid accipere, quia nullum emergit nobis, nec hæredibus noſtris: quinimò donanti, & liberis eius copioſa & ſecura emolumenta comparantur. ibid. n. 59.

Quintò, quod propter eleemoſynam à Deo accipiamus, vſura dici poteſt, quia nullum erit periculum ſortis amittendæ; quia ſe ſponſorem, & fideiuſſorem pro paupere offert. ibid. num 60.

Offert etiam pignus & hypothecam. ibid.

Interuenit etiam cautio, & libellus ſcriptus. ibidem.

Fœnoris & vſuræ quantitas maxima eſt, quia Deus miſericordibus temporalia, & ſpiritualia bona largitur. ibid. n. 61.

Solutio vſurarum tempeſtiua eſt, quia Deus non fugit faciem creditorum, vt ſolent debitores, ſed videndum ſe, & flagitandum offert. ibid.

Et quando differt ſolutionem, dilatio ipſa vſura eſt. ibid.

Deus nobilis debitor; plus delectatur creditoribus ſuis, quàm alii creditores ſuis debitoribus. c. 19. n. 60.

Debitorem ſe eſſe ſponte fatetur. ibid. n. 63.

Leuiſſima dona magnifacit. ibid.

Iudex cum ſit, his muneribus & donis ſe corrumpi ſinit ibid.

Miſericors velut telonio aſſiſtens pecuniam ſuam ad menſam dat, ingentes vſuras inde expectans. c. 19. n. 64.

Præſtat ſiccam buccellam panis hilari vultu ero-

gare, quàm cum iurgio lauto conuiuio excipere c. 17. v. 1. n. 4.

Qui ita propenſus eſt ad miſericordiam, vt ex vno pane partem pauperibus elargiatur, copioſam à Deo mercedem reportabit: Deus enim non quantitati, ſed voluntati defert. cap. 22. n. 44. & 45.

Exigua eleemoſyna cum magna voluntate calculi æſtimationem habet apud Deum; quia ſicut calculus paruulus ingentem pecuniæ vim ſignificat, ita eleemoſyna parua cum ingenti voluntate magnæ ad inſtar obtinet. ibid.

Per tenues piorum hominum eleemoſynas, vulgus deſpicit, at Deus qui voluntates callet, præſtantiores omni cenſu, & pretio iudicat, quia ex liberali voluntate profectæ. ibid. n. 46.

Qui eleemoſynas faciunt, vt hominibus placeat, ſimiles vlmo, cui vitis maritata eſt, quæ alienos fructus vt proprios oſtentat. ibid. num. 83.

Fructus miſericordiæ nec tempore conſumitur, nec morte amputatur. ibid.

Qui diuitias pauperibus impendit, magnam diuitiarum vim acquirit. c. 17. n. 27.

Qui diuitias ſuas mendicis erogare non vult, in altera vita mendicus erit, poſtulabit, & non obtinebit. c. 20. 17.

Eleemoſyna ex iuſtè partis Deo inuiſa, quia per illam iniuſti lucri author quodammodo renunciatur. c. 21. n. 114.

Qui liberalis in pauperes exiſtit ad penuriam, & rei familiaris anguſtias nunquam venit. c. 28. numero 136. Quære verb. *Miſericordia*, & verb. *Diues*.

*Eloquentia.*

Eruditæ orationis potentia tanta eſt, vt quoduis aliud robur facile infringat. c. 21. n. 97.

Eloquens oratio non ſolum doctis ſententiis, ſed etiam modo & conſtructione eleganti conſtare debet, ſicut vas pretioſum conſtat materia & forma eleganti. c. 20. n. 54.

Explicatur idem exemplo colorum. ibid. Vide verb. *Sermo*, & verb. *Doctrina*.

*Equus.*

Equi nomine ſignificatur in ſcriptura anima, corpus, Doctor ſacer, &c. capite. 21. numero. 128.

*Euchariſtia.*

Chriſtus Dominus celans ſeipſum in Euchariſtia, docet qualiter nos, ac noſtra opera celare debeamus, c. 23. n. 25.

Conuerſionem panis in ſubſtantiam Chriſti, imitari debet qui Euchariſtiam accipit. ibidem. n. 26.

Non ſolum animo, ſed etiam corpore ibid. n. 27.

Id etiam quod totus in toto, & totus in qualibet parte ſpecierum Chriſtus eſt imitari debent Euchariſtiam ſumentes. ibid. n. 28.

Qualiter impaſſibiles eſſe debeant, vt Chriſtum quoque in ſacramento impaſſibiliter exiſtentem æmulentur. ibid. n. 29.

Euchariſtia ad coërcendos & caſtigandos ſenſus inuenta. ibid. n. 30.

Omnem ſeruandorum ſenſuum rationem tradidit nobis Chriſtus in Euchariſtia. ibid. num. 31.

Qui Euchariſtiam accipiunt, qualiter talia præparent Chriſto qualia ipſi acceperunt. cap. 23. n. 16.

Cur martyrum commemoratio fiat in celebratione Euchariſtiæ. ibid.

Qui manducat dignè Chriſtum, ipſe etiam viciſſim à Chriſto manducatur. ibid. n. 17.

Indignè ſumentes Euchariſtiam deſcribuntur. ibid. n. 18.

Euchariſtiam manducantes os, & linguam arctius cuſtodire debent. c. 23. n. 19.

Frequentia communionis qualis & quanta eſſe debeat. ibid. n. 20.

Verba conſecrationis cultri ad inſtar Chriſtum immolantis. ibid. n. 21.

Sacram Euchariſtiam in manibus portare quid myſticè. ibid. n. 22.

Qualiter ſe homo ad Euchariſtiam accedens temperare & condire debeat, vt à Chriſto commedatur. ibid. n. 23. & ſeq.

Qui ſacrificii incruenti particeps fit, ſe quoque in cruento modo Deo immolare debet. ibid.

Quot ſint modi incruenti ſe immolandi. ibid. n. 24.

Euchariſtia ſola melior eſt, quàm victimæ, quibus templum vetus redundabat. cap. 17. ver. 1. num. 2.

Habet vim exſiccandi carnalium appetituum humores. ibid.

Eſt panis mellitus. ibid.

Sola Euchariſtia ſine ſanguinis effuſione carnem expugnat. ibid. n. 3.

Qui Chriſtum in Euchariſtia manducat, Chriſtum in ſeipſo per imitationem exprimere debet. c. 23. n. 14.

*Exemplum.*

Boni alii aliorum exemplo valdè proficiunt. c. 27. n. 101.

F

*Facies.*

FAcies animi iudex. c. 27. n. 118.

*Fama.*

Iuſti hominis famam & gloriam improbi detractionibus conculcant, & velut effracto aquę ductu prohibent ne promanet in vulgus c. 25. n. 158. Quære verb. *Gloria*, & verb. *Honor*.

*Familia.*

Familiam eam habere oportet cui alendæ opes ſufficiant. cap. 24. n. 7. Quære verb. *Pater*, & *Domus*.

*Feſtinatio.*

Feſtinatio multorum malorum cauſa. cap. 19. n. 6.

*Ficus.*

De ficis bonis ac malis Hieremiæ non erudita explicatio. c. 27. n. 126.

*Fideiuſſor.*

Incuſatur imprudentia, & temeritas eorum, qui ſine cauſa ſe fideiuſſores, & ſponſores pro aliis dant. cap. 22. num. 133. & cap. 6. verſ. 4.

Qui temerè pro alio fideiubet, dignus eſt à quo lectuli in quo dormit, tota ſuppellex auferatur, ne dormiat: hic enim in vtramque aurem dormire videtur. cap. vigeſimo, n. 87.

*Fides.*

Doctrinæ fidei principiis innixæ optima ſimilitudo. c. 25. n. 48.

Hæretici qui homines per fidem ſeu fiduciam iuſtificari dicunt, non veros ſed putatiuos iuſtos credunt c. 28. n. 70.

*Filius, Filia.*

Filios in parentes impios fœlicitas ita deficiet, ita vt nunquam reſtaurari queat: quæ omnia damna ipſe ſibi filius inferet. cap. 20 num. 76.

Hi non ſolum filiis, ſed filiabus carebunt. num. 77.

Filia vel puella parua pupillæ nomine ſignificatur. c. 20. n. 77.

Qui patre caret & matre, lumen ſolis, & lunæ amiſit, atque adeò in nocte verſatur, & in tenebris ambulat: & idem damnum experitur ſi patres ſuperſtites lædat ibid.

Qui filius cùm ſit, parentes maledictis appetit, dignus vtique eſt, vti nec ipſe pater ſit extinctis filiis, nec filius parentibus amiſſis. ibid.

Filios ſignificat in ſcriptura *lumen*, vel *lucerna*, quia in eis parentum ſplendor, imò & vita viuit & eam alij in alios transferunt. c. 20. n. 71. & 74.

Filius impius in parentes, morte corripietur immatura antequam filios generet. c. 20. n. 73. vel morietur ipſius proles, vt mors integra ſit, & omnino extinguatur, quia iniuria fuit illis à quibus vitam accepit. ibid. n. 74.

Lumine rationis carere debet; lumine naturali, & ſupernaturali. ibid.

Filius eruditus refrigerium, requiem, delitias, & ornatum parentibus præbet c. 29. n. 70. n. 73.

Optimus filius alens parentes in ſenectute plus videtur illis dare quàm accepit. n. 70.

Probus filius præclarum ornamentum eſt parentum. ibid. n. 75.

Filius non tantum genitus, ſed etiam bene inſtitutus à patre ornat parentis animum. ibid.

Filii honeſti mores patres ornant. c. 17. n. 20.

Filius patri diſſimilis monſtris ſimilis ibid.

Filiorum actiones patribus tribuuntur. ibi.

Filii ſtipendia ſunt & coronæ victoriarum parentum. ibid. n. 21.

Longa parentum vita argumentum eſt pietatis filiorum. c. 17. n. 21.

Filii honeſtos debent habere mores, quia in ipſis ſita eſt gloria patrum, ibid. n. 22.

Cur dicantur corona patrum. ibid.

Filij patrem ſuum neceſſariis ad vitam tuendam rebus defraudantis, pœna capitalis. c. 28. num. 121.

Filij paterna bona clanculum ſuffurantes grauiter delinquunt. ibid n. 122. & ſeq.

Filii decoctores ſocios habent diſſipatores. ibid. n. 124.

Non tam parentibus quàm ſibi ipſis bona auferunt. ibid. n. 125.

A prædonibus nihil diſſident. ibid. n. 176.

Filii qui parentes indigentes non ſubleuant, haud diſſimiles homicidis, & ſimiles illis pœnas apud inferos luunt. c. 28 n. 127.

Filii parentum violatores ab eiſdem veniam deprecari oportet. ibid.

Ex filiis & filiabus præſtantiores Deo ſunt offerendi, vt ſit Deo oblatio accepta. c. 19. n. 110.

Qui fatuos & ineptos filios Deo libat in ſacrificando, & offerendo Cain imitatur. ibid.

Qui filium Deo offert ante vſum rationis contumeliæ exponit oblationem. ibid. 111.

Filii ſunt tradendi prudenti pædagogo. c. 17. numero. 7.

Filii ſæpius caſtigati reſipiſcunt & vitia ſua deponunt; quare de illis ſemper bene ſperandum. c. 19. n. 67.

A pueritia filii corrigendi, ne ſi vitia cum ipſis creuerint de eorum reſipiſcentia deſperare opus ſit. ibid. n. 68.

Patres qui filiis nimium indulgent, vt eos cautius curent, certius eorum ſalutem in diſcrimen vocāt: comprobat exemplum Alcyonis. ibid. n. 68.

Filiorum correptione ſeuera ſit, ſed decora, & ingenuo viro digna. c. 19. n. 70.

Filius à parente in pueritia correptus ſemper euadit bonæ ſpei adoleſcens. ibid. n. 69.

Supplicium filii in parentes iniurioſi mandatur coruo & aquilæ, & cur. c. 30. n. 163.

Filios in parentes contumelioſos crux & ſuſpendium manet. ibid. n. 164. & 165.

Cur coruo & aquilæ vorandi tradantur. ibid. n. 166.

Filii impii erga parentes coruo & aquilæ aſſimilantur. ibid. n. 171. & ſeq.

Portentum diuinæ prouidentiæ eſt alere coruorum pullos, quia futuri ſunt impii aduerſus parentes. ibid. n. 174.

Filius viuens ſecundum virtutem parentem ſuum honeſtat, magnumque reddit. c. 29. n. 8.

Educationem filiorum negligentes aquilis adſimiles. c. 27. n. 47.

Et reliquis aduncos vngues habentibus ibid.

Matres filiorum educationem ſerio curantes ſimiles cornibus. ibid. n. 47. & turturicibus. n 48.

Filii non debent ad ampliorem cenſum & fortunam aſpirare, quàm parentes eorū, & aui obtinuerunt. c. 22. n. 142.

Filij glutinis vices inter parentum voluntates agunt. c. 19. n. 50.

Filij à parentibus diuitias & nobilitatem accipiunt. c. 19. n. 44.

Filij ſapientia præſtantes qui parentes aduerſus obtrectatores tueri poſſunt, plurimi faciendi. c. 27. n. 63. & ſeq.

Filij acceptam à parentibus hæreditatem ſeruantes, & illam ligurientes, c. 20 n. 39.

Parentem lædere vel nutu oculorum grandie nefas. c. 30. n. 157.

Quodammodo infinitum eſt eiuſmodi crimen. ibid. n. 158.

Filij velut parentum æditui. ibid. n. 60.

Salomon dicitur ſtultiſſimus virorum, quia pater eius Dauid ſemel & ſimulatè apud Achis inſaniuit. c. 30. n. 13.

Filius ex honeſtis parentibus non bonus ipſe monſtro ſimilis c. 20. n. 27.

Filii qui patrum fortunas euertunt parentum honorem capeſſere non debent. c. 19. n. 94.

Qui parentes deſpicit, contumeliam & ignominiam ſibi parat. ibid. 95.

Filius qui patrem & matrem inhonorat, non ſolum ignominiæ notam ſibi inurit, ſed etiam infortunata omnia & infœlicia experietur. ibidem. numero. 96. Quære verb. *Puer*, & verb. *Adoleſcens*, verb. *Hæreditas*, *Iuuenis*, & *Educatio*, & *Mater*.

*Fœnerator.*

Coram fœneratore diſſimulanda eſt paupertas veſte pretioſa. c. 27. n. 68.

Fœneratoris violentia deſcribitur. ibid. nu. Quære verb. *Mutuum*, & verb. *Vſura*.

*Fornicarius.*

Fornicarios deſignat theta lethalis quaſi ad mortem deſtinatos. capit. vigſimo tertio, n. 118.

Similes his qui ad effodienda metalla damnati ſunt. ibi. num. 119. Quære verb. *Libido*, & verb. *Venus*, & verb. *Voluptas*.

*Fornix.*

Fornix triumphi inſigne. capit. vigeſimo, num. 98.

Significat etiam mauſolæa ſepulchrorum. ibid. n. 99.

*Fortunæ.*

Fortunarum natura eſt modi neſcia, aut enim creſcit, aut decreſcit. c. 18. nu. 35. Quære verb. *diuitiæ.*

*Frater.*

Fratrem ſuum qui lædit, iniurius eſt in parentem. c. 30. n. 156.

Fratris eſt proprium fratri in aduerſis fauere. ca. 17. 77.

Et huius rei accommodatio ratio. ibid.

Fratres qui ſibi mutuo opem ferunt, ita validi ſunt ad repugnandum, vt facilius munitiſſimam ciuitatem expugnes, quam eorum vires labefactes. c. 18. n. 70.

Si verò inter ſe diſſideant, facile vincuntur. ibid. n. 71.

Fratrum concordia vrbs eſt munita & excelſa. ibid. n. 71.

*Fraus.*

Aſtuti fraudibus pereunt ſuis. ca. vigeſimo octauo, n. 49.

Quæ fraudibus parantur bona valdè fugacia ſunt. c. 28. n. 50.

Hominum ſibi inuicem fraudes molientium & ſpeculorum ſimilitudo. cap. 27. n. 110.

Fraudulentus ſuperat malitia ſua ſerpentem. capite 27. numero 67. Quære verbum. *Dolus*, & *Aſtutia.*

*Funda.*

Fundæ ſignificationes plures. cap. 26. num. 36. & ſeq.

*Furtum.*

Rapinarum conſcia mens ſerræ ad inſtar ſecat, & ſcindit animum. cap. vigeſimo primo, numero 38.

Conſors furti (idem iudicium eſto de quolibet alio crimine) vitam in diſcrimen adducit. ca. 29. n. 107.

G

*Gallus.*

Galli pulchra deſcriptio, & pompaticus eius inceſſus. c. 30. n. 236.

Gallus peruigil & Zelotypus. ibid n. 13

Pugnaciſſimus eſt. ibi. n. 238. 239.

*Gloria.*

Gloria & bonum nomen improborum non eſt diuturnum; & ſicut nix in æſtate citius ſoluitur. c. 26. n. 2.

Gloria in ſtultum decidens non ſatiat illum. ibid. n. 3.

Conſilium & rationem ipſi eripit. ibid.

*Gratia.*

Gratiæ & auxilii congruentis optima ſimilitudo. c. 25. n. 43.

Præſtat in librum vitæ adſcribi, & gratiam apud Deum inire, quàm opibus, & auro affluere. c. 22. n. 1.

Gratia Dei homini pro ſpiraculo vitæ eſt, id eſt pro vento, cuius vſura viuit; vel pro anima cuius infuſione animatur. cap. vigeſimo, num. 101

Ex diuina gratia prouenit reſpiratio: ſicut enim iſta nullo vitæ tempore deficit, ita nec diuina gratia nunquam deeſt. ibid.

Expiratio carnis (id eſt mors illius) prouenit ex diuina gratia. ibid. n. 102.

Sicut mors corporis prouenit aliquando ex reſpiratione auræ tenuis; ſic mors carnis ex reſpiratione tenui diuinæ gratiæ ibid.

Ex ea prouenit aſpiratio ad ſuperiora; etiam ſuſpiratio, id eſt ſuſpiria pœnitentiæ, & inſpiratio, per quam Deus in animam intrat. ibid.

Diuina & non humana gratia quærenda, quia hæc ſæpius nutat: Dei autem vna eſt ſemper mens & ſententia. c. 19. n. 78.

Gratia habitualis vita vitæ noſtræ, & anima animæ. c. 20. n. 103.

Diuina gratia ſol in minori mundo, id eſt in homine ſplendide lucens; eſt ſimilis luci, vel lucernæ in vaſe fragili incluſæ; vnde facile extingui poteſt. c. 20. n. 104.

Quaſi lux in intimos receſſus, id eſt potentias animæ peruadit. ibid. n. 105.

Gratia & fauor ciuium diuitiis anteponenda. c. 22. n. 4.

*Gratitudo.*

Vix aliquis reperitur, qui in compenſandis beneficiis fidelis ſit. c. 20. n. 23.

Grati & ingrati hominis differentia. cap. 24. n. 133.

Vtriuſque cum agro ſiue vinea culta & inculta collatio. ibid.

Ingrati hominis ruſticitas quanta. ibid.

In referenda gratia tellurem imitari oportet. ibi. n. 134.

Beneficium reſtituendum eſt cum vſura. ibid.

Gratitudo omnibus exhibenda, ſed maximè Principibus. c. 23. n. 13. Quære verb. *Beneficium, Donum.*

*Gula.*

Gulæ dediti in idolatriam prolabuntur, ventrem vt Deum colunt c. 30. n. 69.

Præeſt menſis nequam Dæmon, & de religione, & cultu qui illi exhibetur. ibid. n. 70.

Guloſi maculæ appellantur. ibi. n. 72.

Gulæ & ebrietati deditus ſimilis eſt ſepulchro. c. 30. n. 141.

Gulæ vicina eſt laſciuia. ibid. n. 142.

Gulæ comites otium & ſcortatio. c. 23. n. 107.

Quære verb. *Delitiæ*, verb. *Ebrietas*, & verb. *Voluptas*, & verb. *conuiuium.*

H

*Hebræi.*

Hebræi nomina quandoque diſſoluunt, quandoque integra reddunt. cap. 30. num. 1.

*Hæreditas.*

Hæreditas feſtinata dicitur, quæ ocyus conſumitur. c. 21. n. 27.

Hereditas non eſt tribuenda filiis antequam grandiores natu ſint; nec ipſi eam ante tempus debent petere (quod apud Hebræos videtur in more poſitum) quia in ſenectute eſurient. c. 20. n. 79.

Hæreditati & patrimonio initio parcendum, ne breui exhauriatur. ibid. Quære verb. *Filii*, & verb. *Diuitiæ*, & verb. *Pater.*

*Hæreticus.*

Hæreticorum dogmata inciſis rationum neruis cadunt. c. 22. n. 71.

Cum hæreticis agendum eſt ſeueriſſimis verbis. c. 29. n. 83.

Hæreticus, & qui veræ doctrinæ viam deſeruit, non ſolum Dæmonibus in alia vita tor-

quendus traditur; ſed eos ſocios, amicos, parentes, & magiſtros habet. c. 21. n. 76.

In cætu hæreticorum viri Cacodæmones imitantur, mulieres verò furias. ibid.

Cum dæmonibus collati gigantes dicendi, & Dæmones pygmei. ibid.

Hæreticus adhuc viuens inter mortuos referendus. ibid. n. 77.

Ex patre diabolo & matre ſuperbia hæretici naſcuntur, vnde gigantes dicuntur. ibid. n. 78,

Gigantum hiſtoria, quod attinet ad natiuitatem ipſorum, & filiorum generationem, hæreticis aptiſſime conuenit. ibid. n. 78.

Hæreſis hydra eſt igne eeanda. ibid.

Alia proles hereſis eſt chymera triformis. Et Cerberus triceps propter ſententiarum diuerſitatem. ibid. Quære verb. *Dogma.*

*Homicida.*

Plures homicidas per miracula detexit Deus. c. 28. n. 75.

Et per animalia rationis expertia. ibid.

Homicidæ ac iudices poſt interfectos homines manus abluere ſolebant. ibi. n. 96.

Homicidas cuncti auerſantur & execrantur. ibid. n. 97.

Homicidæ quantus ſit timor, & ſtudium latendi. c. 28. n. 91.

Diuinos oculos ſi fieri poſſet, fugere vellet. ibidem.

Huius timoris cauſæ ibid.

Homicidæ ſæpius ad deſperationem adduci ſolent. c. 28. n. 92.

Viuus defodi cupit. ibid. n. 93.

Inter homines non toleratur; ad ferarum ſpecus accurrunt. ibid. n. 94.

Homicidij ſcelus celari Deus non ſinit. ibidem. n. 95.

*Homo.*

Nimium ſtudium placendi hominibus prolapſio dicitur: oſſa diſſipat: laqueum gutturi inijcit. c. 29. n. 111. & 112.

*Honor.*

Honor inſipienti tributus honor eſſe deſinit. c. 26. n. 37.

Honor inſipienti tributus ſicut gemma in ordinatè proiecta. c. 26. n. 39.

Vel ſicut lapis rudis inter gemmas. ibid.

Stultus honorem ſibi delatum non percipit, nec æſtimat. c. 26. n. 60.

Stultum honorare perinde eſt aç lapidi procumbere, ac truncum adorare. ibid.

Honoris ac mellis comparatio ſi cum moderatione ſumatur valdè vtilis; ſi immoderatè accipiatur, valde nociuus eſt. cap. vigeſimo quinto, num. 164.

Mellis & honoris temporalis omnes proprietates per quam ſimiles. ibid. n. 165.

Qui ſtultis honorem tribuit, aberrat maximè, & ſimilis eſt funditori. c. 26. n. 42. Quære verb. *Gloria*

*Humilitas.*

Humilitatis fortitudo, tutela & munitio maxima. c. 25. n. 167.

Murus eſt inacceſſus, inconcuſſus, adamantinus. ibid.

Gloria humilium firma & ſolida; ſuperborum euanida. c. 29. n. 105.

Humiles quomodo gloriam ſuam cum aliis diuidant. ibid. n. 106.

Salomon ſtultiſſimum ſe eſſe dicit, quia non humano labore, ſed diuinitus infuſam accepit ſapientiam. c. 30. n. 27.

Humilitas optimum fundamentum. cap. 17. n. 74.

Eius fortitudo, & ſoliditas. ibid.

Schoriam id eſt imbelles elegit Gedeon ad profligandos hoſtes. c. 30. n. 47.

*Hipocryſis.*

Hypocritæ baſis teſtacei argenti ſcoriis exterius imbuti, vulgo *Vidriado*, collatio. c. 26. n. 127.

Hypocrita ſimilis virgini ſtuprum celanti. c. 30. n. 181.

Hipocritarum faſtus coercetur. c. 25. num. 68. Vide *Superbia.*

I

*Ignauus.*

Ignaui hominis eſt non gladio, ſed dentibus & lingua iniurias vlciſci. c. 30. num. 107. & 108. Quære verb. *Pigritia.*

*Ignobilis.*

Ignobilis non debet ſe aliis nobilibus præferre. c. 19. n. 25.

Homo etſi ex infima plebe, ægrè fert nobiles præcellere. c. 30. n. 102.

*Imperium, Imperator.*

Imperia quorundam in alios non natura, ſed vitium inuexit. c. 28. n. 14. & 15.

Imperatoris exercitum ducentis, & naucleri concinna ſimilitudo. c. 24. n. 18.

Duces ſuos in conſilium adhibere debet. ibid. num. 19.

Imperator qui fieri debeat cum pluribus, quid denique faciendum cum paucis conferre debet ibid.

*Impius.*

Impii diſſidentes inter ſe piis parcunt. c. 28. n. 32.

Impiorum inter ſe diſſidia iis vtilia. ibid.

Impii probos quoſque ad ſe trahere contendunt ingenti vi. c. 28. n. 33.

Impii iuſtos deteſtantur, & cur. c. 28. n. 30.

Improbos laudant. ibid.

*Improbitas, Improbi.*

Improbitas niſi ab initio comprimatur, ex parua in magnam euadet. c. 19. n. 7.

Improbis ſuæ cogitationes ad malum famulari ſolent, vt voti compotes fiant. c. 24. n. 27.

Improborum fœlicitati minimè inuidendum, quia decedunt ſine liberis. c. 24. n. 82.

Et quia cum eiſdem interit fœlicitas. ibid.

*Impudentia.*

Impudentia profundum peccatorum. cap. 18. n. 12.

*Inauris.*

Cur amici ad Iob aureas inaures detulerint muneris loco. c. 25. n. 60.

Inauris virorum æquè ac fœminarum ornamentum erat apud Hebræos. c. 25. n. 51 & 57.

Idolatræ Deorum nomina aut imagines in inauribus inciſas geſtabant. ibid.

Deorum ſimulachra ex inauribus conflare Gentilibus ſolemne. ibid. n. 58

Inauris nobilitatis nota erat in viris. cap. 25. n. 59.

Natales amicorum dies inauribus oblatis veteres celebrabant. ibid. n. 60.

Hoc dono acceptarum iniuriarum obliuionem impetrabant. ibid.

*Incido.*

Incidere ſe in funeribus amicorum prohibitum Hebræis. c. 26. n. 26.

In aliis calamitatibus non ita. ibid.

Iob lacertos incidit. ibid.

Hic mos ſe incidendi Scythis, Græcis, atque aliis Gentibus ſolemnis. ibid.

*Indocilitas.*

Indocilitatem, & obſtinationem diabolus ex inuidentia hominibus immittit. c. 24. n. 34.

Indociles in peccatis decedunt, & damnatis viui adhuc adiudicantur. ibid. Quære verb. *puer.*

*Indoles.*

Bonam adoleſcentis indolem præclara quæque ſpondentem faſtus & ſuperbia corrumpit. cap. 25. n. 67.

*Induſtria.*

Ad augendas opes, & vitam ducendam præſtat induſtria quàm patrimonium magnum. cap. 24. n. 14.

Induſtrius homo non ſolum ſibi opportunas acquirit opes, ſed vt poſſit largiri aliis. c. 21. n. 110.

Ad ea paranda quæ vitæ huic decorè tranſigendæ ſufficiant diligenti induſtria opus eſt. c. 24. n. 10. & ſeq.

*Infidi.*

Fœdifragi imitantur lutum figuli. cap. 17. v. 20. n. 86.

*Ingratitudo.*

Ingrati amittent quæ à Deo acceperunt. c. 17. v. 13. n. 60.

*Inimicus. Inimicitia.*

Qui animum hoſtilem falſa amicitiæ ſpecie contegit, deterior eſt quàm hoſtis publicus. Et huius rei idonea comparatio. c. 26. n. 112.

Alia ſimilitudo concinnior ex re bellica. ibid. n. 113. & 114.

Excuſationes falſi amici, cum illatæ iniuriæ arguitur, & conuincitur. ibid. n. 115.

Ficti amici ideo vitandi quia impunè lædunt. ibid. n. 116.

Idonea ſimilitudo ab his qui ex morbo inſaniunt. ibid.

Fratrum & cognatorum iræ acerbiſſimæ & implacabiles. c. 18. n. 69.

Aduerſarium vlciſcens, illum vtique vincit; inimicitiam verò excindens, aduerſarium, atque ſeipſum pariter vincit. c. 20. n. 12.

Inimicus qui beneficiis affectus odium non deponit iram Dei ſibi accerſit. c. 25. n. 135.

Qui ad eum modum de hoſte ſuo bene meretur, eidem carbones ad verticem vſque accumulat. ibid. & ſeq.

Quo ſenſu Paulus vindictam Deo committendam eſſe dicat. c. 25. n. 136. & ſeq.

Inimicus benficiis acceptis ad iniuriæ illatæ pœnitudinem adducitur. c. 25. n. 139.

Ad verecundiam & pudorem. ibid. n. 140.

Qui inimicitias ipſas condonando non vincit, ſed inimicum vlciſcitur; non tam vincit quàm victus cadit. c. 20. n. 12.

Qui aduerſario ſuo vltrò pacem offert, Deum imitatur, qui primus cedit cùm peccatorem ad reſipiſcentiam excitat per gratiam. ibid. n. 13.

*Iniuria.*

Malum pro malo non eſt reddendum, ſed aliquid condonandum. c. 20. n. 80.

Qui mali acceptor eſt potius debet reſtituere; quia ſi ſapit, bonum accepit. ibid.

Beneficiis & meritis malum illatum debemus vincere. ibid.

Læſus vt remittat iniuriam, in Deum ſpectet, & ipſe ſe ſpectandum oſtendat Deo. ibid. n. 81.

Imitetur Stephanum, qui non lapides vt canis petiit, nec qui eos iaciebant, ſed Deum intuebatur. ibid.

Glorioſum eſt iniuriis facilè ignoſcere. cap. 19. n. 31.

Qui iniurias ex tempore vlciſcitur, peſtilens ſibi & aliis quos interimere deſiderat: ſed iniquior qui non ſtatim vſciſcitur, ſed opportunitatem expectat ad vindictam. c. 21. n. 105.

Acceptis iniuriis non indignari, non ſtultitiæ, ſed eximiæ ſapientiæ eſt. c. 19. n. 29.

At maioris ſapientiæ eſt gaudere iniuriis. ibidem.

*Innocens.*

Innocens ſignificat modò candidum & ſanctum, modò, ſtolidum & ſtupidum. c. 22. n. 11.

*Inſtitor.*

Inſtitoris ſignificatio, & ethymologia. cap. 31 n. 74.

*Intellectus.*

Mens noſtra lux magna & ſplendidiſſima à Deo homini immiſſa. c. 20. n. 106.

*Interceſſio.*

Interceſſoris officium ad ſedandas lites, vix ſapiens præſtare poteſt, nedum ſtultus. c. 18. n. 16.

Inter diſcordes intercedere res ardua & plena diſcriminis. ibid.

*Inuidia.*

Sicut ærugo ferrum, ſic inuidia cor hominis conficit. cap. 26. n. 135.

Inuidia tinea, & vermis animo innaſcens, & ipſum conficiens. cap. 25. n. 128

Superbos atque fatuos ſæpius tangit inuidia. ibid. n. 129.

Et huius rei concinna ſimilitudo. ibid.

Inuidia eſt ira deterior. cap. 27. n. 22. & 23.

Inuidi faſcinantibus adſimiles cap. 23. n. 57

Eius deſcriptio ibi. n. 69. & 72.

Inuidi & viles homines alios vituperant, vt aliorum deiectione, & vituperatione ipſi extollantur. cap. 20. n. 45

*Ioannes Baptiſta.*

Ioanne Baptiſta ſublato fons limpidiſſimus exturbatus, & aquæ ductus exciſus fuit. c. 25. n. 156.

Eius libertas ad corripiendum Herodem. ibi.

Eiuſdem mors. ibi.

*Iob.*

Iobi patientia exaggeratur. cap. 24. n. 41.

*Ioſeph.*

Ioſeph à Virgine multa bona accepit non tam donata quam reddita ac reſtituta. c. 31. n. 66.

Maria dignitatem matris Dei Ioſeph viro ſuo quodammodo debet. ibid.

Ioſeph Mariæ valde adſimilis. ibid. n. 67.

Qualiter Ioſeph omnia munera Spiritus ſancti erga Virginem velut ex zelotypia æmulatus fuerit. c. 31. n. 56.

Qualiter Spiritus Sanctus Ioſephum eadem æmulatione proſecutus fuerit ibidem numero 37. & ſeq.

Nuptiarum Mariæ & Ioſeph fuit paranymphus Spiritus Sanctus. ibid.

Ioſeph zelotypia erga Mariam omnem Zelotypiam & ſuſpicionem de eiuſdem Virginitate abſtulit Chriſtianis. ibid. n. 59.

In Ioſeph ob reuerentiam B. Virginis omnis libidinis ſenſus extinctus fuit. ibid. n. 60.

*Ira, Iracundia, Iracundus.*

Bilioſus homo ſuæ iracundiæ author eſt, & ſui ipſius iræ maritus cap. 21. n. 129.

Qui alium contra ſe iratum videt, ab eodem omnes motus & verba veluti diſcipulus à ſuo præceptore ediſcit; & omnes eius motus ad inſtar ſpeculi in ſe recipit. ibid. 130.

Quare ab eius amicitia recedendum eſt. ibi.

Et alia de cauſa, quia leues iræ in mortes & homicidia ſæpe deſinunt: & per quos gradus huc euadant, docet Baſilius. n. 131.

Vnde ira mater homicidii dicitur. ibi. n. 131.

Homicidii autem partus potius aborſus dicendus eſt. ibid.

Ira homicidii radix: inter amicos verò & fratres cum ſemel cœpit, altius radices agit. n. 132.

Vir iracundus ad delicta facienda pronus ſimilis craticulæ ignitæ, & fuligine infectæ. cap. 26. num. 121.

Cum bilioſis, & maledicis minimè conuerſandum. ibid.

Iracundi hominis ac maris procelloſi, vel nauis tempeſtatibus iactatæ, vel naufragi hominis collatio. c. 26. n. 83. & ſeq.

Iracundia flammâ quæ vicina ſunt, id eſt amiciſſimos quoſque comburens. c. 18. n. 3.

Diſtorta regula ad permetiendas aliorum actiones. ibid. n. 4.

Iracundus ſemper in diſcrimine malorum verſatur. c. 19. n. 74.

Iracundus à nullo perferri poteſt. cap. 18. numero 51.

Punitis impiis ira Dei placatur, & parcit probis. c. 21. n. 84.

Sapiens ſubitos iræ motus coërcet, & breui mora iram fallit; ſecus ſtultus. c. 29. n. 46. 47. & 48.

Expectandum donec nebula iræ rationis ſole euaneſcat. ibid. n. 49.

Decoquit iram moleſtiarum decoctrix patientia. ibid. n. 50.

In iræ vindicta differenda, quo iracundiæ fumus euaneſcat. c. 29. n. 51.

Quomodo iram per partes diſpenſet ſapiens, & cordatus. ibid. n. 52.

Vir prudens retrorſum cohibet iram, vt ſeſſor equum compreſſis habenis. ibid. n. 53.

Item ſapiens ad ſeipſum redire compellit iram, nec permittit foras erumpere. ibid. n. 54.

Stulti pondus iræ ſuæ perferre non poſſunt. cap. 27. n. 14.

Stultum leues æquè ac graues iræ motus vincunt. ibid.

Stultorum iræ graues & crebræ. ibidem. numero 15.

Intolerabiles ſunt ſapienti. ibid. n. 16.

Plurimùm eundem onerant, atque opprimunt. ibid. n. 17.

Qui primis iræ motibus indulget vix poſtea cohiberi poteſt. c. 27. n. 18.

Aduerſus homines ira percitos non eſt obſiſtendum. ibid.

Iræ ac venti comparatio. ibid. n. 20.

Ira inſipientis vehemens eſt, illius origo ferè ignota. ibid.

Ira quam liuor alit, diuturna eſt. c. 27. n. 21.

Iracundiæ & alluuionis comparatio. ibidem. num. 22.

Aduerſus iram ſic muniendus eſt animus, ſicut vrbs muris cingitur. c. 25. n. 168.

Animus iræ obſequens ſicut vrbs abſque murorum ambitu. ibid.

Ex ira plures vitiorum rami progerminantur. c. 29. n. 101.

Iracundus ea ratione effodere peccata dicitur, vel quia attentius conſiderat flagitia ad vindictam excogitata. ibid. n. 102.

Vel quia iniurias obliuione conſepultas euocat ad vindictam ibid. n. 103.

Omnia animalia cùm iraſcuntur, ſignis declarant iram. c. 19. n. 36.

Ira mater eſt luxuriæ & auaritiæ. c. n. 121.

Similes ſanguiſugæ in attrahendo ſanguine. ibid. n. 121.

Aut quia eſt homidij mater, & ſanguinis bibax. ibid. num. 122.

Sepulchro comparatur. ibid. num. 139.

Ira phreneſi, ſyderationi, & apoplexiæ ſimilis. c. 25. n. 141.

Huic morbo beneficientia ſic medetur ſicut carbones ſuper caput ingeſti. ibid.

Qui aduerſus aliquem ex iracundia ſibi exprobrantem probra regerit ſeipſum magnoperè extenuat. c. 26. n. 22.

Inter iræ furentis procellas animi ſui nauem qui regit ſummè cuiuſdam peritiæ eſt. capite 25. num. 76.

Hanc nauem patientia in manſuetudinis portum inducit. ibid.

Hominis iracundi inſani motus ſi in aliquem moderatum hominem incurrant, facile diſſoluuntur. c. 26. n. 85

Et huius rei apta ſimilitudo. ibid.

Irati hominis & ebrii naucleri comparatio. c. 26. n. 86.

Concepta ſemel ira vrgetur maximè verbis, ita vt ſanguinem proliciat ſæpè qui loquitur. cap. 30. n. 254.

Fortis viri iracundia facile extinguitur, cap. 18. num. 52.

Ira adſimilis inferno, ac gehennæ pœnis. cap. 30. n. 140.

Iratus ſimilis hianti terræ. ibid. num. 145.

*Iudex, Iudicium.*

Iudex nec perſonas accipere, nec vultus aſpicere debet. c. 28. n. 102.

Diuites ac pauperes qualiter exæquandi in ſtatera iuſtitiæ. ibid. n. 103.

Iudices munera accipientes ſimiles auiculis in retia venientibus. ibid. n. 104.

Piſcibus etiam hamum cum eſca deuorantibus non abſimiles. ibid. n. 105.

Munera etiam parua accipientes ſalutem graui periculo obijciunt. ibid. n. 103. & ſeq.

Similes etiam arietibus qui greges ducunt. ibid. n. 106.

Iudices corrumpi dicuntur metaphora ſumpta à Virginibus pudorem proſtituentibus. cap. 28. n. 107.

Munera iudicibus mentem, & iudicium eripiunt, & ad dementiam adducunt. capite 22. numero. 52.

Iudices qui reos impunes abire ſinunt, populorum animos in ſe concitant. c. 24. n. 105.

Magiſtratus delicta ſeuerè punientes Rempublicam ad harmoniam & concentum traducunt. ibid. n. 106.

Iudices qui contra ſontes ſeueri & immites ſunt, mitem & facilem experiuntur Deum ibid. num. 107.

Venatores imitantur. ibid. n. 108.

In exagitandis flagitioſis hominibus plurimam voluptatem, ac nullum metum experiuntur. ibidem.

Eorum authoritas apud plebem in dies creſcit. ibid. n. 109.

Et beneuolentia. n. 113.

Iudex cum integritate iudicans ad ſupremos honores tandem ſcandet. c. 24. n. 114.

Iudicis integerrimi arbitria populus probat ac celebrat. ibid. n. 115.

Iudices plurima opus habent ſapientia ad leges interpretandas & arbitria ferenda. cap. 24. num. 25.

Iudicis minis aut muneribus corrupti ſimilitudo fons turbatus, & aquæ ductus exciſus. c. 25. num. 159. & ſeq.

Quæſtus, qui per iniuſtas ſententias parantur, iudices de faſtigio dignitatis deiiciunt. cap. 21. n. 35. & 36.

Illis mortem afferent. ibid. n. 37.

Iudices perſonas reſpicere non debent. cap. 24. num. 100.

Specula imitari ipſis valde indecorum. ibid. n. 101.

Iudex munera accipiens iuſtitiam ex virgine meretricem facit. cap. 28. num. 108.

Paruis etiam muneribus flectitur rigor iuſtitiæ. ibid. num. 109.

Pro obolo nonnunquam hominis vita diuenditur. ibid. 110.

Magiſtratus vel iudices pauperes in cauſa fortunarum non ſpolient, neque in cauſa honoris lædant. cap. 22. num. 110.

Quia inulti non abibunt ibid. n. 120. & 121.

Iudici irato illudunt ſubditi; ſapienti verò & præeunti exemplo facile obediunt. cap. 29. numero. 39.

Iuſtitia principis trutinæ ſimilis eſt. cap. 18. numero. 24.

Iudicis gratia ſicut lux æqualiter ſe debet in omnes diffundere. c. 18. num. 25.

Iudices qui iuſtè non iudicant inuiſi Deo. c. 17. num. 70.

Corrumpi non debent muneribus. cap. 17. num. 93.

Æquitas iudicum, vel iniquitas in litibus pauperum exploratur. cap. 29. num. 30.

Iudex animum debet appiclare ad cauſas pauperum cognoſcendas, vel quia aduocatum non habent, vel quia neſciunt ſuas cauſas exponere. ibi. 31.

Non ex iudicium fauore, ſed ex Dei gratia ſperandus eſt fœlix litium noſtrarum exitus. c. 29. num. 114.

Ad maximæ rei iudicum Deum obſequiis promereri contemnimus, & humanos iudices ad hæc parua propitios habere ſatagimus capite. 29. num. 115.

Quæ ſunt iudiciorum corruptelæ, teſtium falſitas, & iudicum iniuſtitia. c. 19. n. 103.

Iudices cytharædis adſimiles eſſe debent. 18. n. 46. Quære verb. *Magiſtratus. Rex Princeps.*

*Iuſtitia, Iuſtus.*

Contra virum iuſtum aduerſa omnia conſpirare videntur. c. 29. n. 40.

Virum iuſtum improbi quærunt ad mortem, probi vero vt vindicent. ibidem numero. 41. & numero. 42.

Iuſti ſæpè exiſtimant ſe ſolos iuſtos eſſe, & mali omnes malos eſſe putant: ex quo errore vtriuſque damnum emergit non exiguum. cap. 18. num. 8. & 9.

Vir iuſtus Deo placere ſtudens ſummè philoſophus eſt, omnia diuina & humana optimè nouit. c. 28. n. 35.

Iuſtus in ſumma paupertate verè Diues ac fortunatus; improbus contra ſummè pauper ac tenuis. ibid. n. 36.

Iuſtus habet diuitias veras & viuas, impius falſas & pictas. ibid. n. 37.

Qui iuſtum de medio tollit veluti qui fontem exturbat, & venam corrumpit. c. 25. num. 156.

Iuſtus tanquam excubitor aduigilet, vt videat eminus hoſtium arma & fraudes, & in tuto ſe collocare poſſit. capite 22. numero 24. & cap. 4. verſ. 30.

Cùm iuſtorum principatus augetur gaudent ſubditi populi. c. 29. n. 6.

Iuſtus non ſolum ſicut teſtudo domus ſuæ curam habet, ſed ſicut vnicornis peccati venenum non ſolùm à Domo ſua, ſed è tota regione abigit. cap. 21. n. 56. & 57.

Iam accurata autem iuſti ſollicitudo neceſſaria eſt ob periculum; quia peccatum incendium eſt, vel ruina, quæ ex vicini domo ad noſtram facile pertranſit. ibid.

Deſpicit fælicitatem exteriorem peccatoris, dum illius conſcientiam contemplatur. ibid. num. 54.

Eius proprium ſtudium eſt aut pietati reſtituere impios, aut eos malè perdendos curare. ibid. num. 59.

Multiplicatis impiis ſcelera multiplicantur ad ſolatium piorum. cap. 29. n. 71.

Iuſti non inuident impiorum fortunæ ſed verentur. ibid. n. 72.

Vir iuſtus videns improbos laqueis irretitos, & ſeipſum retibus liberum, garrit præ lætitia inſtar auis. cap. 29. n. 28.

Piorum conuerſatio, & vita vexat improbos, quia eorum peccata condemnat. capite 21. num. 72.

Vir iuſtus perpetuum bellum gerit cum impio: quia hic perpetuò iuſtum inſectatur. cap. 29. nu. 118.

Iuſti veluti quidam excubitores ſunt probitatis contra improbos cap. 28. num. 31

Iuſti nunquam fidem frangunt, & quare. c. 17. v. 7. n. 32.

Iuſtus ſibi potius culpam imponit, quàm aliis. c. 18. n. 62.

Iuſtitia quo ſenſu virgo dicatur. cap. 28. n. 107. & ſeq.

*Iuuenis, Iuuenes.*

Sicut deterſo purè coaleſcit vulnus, & nullum ipſius veſtigium remanere ſolet, ſic poteſt iuuenis priſtinæ improbitatis veſtigium nullum relinquere. cap. 20. num 119. & 120.

Iuuentutem decet labor, ſenectutem quies & relaxatio. c. 20. n. 115.

Senex duplicem regiam poteſtatem ſortitur, in iuuenes, ob prudentiæ præſtantiam, in ſeipſum ob deuictas paſſiones. capit. 20. num. 116.

Eſt etiam ſenſibus dignitas quaſi diuina. ibid. n. 117.

Iuuenes ſenectutem reuereantur. cap. 20. 116. & 117.

Et ipſi ſenes ſuos canos venerentur. ibidem. n. 117.

Canities duplex, vna capillorum, alia animi, floribus confertur. ibid. n. 117. & 118.

Iuuenilis ætas mobilis, & ſapientia & virtute vacua. cap. 30. num. 185.

Iuuenis quandoque vt vir robuſtus adſimilis aquilæ, colubro & naui. ibid. n. 187.

Iuuentus ocyus aquila volat, lenius colubro labitur, velocius alata naue ruit. ibid. n. 187.

Iuuentus ſimilis pelago. ibid. n. 188. & 189.

Similis eſt ſerpenti per herbas placidè labenti. ibid. num. 190

Iuuenes non ſunt laudandi antequam ad maturam ætatem venerint. cap. 27. num. 71. Quære verb. *Filius*, & verb. *Senex*, & verbum *Adoleſcentia. Puer.*

L

*Labor.*

INtermiſſio laborum ſapientibus neceſſaria & concedenda ad recreandos à labore animos; imprudentibus neganda cap. 19. n. 25.

In diſciplinis & alijs rebus parandis laborum exitus, non initia ſpectanda ſunt. cap. 20. num 49.

In ſtadio laborum diuerſæ ſeruandæ ſunt & leges ab illis, quæ in alijs certaminibus, nam læſus, & victus vincit, ille ſcilicet vincit, qui vincit in bono malum. cap. 20. nnm. 82.

Iucundiſſimum Deo ſpectaculum homo cum calamitate & iniuria fortiter decertans. ibid.

Labores ante actæ vitæ peccata in memoriam reuocant. cap. 20. n. 22. & ſanitatem afferunt animæ. ibid. 125

Tribus modis gladius iræ diuinæ ſcelera hominum percutere ſolet, aut ex plano, aut ex acie ferit, aut pungit cuſpide. cap. 20. n. 123..

Iuſtorum conſtantia in laboribus ſuperari nequit. cap. 24. n. 68 & 69

Labor & tribulatio ſordes animæ ſic detergit ſicut acetum nitro additum, vas argenteum. c. 25. n. 118. Quære verb. *Tribulatio.*

*Lacrymæ.*

Lacrymæ vt aqua tepida, cient vomitum præguſtatæ voluptatis. c. 30. n. 18.

*Lætitia.*

Non ſolum temporalis lætitia, ſed etiam ſpiritualis quandoque tentatio eſt. capite. 30. numero 60.

*Laqueus.*

Qui ſubdolè aliorum pedibus rete parat, proprio gutturi magnum iniicit laqueum. cap. 29. num. 26.

*Latro.*

Fur non ſolum rem ablatam, ſed aliquid aliud maius reddet cap. 19. numero 73. vide verb. *Furtum.*

Bonus latro adinſtar ſtellionis nitens manibus cæleſtem regiam conſcendit c. 30. n. 217.

*Laus.*

Laudes nec ore proprio vſurpandæ, nec familiaribus, cognatis & amicis permittendæ. cap. 27. num. 8.

Præſtat laudes proprias aduerſariis permittere, quàm ore proprio vſurpare. ibid. n. 9.

Laus ore proprio decantata multis nominibus extenuatur. cap. 27. n. 10.

Violenta valde eſſe debet neceſſitas, quę aliquam ad proprias laudes dicendas impellat. ibid. num. 11.

Laudes proximorum vel ideo celebrare debemus, ne ſit opus illis eas indicare, vel vſurpare. ibid. n. 12.

Hos qui ſeipſos laudant, acutius inſpicimus, & eorum vitia adnotamus, ſecus euenit cum his qui ſe incuſant. c. 18. n. 61.

Laus humana melli per quam ſimilis, moderata proficit, nimia lædit. c. 25. n. 81.

Homo probatur ore laudantis, & huius probationis forma c. 27. n. 120. & ſeq.

Laudes eleuant mentem hominis. Et huius eleuationis ſimilitudo appoſita. ibid.

Horum qui humanas laudes ſine detrimento audiunt, duo ſunt gradus. ibid. n. 122.

*Lectulus.*

Lectuli tricliniorum argenteis, & aureis pedibus ſuffulti. c. 25. n. 47.

Pedes iſti *lenticulæ*, & *mala* dici conſueuerunt propter ſimilitudinem. ibid. n. 48.

Floribus ſpargi, & malis adornari ſolebant. ibid. n. 49.

*Lemuel.*

Huius nominis Lemuel Ethymologia. ca. 31. num. 1. & ſeq.

*Lepus.*

Lepus animal ingenioſum, & cautum. c. 30. n. 120.

Semper ſuperfætant. ibid. n. 223.

*Leo.*

Leo ab omnibus metui vult, quare dimittit ambulantes, inſedentes incurrit ſuperbè, quia nullam metus ſignificationem præbent. cap. 22. num. 97.

Fame incitatus vrbes ingreditur. ibid. Et viatores inopinantes inuadit. ibid.

Non viribus & robore, ſed imperio reliquæ feræ leoni cedunt. c. 28. n. 8.

Leonis imperium in alias feras autoritate probatur. ibid. n. 9.

Leo fame ſtimulante rugit acrius. cap. 28. n. 73.

Rugitus eius reliquas feras exterret. ibid.

Inediæ patientiſſimus eſt. ibid.

Leonis fugientis maieſtas & decor. cap. 28. n. 7.

Eiuſdem animoſitas impauida. ibid.

Leonis ira magna, crebra, & familiaris, quam non celat, ſed multis ſignis demonſtrat. c. 19. n. 35.

Leonis inceſſus, & regium ingenium. c. 30. n. 232. vſque ad 236.

*Leuitas.*

Leuitas animi carpitur. c. 27. n. 49.

*Lex.*

Lex obſtetrix eſt, ſubditorum voluntates iuuans vt mores ſecundum rationem, vt ita dicam, pariant. c. 21. n. 74.

Qui legem ſeruat, non ſolum imperanti defert, ſed ſibi conſuli c. 19. n. 55.

Lex eſt liberi hominis anima. ibid. Quære. verb. *Mandatum.*

*Liberalitas, Liberalis.*

Liberalitas dignum reddit hominem, qui inter Principes ſedeat. c.18. n.57.

Liberalis eleemoſynis maximè delectatur. cap. 21. n. 73

Liberalitas amicos parit; auaritia quos habet, perdit. cap.19. n. 11.

Liberalis ferentem imitari debet. cap. 24. num. 135.

Liberalitas non modò decet regem, ſed etiam facit. c. 19. n. 15.

Eum diem liberalis periiſſe putat, in quo nemini benefecit. cap. 21. nu. 108. Quære verb. *Eleemoſyna.*

*Libido.*

Libidinoſi famelicis ſimiles c. 27. n. 39.

Fame incitati quæ amara ſunt tanquam dulcia auide ſumunt. ibid.

*Lingua.*

Linguæ poteſtas ea eſt, vt aliis mortem, vel vitam afferre poſſit. c. 1 . num. 76.

Lingua detractoris mortem affert; lingua verò boni Doctoris vitam. ibid. num. 77.

Lingua procax loquenti mortem infert; vitam verò donat patienter probra perferenti. ibid. num. 78.

Prout quis benè vel malè loquitur ita ſibi vitam, vel mortem creat. ibid. n. 79.

Linguæ manus verba ſunt. ibid. n. 80.

Quoties lingua ad loquendum laxata eſt, de vita atque morte agitur. ibid. n. 81

In naturalibus vitam lingua abſoluit, & morti initium præbet, idem in ſpirituali vita accidit. ibid. num. 82.

Lingua ſimilis arbori, quæ ſi diligenter cuſtoditur, fructus maturos, & dulces producit, ibid. num. 83.

Lingua mendax theſauros congregat, vel cum teſtis fidem ſuam mentiendo vendit: vel cùm iudex corruptus muneribus ſententiam dicit, vel cauſidicus iniuſtam cauſam defendit, vel quis per adulationem lucrum intendit. c. 21. nu. 28. & nu. 34.

Qui ita loquitur, vanus & excors; & ita quælibet lucri ſpes tanquam aura eum in hanc vel in illam partem impellit, ſcilicet tanquam ſtipulam, tanquam folium, vel fumum, vel vaporem leuem. ibi. num. 29.

Lingua origo diſcordiæ. c. 17. num. 64.

Qui arcana ſibi commiſſa non ſeruat, rixas ſeminat. ibid.

Linguam natura muniuit muro, ac vallo. c. 25. n. 69.

Hoc munimentum imitari debet gratia. ibid.

Timor Dei, ac timor hominum pro vallo ac muro linguam cingere debent. ibid.

Lingua cum rota molari componitur. c. 17. v. 14. n. 67.

Lingua hominem ſæpè torquet, & in ſupplicium dat. c. 20. n. 96.

Lingua omne genus armorum ad lacerandum omne genus hominum habet. c. 30. n. 106.

Lingua ſemper cordi reſpondet, & qui prauus eſt, praua loquitur cum ſuis moribus cohærentia. c. 26. n. 128. Quære verb. *Detractio*, & verb. *Sermo* & verb. *Loquacitas.*

*Lis.*

Ciuiles lites paupertatem afferunt. cap. 17. nu. 86.

Et ſi initio paruæ, cito valde excreſcunt. ibi.

Lites non ſtatim ad iudices referendæ, ſed ſi fieri poteſt inter amicos terminandæ. cap. 25. num. 32.

Lites oriuntur ex amore, quo vnuſquiſque ſuis commodis ſtudet. cap. 17. v. 14. n. 65.

Qui in iudicio cum æquitate litigat parum loquitur; qui verò iniuſtitiam tuetur, vocibus agit. c. 18. n. 64

In litibus fruſtra ea celantur, quæ aduerſarius ſtatim producturus eſt. c. 18. n. 65.

Sortitio optima & perbreuis ratio intercidendi lites maximè inter principes exortas. capite 18. nu. 66.

Vir lenis & verborum parcus non ſolum à contentionibus liber erit, ſed idoneus ad aliorum lites ſedandas. cap. 18. num. 67.

Subnaſcentes lites componere honeſtum eſt, & ſapientis proprium; ſtultum verò & indecorum illas perſequi, & immiſceri eis. capite 20. numero 14.

Lis cum ſerpente comparatur, quare cauendum ne caput inſerat, quia poſtea difficile reuocari poteſt. ibid.

*Locus.*

Locus ſupremus non eſt affectandus capite 25. n. 26 & ſeq.

Non locus hominem, ſed homo locum honeſtat. ibid. c. 27.

*Locuſta.*

Locuſta galeata eſt, & exercitus formam refert. cap. 30. n. 221.

Gerit bella cum draconibus. ibid. n. 225.

*Loqui, Loquacitas.*

Loqui in ſcriptura ſignificat idem ac viuere. cap. 21. n. 122.

Plura ſperare poſſumus de ſtulto, quàm de verboſo homine.

Qui labia extenta habent, loquaces ſunt & mordaces ſicut canes. cap. 20. n. 69.

Sunt ſecreti reuelatores, & ſæpè mendaces. ibidem.

Loquacitati hæc vitia hærere ſolent, falſitas, maledicentia, detractio & adulatio. ibidem numero 70.

Quare loquaces ad conſilium non ſunt vocandi. ibid.

*Lumen.*

Lucerna vel lumen fælicem fortunam ſignificat. cap. 20. n. 76.

*Lupus.*

Lupus eſuriens terram mandit. c. 28. n. 75.

Non inuadit homines niſi in extrema fame. ibidem.

Luporum proprietates. ibid.

Lupi Leonum veſtigia ſequuntur vt eorum reliquias deuorent. ibid.

Sanguinem ſitiunt. ibid.

*Luxuria.*

Luxuria in quo ſanguiſugæ adſimilis ſit. cap. 30. num. 123.

Luxuria humile & demiſſum vitium, in quod tanquam in foueam profundam deiicit Deus ſuperbum & eleuatum. c. 22. n. 80.

Mentis arrogantis leuitate carnis pondus ad ima trahit. ibid.

A vitio luxuriæ difficilis reſipiſcentia, ſicut ruina in foueam facilis, exitus difficilis. ibidem numero 81.

Luxuriæ vias qui ſemel tenuit, vix vnquam deſerit. ibid. num. 82. & 83.

In has vias ille decidet, qui iram Dei aliis criminibus in ſe conuertit. ibid. & num. 84.

M

*Magiſter.*

QVI properat ante tempus docere, eius doctrina quaſi oua euanida c. 29. n. 95.

Paratus quis eſſe debet magis ad agendum diſcipulum, quàm magiſtrum. cap. 29. numero. 93. & 94.

Qui ante tempus docere ſtudet, quaſi aborſum facit doctrinæ, ante tempus enitens verba. c. 29. n. 95. Quære verb. *Doctor.*

*Magiſtratus.*

Vnus aliquis ſtultus magiſtratus reliquos etiam ſapientes dehoneſtat cap. 26. n. 40.

Stultus oblatum ſibi honorem, ac magiſtratum nunquam reſpuit. ibi. n. 42.

Qui magiſtratum, vel imperium ſtulto defert, ipſum contra ſapientes armat. capite. 26. numero. 43.

Stultus ad honores ſublimes aſſumptus quam primum ad ima ruit. ibid. n. 45.

Qui imperito homini magiſtratum demandat cunctum Reipublicæ ordinem corrumpit. cap. 26. num. 62.

Similitudo ex aceruo lapidum petita. ibid. & n. 64.

Qui inſipientem aliquem in magiſtratum eligit, ſicut is, qui rudem lapidem purpura inuoluit. cap. 26. n. 38.

Magiſtratum ipſum indecore violat. ibid.

Magiſtratuum glorioſæ infulæ non decent improbos. Et huius rei luculenta ſimilitudo. cap. 26. num. 19.

Stultus ad magiſtratum aſſumptus ſimilis eſt calculo ſupputatiuo. c. 26. n. 57.

Inſipientem virum magiſtratu donare quædam idololatriæ ſpecies eſt. c. 26. num. 59. & 60. Quære verb. *Iudex.*

*Magnanimitas, Magnanimus.*

Magnanimus iniurias facile remittit. capite. 18. num. 52.

Magnanimus grauiſſima mala placidè fert; at puſillanimus leuiſſimis conſternatur animo. c. 18. n. 50.

Quo maior eſt ſublimitas mentis, eo maior latitudo voluntatis ad iniurias non ſolum perficiendas, ſed etiam inuadendas. c. 21. num. 23. Quære verb. *Patientia, Ira.*

*Male affecti.*

Male affecti detractiones iucundiſſimè audiunt. cap. 17. v. 4. n. 15.

*Maledictiones.*

Maledictionis gratis, & ſine cauſa prolatæ nullus effectus. c. 62. n. 5.

Multis ſimilitudinibus probatur. ibid. & numero. ſeq.

*Maleuolus.*

Maleuolus non tam aliis, quam ſibi mala deſiderat, & damnum infert. c. 19. n. 75. Quære verb. *Inimicus*, & verb. *Ira*

*Malum.*

Mala præſertim cydonia caput roborant contra ebrietatem. cap. 25. n. 49.

*Mammona.*

Mammonæ ethymologia, & ſignificationes varíæ. cap. 30. n. 72.

*Manſuetudo*

Lenitas & manſuetudo facit reges aptos ad audiendam veritatem. c. 20. n. 112.

Placidus & mitis vir alijs perferendorum laborum author eſt cap. 18. n. 51. Quære verbum *Patientia* & verb. *Benignitas.*

*Maria.*

Mariæ gratia ab ipſo ſuæ conceptionis momento amplior fuit, quàm gratia ſupremi Angeli, & ſanctioris Beati. cap. 31. numero 175. & 179. & Mariæ erga ſui ſtudioſos quàm ſeueræ ſint leges. cap. 31. n. 167.

B. Virgo miſericordiæ mater ac nutrix eſt. c. 31. n. 117.

Per manus Mariæ accipimus quicquid accipimus. ibid. n. 118.

Non ſolum Chriſtum, ſed Mariam etiam induere oportet. cap. 31. n. 123.

Amor Dei & Mariæ eſt veſtis diplois, qua fideles vti debent contra frigus peccati. ibidem numero 124.

Mariȩ atque Euæ in veſtiendis filiis diſſimilitudo. ibid.

Quales ſint veſtes, quibus Maria ſui amatores operit. ibid. & num. ſeq.

Maria Virgo leuiſſimarum etiam culparum labes ignorauit. cap. 31. nu. 131.

Immunitatis iſtius à venialibus culpis formalis cauſa qualis fuerit. ibid.

Maria fluuius gratiarum vorax, ibidem numero 135.

Charitatis actum nunquam intermiſit. ibidem. num. 137.

Aſſiduo amans non fatigabatur. ibidem numero. 138.

Non diuertebatur. ibid.

Qualis fuit veſtis, qua virgo prohibuit omne frigus peccati. ibid.

Quanta erga Virginem fuerit protectio extrema Dei. cap. 31. num 140.

Quanta inſpiratio interna. ibid. n. 141.

Maria ſponſa Spiritus ſancti & Ioſeph. capite 31. numero 54.

Spiritus ſanctus & Ioſeph zelo mutuo erga ſe quaſi vrebantur pro Maria. ibid. n. 55.

Per actum illum, quo Virgo angelo incarnationem nuntianti reſpondit, *Ecce ancilla Domini.* &c. quantum meruerit. capite. 31. num. 178.

Sic Virgo cæteros ſanctos ſanctitate excedit, ficut ſol reliqua aſtra. ibid. num. 180.

Et ſicut Virginem Deus. ibid.

B. Mariæ gratia omnium hominum & angelorum collectam gratiam ſuperauit. capite. 31. n. 118. & ſeq.

Authoritate probatur. ibid. num. 181.

Id à quibuſdam parum ſolidè probatur. ibid. n. 184

Tam copioſa Mariæ gratia vnde probetur. ibid. num. 185. & ſeq.

Mariæ gratia quomodo immenſa & infinita. n. 186. & ſeq.

In Maria fuit plenitudo gratiæ. cap. 31. numero 188

In Maria fuit omnis gratia. ibid.

In Maria gratia fuit illa, quæ ſub gratia vnionis poteſt eſſe maior. ibid.

Totius gratiæ, quȩ in Chriſto fuit, plenitudo in Mariam deſcendit. ibid.

Mariæ gratiam omnium hominum collectam gratiam ſupergredi, ex mediatricis officio perſuadetur. cap. 31. n. 191 & ſeq.

Ex Dignitate matris Dei eadem poſitio probatur. ibid. n. 198.
Maria Virgo plus meritis ſuis poteſt apud Deum, quam vtraque ſimul creatura humana & angelica. ibid. num. 198.
Huius potentiæ præclara ſimilitudo. ibid.
Hominum atque angelorum mediatrix fuit. ibid, num. 200.
Inde conficitur ipſam abundantiori gratia præditam quàm homines & angelos ſimul. ibid.
Mariæ regnum in homines & angelos quàm latè pateat. cap 31. num. 201.
Ex hoc Regno maior ſanctitas & gratia in ipſa colligitur quàm in cunctis angelis, & hominibus ſimul. ibid. num. 202.
Redemptio Chriſti plus vni Mariæ quàm reliquis ſimul angelis, & hominibus profuit.
Mariam laudare non eſt cuiuſlibet, ſed eorum, quos ipſa materno ſtudio amplectitur, & eximii ſunt ſanctitate & moribus cap. 31. n. 171
Spiritus ſanctus germanus ac decens illius laudator eſt. ibid.
Laudum illius pelagus immenſum. ibidem numero 172.
Chriſti laus ad Mariam matrem ſpectabat. ibid. num. 173.
Omnia temporalia per rectitudinem intentionibus ad ſpiritualium ordinem transferebat exemplo fœminæ ſtamina nentis. c. 31. n. 111.
Maria omnium ſæculorum negotium fuit. cap. 31. num. 101.
Non fuit extincta in nocte lucerna eius. ibid. n. 102.
In ipſa morte nequaquam mortua fuit. ibid. n. 103.
Probatur hoc ſimilitudine ſolis per ecclypſim deficientis. ibid.
In Chriſti Domini morte ſola Virgo fidem conſtantem tenuit. cap. 31. num. 104.
In huius ſæculi atra nocte facem inextinctam præfert fidelibus, ibid. num. 105.
Maria mulier fortis quo ſenſu, capite 31. numero 45.
Pretium illius ingens, ibid. & n. 46.
Omnes fideles tanquam lapides pretioſi veſtem illius ornant, ibid.
Eſt vnio omnes vniones ſuperans. ibidem numero 47.
Maria Virgo in lana, lino, & ſerico elaborando valde perita, cap. 31. num. 71.
In lana & lino operata eſt myſticè. ibidem. numero 72.
B. Mariæ, & nauis onerariæ comparatio. c. 31. n. 78. & ſeq.
Studium, & amor erga Mariam Euchariſtiæ frequentiam adducit. ibid. & num. 85.
B. Virgo in morte ſua riſit, ac minimè doluit. c. 31. nu. 156.
Ita decuit vt ſicut pariens doloris expers, ita etiam moriens à doloribus immunis eſſet, ibidem.
Maria iuxta crucem quaſi miles ſtationarius ſuccincta lumbos. cap. 31. num. 95.
Virginis paupertas eximia, ibidem numero 96.
Paupertatem tanquam filiam reuelauit, ibidem num. 97.
Virginitatis zonam nec conceptus nec partus reſcidit. ibid. n. 98.
Mariæ externa pulchritudo eximia. cap. 31. num. 109.
Mariæ interna pulchritudo quanta, ibidem. nu. 210.
Deformitates dæmonum, & aliarum creaturarum Mariæ ornatum, & pulchritudinem augent. n. 110.
Præcipua laus Virginis à rebus eius geſtis petenda. c. 31. n. 112.
Quibus laudibus tres Angelorum Hierarchiæ Virginem aſſiduo proſequuntur, ibidem numero. 113.
B. Mariæ lanificium myſticum, capite 31. num. 110
Nihil boni agere efficaciter deſiderauit quod non actutum executa fuerit. ibid.
Partam gratiam non ſibi ſoli arrogauit, ſed fidelibus diſtribuit. Et huius rei idonea comparatio. c. 31. n. 85.
Virgo Maria ſui ſtudioſos ad ea conuertit opera, quæ iuxta eorum propenſionem ſunt, c. 31. n. 88.
Maria vinea feraciſſima fuit. ibid. num. 91.
Beata Virgo obediens erga virum ſuum reliquis vxoratis exemplar fuit. cap. 31. num. 149.
Maria Virgo aure concepit Verbum, capite. 30. num. 119.

*Martyrium.*

Martyrij ſine ſanguine plura genera recenſentur. cap. n. 24.

*Mater.*

Matrem etiam moroſam ſuſpicere ac colere & audire debent filii cap. 23. n. 105.
Honor & cultus erga matrem omnem alium Principum aut Imperatorum cultum ſuperare debet, ac diuinum imitari, ibidem n. 190.
Matris cura erga puerum diuinam erga homines prudentiam imitatur, ibid.
Qualiter matres filiis paruulis ablandiri debeant. c. 31. num. 2. & 3.
Admonentur filij maledicentes. ibid.
Matrum monita filiis pro oraculis ac Dei reſponſis eſſe debent. cap. 31. num. 4.
Matrum negligentiam in educatione filiorum illis ſublatis punit Deus c. 23. n. 85.
Improbi filiorum mores matribus potiſſimum tribui ſolent, cap. 29. num. 68. Quære verb. *Filius*, & *Pater*, & *Vxor*, & *Educatio*.

*Matrimonium.*

Qui filium rationis expertem in matrimonium dat, dedecore afficit ſanctitatem cap. 19. numero 111.
Optima æqualitatis ratio inter virum & vxorem ſeruari debet vt in æquilibrio ſint: c. 31. numero 207. Quære verb. *Coniugium*, & verb. *Vxor*, *nuptia*.

*Medicamentum.*

Medicina prodeſt cum alacri animo excipitur. c. n. 88.

*Mel.*

Mel ſine temperantia ſumptum flatus creat, & huius rei anagogia cap. 25. n. 81.
Mellis ad ſanitatem virtutes, capite 24. numero 57.
Et earum anagogia de vera ſapientia, ibid. & n. ſeq.
Mel clariorem doctrinam, fauus parabolicam, & obſcuriorem notat. ibid. n. 60.

*Mendacium, Mendax.*

Mendax Diaboli figuram gerit. cap. 17. num. 27.

Mendacium ſeruorum vitium. ibid.

Mendax ſuis verbis ſicuti retibus comprehenditur. c. n. 28.

Deus Pater genuit Filium veritatem: ſic Diabolus lapſus genuit quaſi filium mendacium. cap. 19. n. 104.

Qui ex Deo ſunt, veritatem: qui ex Diabolo ſunt, mendacium ſectantur capite 19. numero. 104.

Vir mendax diu latere non poteſt. cap. 19. numero, 22.

Mendacium ſoluit vnitatem corporis Chriſti ex fidelibus compactam, c. 19. n. 105

Mendax multiceps eſt, & Draco ille Apocal. ſeptem habens capita, ibid.

Mendaces figuli ſunt. c. 19. 86.

Qui Regi falſa renunciat, proditoris pœnas ſuſtinere debet. capite 20. num. 112.

Vir Mendax odio habet eos, qui veritatem vbique renuntiant. cap. 26. n. 143.

Nec per ſimulationem veritatem tegere, nec per multiloquium ea quæ tacenda ſunt, effundere oportet. ibid. num. 145.

Melior eſt pauper, quàm mendax. cap. 19. num. 82.

*Menſura.*

Diuerſæ menſuræ ad res tradendas, & accipiendas admodum inuiſæ ſunt Deo. cap. 20. n. 35. & cap. 11. v. 1. cap. 16. v. 11.

*Mercator.*

Mercatorum mos eſt vt vilius res emant, eas malas, & inutiles dicere. cap. 20. n. 47.

Mercatores ſumus in hac vita, id eſt, emptores gloriæ, & rerum ſpiritualium, quas laboribus emimus. cap. 20. n. 48.

Nunc pretium pœnitentiæ nimium, & moleſtum apparet, poſtea tamen videmus non eſſe condignum ad futuram gloriam. ibid..

Multi ad inſtar mercatorum res proprias laudant, alienas verò aſpernantur. capite 20. numero 50.

Mercatores Mercurii vulgo dicti. cap. 26. numero 63.

*Merces.*

Merces ſtatim perſoluenda operariis. cap. 17. n. 38.

*Mercurius.*

Mercurium manibus ac pedibus truncum efformare ſolebant. græci. capite. 26. num. 60.

Ad Mercurii ſtatuas lapidum cumuli aggerari ſoliti. c. 26. n. 6.

Hi cumuli Hermacarum nomen ferebant. ibidem.

*Meretrix.*

Ora meretricum vel impudicarum mulierum nihil diſſident ab illis Æthnæ, Veſuuii, vel aliorum montium cauernis, vulgo Volcanes. cap. 22. n. 79.

Meretrix fouea profunda, & os eius os foueæ: quare longè recedendum à colloquiis ipſius: alioqui qui incautè accedit, ſimilis erit Philoſopho illi qui in Æthnæ montis profundiſſimum hiatum dilapſus eſt. cap. 22. n. 79.

Melius eſt & tutius noctem ſub dio tranſigere in aliquo tecti faſtigio, quàm ad meretricem diuertere. c. 21. n. 49.

Diuerſoria olim meretricum domus. ibid. num. 50.

Meretrix prædonis vias obſidenti adſimilis. c. 23. n. 122.

In meretrice non vna, ſed plures collatebrant feræ. ibid. n. 123.

Omnium ferarum ſpelæum eſt. ibid.

Oculis ſuis prædas agit. ibid.

Placere meretrici prorſus impoſſibile. ibidem.

Circa meretricem omnia peccata prædas ſuas agunt. ibid. n. 124.

Meretrix ſepulchri ad inſtar obtinet viua corpora corrumpentis. cap. 23. n. 115.

Foſſæ vrbem cingenti, & cadentia ex muneris cadauera excipienti adſimilis eſt. ibidem numero 116.

Qui ad meretrices accedunt, ſimiles his, qui ex ciſternis aquas inertes bibunt. ibidem numero 17.

Meretrix cæco, & imo carceri comparatur. ibid. n. 118.

Meretricis inſaturabilis eſt auiditas pecuniarum. c. 23. n. 120.

Similis dolio pertuſo. ibid. Quere verb. *Scortum*, & verb. *Luxuria*. & verb. *Venus*.

*Meritum.*

Iuſti merita non poſſunt aliis ſufficere, quare vnicuique propria merita comparanda ſunt. cap. 20. n. 17.

*Militia.*

In bello præſtat ordo, & diſpoſitio militum, quàm robur. capite vigeſimo quarto num.

Ordinis militaris, & ædificii collatio. ibid.

Eius ordinis violatio militi capitalis. ibid.

Ars militaris maius momentum habet ad bellum conficiendum, quàm multitudo ac robur, ibi. n. 17.

Ad militiam, & bella gerenda præſtat ſapientia quàm robur. c. 24. n. 13.

Militum fides erga imperatorem qualis eſſe debeat. c. 23. n. 11

*Miſericordia, Miſericors.*

Miſericordia hominem ita erigit, vt ex humana natura velut in diuinam transferat. cap. 20. num. 25.

Et non modò miſericors dicitur magnum quid, ſed etiam pretioſum, & locuples. ibid.

Miſericors victoriam à ſuis vitiis reportat & honorem à Deo, & hominum voluntates ſibi obſtringit. c. 22. n. 53.

Stipendiis militat Diuinis: fortis eſt miles debellat plures hoſtes, dæmones, famem, mortem, & alios. ibid. n. 54.

Athleta eſt, oleo miſericordiæ delibutus, vt ab hoſtibus liberetur. ibid.

Deum ipſum vincit. ibid.

Qui Deum eleemoſynis ſibi obſtringunt, ab eo tanquam à iudice victoriam in litibus, & tanquam à Principe honorem obtinebunt. ibidem numero 55.

Miſericordia, & iuſtitia regia via in cælum. cap. 21. num. 94.

Viæ huius fines ſunt vita diuturnior, iuſtitia, & gloria. ibi. n. 93.

Omnes miſericordes haberi cupiunt. cap. 19. nu. 80.

Et hominis propenſio in miſericordiam fertur. ibid.

Deus humanæ naturæ miſericordiam inſeuit, vt mitiores fructus produceret, ſicut arbor inſita. ibidem.

Hæc tamen inſitio facta eſt ex ſem etipſ, ſecundò ex Chriſto homine, & Deo ibid.

In aliis vitiis propenſio naturalis excuſat, non verò in auaritia. ibid. n. 81.

Præſtat pauperem eſſe & nihil deſiderare, quàm diuitem, & benignitatis, & largitatis fructus mentiri potius quàm reddere. ibid.

Miſericordia non effectu, ſed affectu penſatur. ibid. n. 82.

Pauperis voluntas propenſior in miſericordiam quàm diuitis. ibid.

Melior eſt pauper ex corde pauca donans, quàm diues miſericordiam potiùs mentiens quàm ſentiens. ibid.

Miſericordiæ nobile opus eſt inſontes qui ad necem rapiuntur, quibuſlibet auxiliis eripere. c. 24. n. 46.

In pauperibus noſtram veluti præludimus fælicitatem, & beatitudinem. capite 24. numero 57.

Noſtræ miſericordiæ erga pauperes omnes dimenſiones imitatur Deus cum noſtri miſereſcit. ibidem.

Quatuor dimenſiones miſericordiæ. ibidem.

Excuſationes eorum qui miſericordiæ opera negligunt, Deus ſeuerè examinat. cap. 24. num. 50. & ſeq.

Falli non poteſt Deus in hoc examine. ibid. num. 51.

Excuſatio ignorantiæ refutatur. ibidem. numero 52.

In beneficentia non fit perſonarum acceptio. ibid. n. 53.

Sola voluntas bene merendi de paupere, cùm operis facultas adeſt, nihil præſtat. cap. 24. num. 54.

Secus ſi talis facultas deſit. ibidem numero 55.

Multi ſunt nomine miſericordes, ſed qui reipſa miſericordiam non præſtant. capite 20. numero 14.

Miſericors benignus oculo dicitur quia ab oculis miſericordia ſplendidius enitesſcit. cap. 22. nu. 47.

Sicut faſcinatores venenum ex oculis iaciunt, quod pueris maximè nocet: è contrario miſericordes pupillos, id eſt pauperes oculis aſpiciendo ſanant, & iuuant. ibid.

Miſericors hilaris debet eſſe, & donator hilaris ad cor, & vultum ſpectat; donatio ad rem quam quis impendit. ibid. num. 48.

Tanta hilaritate danda eſt eleemoſyna, vt oſtendas quod magis donando accipias, quàm des ibidem.

Candor lilii in eos quadrat, qui ex hilaritate miſerentur, quo candore Dei oculos ad ſe trahunt. ibid. num. 49.

Lucis candor oculos primum ad ſe trahit, deinde eoſdem hebetat ac perſtringit, ſic eleemoſynæ candor primum oculos Dei ad ſe trahit; deinde verò obtundere videtur, dum ad miſericordis peccata cæcutire videtur. ibid.

Oculi miſericordis boni, qui candore miſericordiæ intuentes non perſtringunt. ibid.

Qui ex hilaritate ſuccurit corpus, & animam reficit; qui ex triſtia. corpori tantum, animam verò lædit. ibid. n. 50.

Qui ſe victu ſuo fraudat, vt ſuccurat pauperibus, ſplendidius à Deo enutriendus eſt. ibid. nu. 51.

Vidua illa Sareptana Abrahamum ſuperauit eleemoſyna. ibid.

Miſericordia ſacrificio præfertur. 21. numero 15.

Quia melius ſignificatur Deus author vitæ, cùm propter eum vita pauperis ſuſtentatur, quàm cum animalis vita adimitur. ibid.

Eſt ſacrificium in quo pauper ſe habet inſtar altaris: & in hoc altari diues opes ſuas quas loco ſanguinis habet, profundit. ibid.

Cum martyrio confertur, quod ſubit ſponte miſericors. ibidem.

Confertur cum ſacrificio. Euchariſtiæ. ibi. n. 16.

Quære verb. *Eleemoſyna*, & *Diuitiæ*

*Monachus.*

Monachus ad ſæculum rediens canis eſt vomitum repetens. c. 26. n. 88.

*Monarchia.*

Monarchia optima ſpecies gubernationis. Olygarchia deterrima. c. 28. n. 16.

Propter peccata ingentia vertitur Monarchia in Olygarchiam. ibi. & n. 20.

Monarchia diuturnior eſt quàm alię ſpecies gubernationis. ibi. n. 17.

Oligarchia ocyus diſſolui, & in Monarchiam verti ſolet. ibi. n. 18.

Monarchia ſic præſtat Olygarchię, ſicut Deus hominibus. ibid. n. 19.

Monarchia Deorum vita videtur, quæ preter immortalitatem reliqua habet omnia. ibid.

*Mors.*

Qui inter viuendum latioris conſcientiæ fuerunt vaſtiſſimis ſtateris in vita vtuntur: inſtante verò morte leuiſſima crimina ſcrupulis expendent. c. 20. n. 63.

Qui ab honeſtatis recta via aberrat, pręcocem mortem timeat. c. 21 num. 75.

Mortis memoria plumbo comparatur. cap. 17. v. 3. n. 10.

Mors crocodyli ad inſtar alios ſtatim deuorat, alios febribus quaſi mandit. capite. 30. numero 111.

*Mortificatio.*

Prudenter corpus caſtigandum eſt, nè corruat. c. 29. n. 45.

*Mos.*

Antiqui parentum mores obſeruandi. ca. 22. n. 136.

*Mulier.*

Eximia dos mulieris timor Dei. capite 31. n. 205. & ſeq.

Ipſiſſimus Dei timor futura. ibid.

Cur laudes, & encomia fortis mulieris per alphabeti Hebraici literas digerit Salomon. c. 31. n. 41.

Mulieris ſapientia in adminiſtratione domus ſita eſt. ibid. n. 42. & 43.

Mulier fortis quæ dicatur. c. 31. numero 43. & ſeq.

Inuentu perquam difficilis. ibid.

Induſtriam cum pietate copulare non eſt facile mulieri. ibid.

Mulier immiſericors portento ſimilis. cap. 31. n. 114.

*Munus.*

Muneribus gratia Principis conciliatur. c. 17. n. 33.

Muneribus veluti dementatur. Iudex. ibidem.

Munera quouemque volueris deflectunt iudicum animos. ibid. n. 34.

Munus

Munus eſt adinſtar lapidis aliquo colore infe-ſti, qui ob oculos iudicis poſitus ſuo colore cauſam donantis imbuit. ibid.

Eſt veluti magnes. ibid. n. 35

Cur compar etur lapidi pretioſo. ibid.

Comparatur ingenti ponderi. ibid.

Munera viam aperiunt ad Principes & iudices cap. 18. n. 55

Munera ab aliquo Principibus collata licentiam flagitioſè viuendi conſequuntur. ibidem. num. 56

Qui muneribus iudices corrumpunt iniuſtas lites plerumque defendunt. cap. 17. verſ. 23. n. 92

Licet quis corrupto muneribus iudice ſententiam ad nutum extorſit, non ideo res acta: alius quippe reſtat iudex omnium. cap. 29. nu. 116

Ira iudicis contra reum, quis dicitur, quem tamen munus oblatum temperat; at iam collatum omnino extinguit. cap. 21. nu. 64. 65. & 66

Munera oblata regibus cur *eleuationes* dicantur. c. 29. nu. 15

*Muſica.*

Muſicæ magna vis ad affectus moderandos. c. 19. nu. 49

*Mutatio.*

Mutationes ferè periculoſæ. cap. 27. nu. 46. & num. 49

*Mutuum.*

Mutuum non eſt petendum, quia diuites eodem modo in pauperes, & in eos, qui ab ipſis commodatum accipiunt, contumelioſè inuehi ſolent. cap. 22 num. 36

Qui fœnore ſe obſtrinxit intolerandum dominum ſibi ipſe pecuniis comparat. ibid.

Intolerabilis ſeruus fœnoris. ibid. n. 39. Quære verb. *Vſura*, & *Fœnerator*.

*Myſteria.*

Curioſus myſteriorum noſtræ fidei ſcrutator carnalem intellectum educet. cap. 30. nu. 250

Myſteria improbis non propalanda. cap. 24. n. 68 Quære verb. *Secretum*.

N

*Naſus.*

Longitudo narium ſapientem, fortem, & patientem demonſtrat. c. 19. n. 30

*Nitrum.*

NItri compoſiti, & conflatio eiuſque proprietates. c. 25. n. 105

Nitrum opertum fermento ſpumam emittit. ibid. n. 106

Nitri acetique mixtio quid præſtet. ibid. & nu. ſeq.

*Nobilitas.*

Faſtus ex nobilitate curatu difficilis, vt morbus capitis. ca. 30. nu. 104

Folio quodam, & incantatione, id eſt vera virtute curandus. ibid. n. 105

Nobiles faſtidioſi ac ſuperbi, quaſi natura, & genere diſiuncti à reliquis ſunt. c. 30. n. 101

Faſtu repleti ſunt claris parentibus nati. ibidem. nu. 103. Quære verb. *Superbia*, gloria, & *Honor*.

*Nomen.*

Bonum nomen virtutis comes & ſatelles, & pluris faciendum quàm copioſæ diuitiæ. c. 22. n. 2

Quia bonum diuturnius, & intrinſecum in fundamento, quod non habent diuitiæ. ibidem.

Nomen pro perſona vſurpatur. cap. 30. nu. 42. Quære verb. *Gloria*. & verb. *Honor*.

*Nomen Dei.*

Dei nomen turris eſt fortiſſima, non anguſta, ſed lata, & regia. c. 18. n. 40

Iuſtus ſicut ſtationarius miles Dei nomen vt turrim defendet, & ab eodem ipſe defenditur. c. 18. n. 37. Quære verb. *Sanctus*.

*Nubes.*

Nubes quaſi veſtis qua obnubitur cœlum. c. 30. Et ibi plura de natur. nubium.

*Nuncium. Nuncius.*

Nuncij boni è longinquis regionibus adducti & aquæ frigeſcentis homini ſitienti oblatæ comparatio. c. 25. n. 150

Noua, & felicia libenter proximis denunciare debemus, mala non ita. ibidem num. 152

Nuncius ſtultus, & tarde ſimul: ac perperam mandata ſibi commiſſa agit. c. 26. n. 30

Sermones illius claudicant, & propinatas ſibi iniurias ſponte haurit. ibid. n. 31

Qui vtitur nuntio inſipiente in negotio aliquo magni momenti ſuorum damnorum ſibi author eſt. cap. 26. num. 27

Neceſſe erit illum ſibi ipſi ob facti pœnitentiam genua incidere. ibidem.

Nuncio ſtulto non niſi claudus, aut qui rebus ſuis diffidit, vti debet. ibid. n. 28

Bonus nuntius ſicut frigus niuis in die meſſis. c. 25. n. 60. & ſeq. Quære verb. *Legatus*.

*Nuptiæ.*

Nuptiæ à Deo inuentæ. c. 19. n. 45

Triplex debet eſſe harmonia inter maritum, & vxorem, ibid. n. 45. & 47

A Domino vxor prudens datur. c. 19. n. 45

Vxoris mores adaptandi ſunt viri moribus, non è contra. ibid. n. 46 & 47

Mores viri forma vitæ mulieris, ibid. inter coniuges debet eſſe harmonia, non ſolum religionis eiuſdem; ſed etiam, morum. ibid.

Sicut in inſerendis arboribus ſimilitudo duorum requiritur ita in nuptiis. c. 19. n. 51

Nuptiæ à diabolo iungi videntur cum ex prauo fine fiunt. ibid. nu 52 Quære verb. *coniugium*, verb. *matrimonium*, & verb. *vxor*.

G

*Obedientia.*

Qui ſuperiori imperanti ſeuera, & acerba obtemperat, nobiliſſimam victoriam adipiſcitur. c. 21. n. 121

Hac victoria ſeipſum vincit, & ſuperiores, & dæmones, & Deum ipſum ſibi quodammodo mancipat. ibidem. nu. 122

Mandata Dei exequi oportet, etiamſi ratio præcepti non ſit comperta. c. 25. n. 9

Non ſolum voluntas, ſed etiam mens Deo parere debet. ibid.

Serui, ac religioſi indiſcuſſis rei præceptæ cauſis ad nutum obtemperare debent. cap. 29. numer. 87

Obedientiæ ſymbolum inauris aurea ex auribus pendens. c. 25. n. 57. & ſeq.

*Obliuio.*

Non debet ſapiens beneficia nimis cogitata diſcutere aut iniurias recogitare tacitus. ca. 30. n. 253

*Oculus.*

Exaltatio oculorum in ſcriptura ſignificat ſuperbiam, & auaritiam. c. 21. n. 19

Mali oculi homo dicitur vir immiſericors. c. 23. nu. 58

Et is qui res malam in partem vertit. ibidem, & inuidus. ibid.

*Odium.*

De inimicorum ruinis nequaquam exultare debemus. ca. 24. n. 76

Sententia illa *ſic ama tanquam aliquando oſurus*, carpitur. ibid. n. 77

Commendatur ea *ſic odi tanquam aliquando amaturus.* ibid. Qui inimici ſui ruinis adgaudet transfert in ſe iram Dei. ibid. n. 78

Idem etiam talioni ſe ſubiicit, & quomodo. ib.

Impij abominantur pios; & contra. c. 29. n. 17 Quære verb. *ira,* & verb. *inimicitia.*

*Officium.*

Officium ſuum non niſi ob graues cauſas cum alio permutare debet vir prudens. cap. 27. n. 46

*Oleum.*

Oleum neceſſarium ad ſapientiam comparandam. c. 221. n. 89

*Opera. Operarius.*

Quanta ſit in bonis operibus iuſtorum fiducia à colo, & fuſo ſumpta ſimilitudo. capite 21. n. 109

Operariis ſtatim perſoluenda merces. c. 17. n. 38

*Operari.*

Operari bene ſatius eſt quam egregiè concionari ſine operibus. c. 17. n. 4

*Opes.*

Opes quæ cupiditatem ſtimulant paupertates ſunt. 30. n. 63

Nunquam diues exſatiatus eſt, ſed plura exoptat quanto plura poſſidet. ibid. n. 64

Diuitiæ copulatam ſecum comportant paupertatem. ibid. n. 65

Sobria bonorum aceruatio prudentem decet, effuſio vero prodiga eorundem imprudentis eſt. c. 21. n. 90

Qui pauperum facultates ſuis accumulat per fraudem vtraque diſſipat. c. 22. n. 88

Qui diuites muneribus proſequuntur vt eorum gratiam ineant exhauſtis facultatibus ad egeſtatem compelluntur. c. 22. n. 88

Qui vero pauperibus fauent, nouis facultatibus in dies creſcunt. ibid. n. 89

Deus per iniuriam diuitias partas à diuite iniuſto extorquebit. c. 1. n. 90. Quære verb. *diuitiæ.*

*Oratio.*

Qui orationibus, & ieiuniis vacant, ſtationarij milites. c. 18. n. 39

Oratio propugnaculum aduerſus hoſtes internos, & externos. ibid.

Vacante lingua opera bona intercedunt. c. 28. nu. 46

Oratio cui bona opera, & mandatorum Dei adimpletio non ſunt coniuncta, Deo non placet. c. 28. n. 44. & ſeq.

Bona opera tanquam bonum odorem orationem ſpirant. ibidem.

Bona opera orationem nutriunt, ſicut oleum lucernam. ibid. n. 45

*Oſculum.*

Plures oſculandi ritus tam olim quam hodie ſolemnes. c. 24. n. 100

*Otium. Otioſus.*

Profuſionis, & otij vna eſt, & eadem parens, ſcilicet imprudentia id eſt, iners quædam temporis futuri iniuria. c. 18. n. 36

Prodigus, & otioſus fratres ſunt ex eadem matre. ibidem.

Ab otio ad negotiationem progredi oportet exemplo auis. c. 27. n. 45

Otium immittit ſomnum, ſomnus homines reddit ineptos ad laborem, & ſtolidos. c. 19. nu. 53. 54. Quære verb. *Pigritia.*

P

*Pallas.*

Pallas armorum Dea, & textrinæ artis inuentrix. c. 31. n. 108

*Parabola.*

Parabolicæ, & tropicæ loquutiones delectant mirificè auditores. c. 24. n. 54

Fauis adſimiles. ibid.

Parabolæ claudicantis deſcriptio. c. 26. n. 32

Parabola elegans in ore ſtulti poſita indecore ſe habet. ibid. n. 33

Parabolarum obſcuritas in ſcriptura ſacra quò ſpectat. c. 25. nu. 708

In perſcrutandis, differendiſque parabolis vtilis conſerta eſt dulcedo. ibid.

Similitudo ex agricultura, & ex venatione. ibidem.

Parabolicus ſermo, aut ſententia quælibet opportune dicta *es como eleſmalte ſobre el oro.* ca. 25. num. 43

Vel ſicut ſardius in monili aureo ibid. num. 44

Parabola ſimilis pomo aureo retiaculis argenteis incluſo. ca. 25. n. 42

*Pars.*

Quid ſignificent *partes* in conuiuiis. cap. 13. nu. 98

*Paſſio Chriſti Domini.*

Paſſionis Chriſti vis ad extinguendas voluptates. c. 30. n. 130

*Paſtor.*

Paſtoritia ars dignitate, & quæſtu aliis præfertur. c. 27. nu. 140

Ad dignitates, & præfecturas publicas diſponit eius exercitatio in iuuentute. c. 27. num. 141. & ſeq.

In paſtoritia arte parui ſumptus. ibid. 144

Paſtoris, ac pecuarij differentia. cap. 27. nu. 135

*Pater.*

In puniendis filiis Patres nullis eorum gemitibus, vel lacrymis emolliri debent vt deſiſtant à correptione. c. 19. n. 65. & 66

Parentum monita pro oraculis habenda, quæ decipi quodammodo impoſſibile eſt. ca. 19. nu. 78. & 79

Duo patrem familias vehementer angunt, filius ſtultus, & mulier litigioſa. capite 9. numero 42

Filius de cuius emendatione deſperatur acerbus eſt patri tanquam acris labruſca, quia ſicut ex labruſca nunquam vinum ſuaue exprimitur, ſic ex filio ſtulto voluptas non capitur. ibidem.

Patres gaudent impenſè de ſapientia, & probitate filiorum, & cur. c. 23. n. 110

Filij parentum ſuorum ſolatia magno ſtudio curare debent. ibid. nu. 111

Vna & altera huius rei ratio. ibid.

Patres cum de filiorum officiis certiores facti, bona illis à Deo petunt, exaudiuntur. ibid. n. 112

Patribus enutriendi filij. c. 17. n. 21

Bene morati debent eſſe, quia in ipſis filiorum decus vertitur. ibid. n. 22

Patribus obedientia debetur iure generationis. c. 23. nu. 103

Filiorum actiones parentum opera dici debent. ibid.

Eorum voluntatem coniectari, ac diuinare debent filij, vt eam exequantur. ibid.

Filius qui à patre corpus formatum accepit animum ei ſubdere debet, vt per doctrinam illum informet. ibid. n. 104

Parentis integritas, & iuſtitia contractibus fortunam, & fœlicitatem filiis promeretur. cap. 20. n. 26

Qui ſponte honeſtatem colit, filios gignit ſimili honeſtate præditos. ibid. nu. 27

Pueri ex nobilibus parentibus nati fatui ſæpius, quia eos non caſtigant. c. 22 n. 86

Cum puero ſicut cum rudi aliquo Iumento agendum eſt, quia vterque niſi virga ictus non ſapit. ibid. n. 87

Pater qui ſe ipſum ad virtutem cogit filios ad honeſtatem compellere poterit. cap. 20. num. 27

Parentum virtus non vnam ſed omnes fœlicitates filiis exorat. ibid n. 28

Parentes dij ſecundi ac terreſtres: opera filiorum ipſis tribuuntur: nemo poteſt æquas perſoluere grates. c. 30. n. 159

Non valet quis pro illata parentibus iniuria ſatis dare: dij lares, & animata deorum ſimulachra. ibid. 160. Quære verb. *filius.* & verb. *Puer,* & *Mater,* & *Educatio.*

*Pater æternus.*

Pater æternus ſimilis terræ. c. 30. n. 44

*Patientia.*

Longitudinem tribuit animæ. c. 19. n. 29

Iram decoquit patientia, quæ moleſtiarum decoctrix eſt. c. 19 n. 28

Patientia hominem ſapientem eſſe demonſtrat. c. 19. n. 28. Quære verbum. *Longanimitas.*

*Patria.*

Patriam relinquentes infelices ac miſeri. ca. 27. numero 51. huius rei venuſta ſimilitudo.

*Paupertas. Pauper.*

Pauperes imperium exercent in diuites qui pecuniis obſeruiunt. c. 22. n. 37

Quiſque ſtudeat fortunarum ſatis ſibi ad victum comparare, ne per inopiam cogatur diuitibus inſeruire. ibid.

Pauperes nec diuites admirentur. capite 28. numer. 53

Sapientiores ſint diuitibus. ibid. num. 54

Paupertas ſine ſapientia importabilis ibidem.

Pauperes ſua ſorte contenti non adulantur diuitibus. ibid. n. 55

Diuitum fraudes pauper prudens canis inſtar venatici ſubodoratur, & eas fugat. cap. 28. numer. 57

Pauperes communes naturæ iudices, & aduocati. cap. 28. n. 59

Paupertatis damnum ille ſolus experitur, qui paupertatem ægrè fert, & qui eam furtis ſubeuare contendit ſibi damnum adauget. cap. 19. num. 76

Fortuna diuitis & pauperis à Deo eſt. cap. 21. num. 55

Quare non plus deferendum vni quàm alteri. ibid. nu 6

Deus magis gloriatur in formatione pauperis quam diuitis, quia in ea artis ſuæ peritiam clarius oſtendit ſicut ſtatuarius in formatione nudæ. ibid.

Deus pictor pauperis & diuitis, quorum nullà eſt vera fœlicitas, nec miſeria, quia picti, & adumbrati. ibid. n. 7

Pauper & diues æquales, & eodem honore proſequendi. ibid. n. 8

Alter alteri ſuppetias, & auxilium fert, & mutuis operis iuuat, Pauperis eſt rogare, diuitis erogare. ibid. n. 9

Pauperes opus habent diuitibus, & diuites opus habent pauperibus, ita enim diuina prouidentia diſpoſuit, vt ſocietas eſſet inter homines. ibid. nu. 10

Pauperes cum pane, diuites cum lautioribus cibis conferuntur. ibid.

Reſpublica ſimilis eſt harmoniæ, quia conſtare debet pluribus & fortuna diſſimilibus, pauperibus ſcilicet & diuitibus. ibid.

Diuites & pauperes inter ſe contrarij & oppoſiti. c. 22. n. 7. 8. 9. & 10

Eos Deus in concordiam adducit. ibid.

Chriſtus in paupere læditur, & beneficiis afficitur. c. 22. n. 123

Qui pauperi vim afferunt Chriſtum iterum crucifigunt, & eos Deus è cruce ſimiliter ſuſpendet. ibid. n 124

Qui pauperes ſpoliant non ſolum Chriſti corpus, ſed quod acerbius eſt animam eius cruci affigunt. ibid.

Contra eos qui per dolos pauperem ſpoliauerunt, fraudes & dolos Deus conuertet, & ne ad ampliores fortunas properent velut adactis clauis continebit. ibidem. numero 125. ibid. nu. 26

Eorum animas Deus quaſi furto rapiet. ibid. numer. 127

Furantibus fortunas pauperis aditus ad aſylum diuinæ miſericordiæ vix patet, latroni enim aſylum interdictum. capit. 22. numero 128

Pauper inter fortunarum iacturas animam debet ſeruare per paupertatem, quæ tutiſſimum eſt aſylum. ibid.

Pauperis indignatio in alium pauperem grauior eſſe conſueuit. cap. vigeſimo octauo, numero 26

Pauperes ſibi mutuo damna dare, aut lites intendere non debent. ibidem. numer. vigeſimo ſeptimo.

Si pauperes inter ſe contendant ceſſat agricultura, & ſuccedit fames publica. ibidem. numero 28

Qui vocem pauperis non audit, non exaudietur ipſe, cum clamauerit. capit. 21. numero 61

Diues cum ſerpente obturante aures ſuas comparatur, quem tamen excantare ſolent voces pauperum. ibid.

Pauperum vox ſyrenum cantum imitatur in emolliendis animis, diuites vero Vlyſſem æmu-

lantes aures cera, id eſt immanitate occludunt. ibid. n. 62

Qui bona pauperis diripit, eum neci dat. c. 2. n. 115

Chriſtus eorum pater in quibus peculiari modo viuit. ibid. n. 116

Quare qui eos ablatis rebus neceſſariis perimit, Chriſtum vita priuare videtur. ibid.

Pauperis ſpoliatio tam inuiſa eſt Deo, ſicut patri amara filij mors. ibidem. num. 112

Speciali iure hæredes ſunt Chriſti. ibid.

In paupertatis fornace pauper non exuritur. cap. 30. num. 81

Paupertas inuoluntaria furti mater per aborſum, at ſpontanea philoſophiæ mater exiſtit. ibid. ibid. n. 83

Cur paupertas non ad improbos, ſed ad probos confugiat. ibid. n. 84

Pauper non modo alienis, ſed ſuis etiam eſt inuiſus. c. 19. n. 16

Pauper Deum, & homines ſubmiſsè alloquitur: diues verò cum ſuperbia. capit. 28. numero 93

Ille ſolus pauper non qui rebus caret, ſed qui exoptat plura quam habet. capit. 19. numero 70

Amici fugiunt pauperem, quia eget pecuniis, maledicum vero, quia bonorum verborum indigentia laborat. cap. decimo nono, num. 18

Pauperes ſpiritu iudices erunt in nouiſſimo die in cauſis diuitum. c. 20. n. 62

Pauper neque factum neque ſumptus diuitis imitari debet. ibid. n. 41

Pauperes diuitibus exæquari volentes miſeri ſunt & cruciatus maximos ſuſtinent. ibidem. numer. 42

Melior eſt paupertas ex vitæ integritate nata diuitiis, quas verſutia iniuſta parat. cap. 19. numer. 1.

Qui diuitias ſpernit, diuitiarum Dominus eſt. c. 17. v. 6. n. 25

Qui illas amat quantumuis habeat nihil habet. ibid.

Paupertas ferarum, quæ in diem ex præda victitant imitanda ne ſoliciti in craſtinum ſimus. cap. 30. n. 66

Paupertas viles eſcas ſuppeditans præſtat diuitiis lautas, & exquiſitas epulas miniſtrantibus. cap. 27. n. 43

Pauperes non ſunt tributis onerandi. cap. 28. num. 24. Quære verb. *Diuitiæ*, & verb. *Miſericordia*, & verb. *Eleemosyna*.

### *Pax.*

Melior eſt tenuis cenſus ſine lite, quam fortunæ immenſæ cum litibus. ca. 17. num. 5. Quære verb. *lis*, & verb. *contentio*.

### *Peccatum. Peccator.*

Probi cum voluptate operantur in conceptu, in partu, & à partu operis, improbi laborant in conceptu culpæ: in partu vel aborſu illius & edito iam crimine grauior ingruit dolor. ca. 21. nu. 71

Qui aliena celat dicta, aut diſſimulat, eorum conſors fit, & ea in propriam transfert ſubſtantiam, c. 19. n. 102

Peccatores, qui dum peccant, fata ſua cauſantur Deum ipſum faciunt reum, & licet per anfractus in Deum culpam coniiciunt. cap. 19. nu. 8. & 9

Quare pœna talionis multandi tanquam falſi criminis accuſatores. ibidem.

Sicut vulnus cum decoctam ſaniem prodit, ocyus tergitur, & ad cicatricem venit, ſic cum peccatorum ſanies in memoria, pœnitudine decocta proditur citius ſanatur, capite 20. nu. 24

Sicut in corpore vulnus purulentum non ſanatur, niſi profunde vulneretur, ita animus niſi profundo pœnitentiæ vulnere confodiatur non ſanabitur, ibid. n. 125

Imo qui peccata veluti malè ſana pudore quaſi cicatrice celauit non prius ſanitatem recipit, quoad abrupto pudore peccati ſanies foras erumpat, ibidem.

Horum vulnerum curatio non differenda, ibidem, n. 126

Tunc ſeueriſſimè punit ea Deus cum ignorantiam immittit intellectui, & voluntati permittit inordinatas affectiones, ibidem.

Peccata quatuor habent dimenſiones profunditatem, altitudinem, longitudinem, & latitudinem. c. 18. n. 16

Peccator aliquando ita in peccata ruit, ſicut lapis, qui per cliuum ad ima deuolui cœpit. ca. 78. nu. 12

Peccatum nullum diu perſeuerat in corde iuſti. c. 24. n. 7

Iuſtus ſi ceciderit, dicto citius reſurgit, ibidem. nu. 72

Iuſtorum peccata aliquid egregium habent, ibidem, n. 73

Iuſtus antequam ſepeliatur in peccato rediuiuus per gratiam reſurgit, ibid.

Iuſti leuiores culpas admittunt, quæ vel ex eo in illis non ſunt grauiter inuiſendæ, quia nouæ frigus materiam illius ſuppeditant, capite 24. numer. 75

Nemini poteſt conſtare certo, ab omni labe peccati ſe eſſe liberum. c. 20. n. 32

Nulla eſt via, quam aliquis hominum non probauerit: nam furta & homicidia & idololatria ab aliquibus honeſta exiſtimata ſunt. cap. 21. num. 9

Ad peccatum duplex via ſternitur, exterior vna & hęc facilis & procliuis: & alia interior, quæ tendit ad conſenſum: hæc nunquam plana, & æquabilis ſed ſalebris plena, & hanc Deus examinat. c. 21. n. 10. & 11

Peccato ſemper obuerſantur pauores, afflictiones æternæ, & internæ, capite 20. numero, 121 & 122

Et licet magnæ ſint, tamen ob duritiam cordis quaſi acicularum leuiſſimas puncturas, negligit, ibid.

Nihil magis rationali naturæ diſſonum, quam peccatum, c. 21. n. 39

In via peccatorum tribuli ſunt, & ſpinæ, nec non laquei, ac fraudes. c. 22. n. 22. & 23

Pęccantis non ex ignoratione aut ex imbecillitate, ſed ex prauitate animi, & canis vomentis comparatio, c. 26. n. 93

Peccatorum oculi demiſſi, & corpus ipſum, ca. 21. n. 23

Profundum peccatorum quid ſignificet, c. 18. n. 9. 10. 11

Peccatoribus Deus terrorem vſque ad animi conſternationem immittit, capite 28. numero, 5

Non tam odibilis eſt Deo peccator, cum ſcelera primum admittit, quàm cum ea poſt

reſipiſcentiam repetit, capite 26. numero 89. & ſeq.

Peccatum qui perpetrat, ſapientiam prius partam euomit. c. 30. n. 19

Salomon poſt peccatum ſtultiſſimus virorum dicitur, c. 30. n. 25

Peccator nunquam non timore percellitur. c. 28 n. 1. Quære verb. *Confeſſio*, & *Pœnitentia*, *Impius*, & *Improbitas*.

*Pecuniæ.*

Pecuniæ furto ablatæ malè dilabuntur, capite 19. numero 89. Quære verb. *Diuitiæ*, & verb. *opes*.

*Periurium.*

Vir tenuis pro obolo peierare audet, cap. 30 num. 85

*Perſecutio.*

Duplex cauſa ob quam improbi iuſtos perſequuntur, c. 25. n. 157

Fuga in perſecutione conſulitur à patribus, c. 28. n. 139. & ſeq.

*Pigritia. Piger.*

Pigros, qui ſemper ſunt effœminati, paupertas, & fames angere ſolent, capite 18. num. 33

Quem vulgatus pigrum Hebræus feſtinum nominauit, quia ocyus ad paupertatem tendit, dum in decoquendis opibus feſtinus exiſtit. cap. 21. n. 26

Induſtria optima ſuadet conſilia amplificandæ rei, pigritia nullas rationes prouidit, ibidem.

Piger ne laboret leues difficultates inſeparabiles fingit: hic primus fuit, qui ex metu formicæ leones compoſuit, ca. vigeſimo ſecundo, n. 76

Leonem ideò timet quia ſemper ſedet, ibidem n. 76

Ex otio & deſidia viri negligentia patrimonium perit. capite vigeſimo quarto, numero, 131. & ſequent.

Pigri tanquam agri feriantes à ſuperioribus colendi, c. 24. n. 138

Exculti ad bonam frugem traducuntur, ibidem.

Pigris & ſocordibus plures res vtiles pereunt, quia illis opportunè vti ex pigritia tædet. cap. 19 n. 88

Socordia, & pigritia paupertatem afferunt, vigilantia & ſolicitudo rerum omnium affluentiam. c. 20. n. 44

Piger qui propter deſidiam & huius mundi aduerſitatem modo non laborat, in futuro Dei iudicio mendicabit. c. 20. n. 16

Piger homo agriculturæ, vel negotiationi incumbere detrectat, capite vigeſimo ſexto, num. 96. & ſeq.

Pigri quies eſt valdè inquieta, ibidem, numero 98

Pigritiæ adiuncta eſt murmuratio, & detractio. c. 26. n. 99

Inertis veluti ianuæ in cardine ſuo conuerſæ abſurdiſſimi ſunt ſtridores, ibid.

Non excitatur exemplo ad agendum & operandum, ibid. n. 100

Pigri hominis valde contrariæ cupiditates. ibidem.

Qui vlterius non procedunt, vlterius etiamſi in eodem gradu virtutis ſeſe exerceant, pigri & otioſi ſunt, c. 26. n. 101

Pigritiæ adiuncta eſt ſcurrilitas, capit. 26. numer. 102

Sapientia otiumque confligunt maximè, ibid. n. 103

Piger ſapientiam ſummam in otio ponit, ibidem.

Otioſi cum nihil ipſi agant aliorum facta iudicant, & recenſent. ibid. n. 104

Pigritiam ſaturitati ac diuitiis præferunt. ibid. n. 105

Piger ſemper in deſideriis eſt & illum deſiderantem mors occupat & quo maiora ſunt deſideria, eo plus cruciant, capite vigeſimo primo, nu. 106

Et ad mortem ſibi inferendam adigunt, ibid. n. 107. & 109

Piger ne ad agriculturam vadat leonem in agris vagari dicit, & ne ad negotiationem cauſatur ſicarios eſſe in foro, vbi negotiatio peragitur. c. 22. n. 76

Pigritia egeſtatis & inediæ mater, capite 19 num. 89

Pigros nec ipſa confuſio ad agendum & laborandum ſtimulare & excitare poteſt. cap. 20. num. 18

Qui ex pigritia prætermittit, quæ prius ædificata fuerant ſponte ruunt. cap. 18. n. 34. Quære verb. *otium*.

*Pignus.*

Veſtimentum pauperis pignoris loco diu retinendum non eſt. cap. 20. nu. 55. & 56

*Piſtrinum.*

Delinquentes mulctæ loco in piſtrinum tradebantur. c. 27. n. 129

Et iidem piſtorum pilis ad mortem vſque tundebantur. ibid.

*Pœna.*

Nullis delictis indulgendum eſt. capit. vigeſimo nono, numer. 90. 91. & 92 Quære verb. *Supplicium*, & *caſtigatio*.

*Pœnitentia.*

Pœnitentia quædam delictorum vomitio eſt, c. 30. n. 20

Pœnitentia maximum vulnerum noſtrorum, id eſt peccatorum remedium. ca. 20. numero 125

Peccatoris perperam pœnitentis, & canis ad vomitum redeuntis concinna comparatio. ca. 26. ibid. n. 91

Bonæ etiam pœnitudinis & vomitus canis collatio alio ſenſu, ibid. n. 92

Culturæ vitis ac pœnitentiæ, comparatio. c. 24. num. 140 Quære ver. *confeſſio*, & verb. *Peccatum*.

*Præceptum.*

Nauis ſine onere, & mens ſine præcepto vtraque inſtabilis ac mobilis eſt, c. 22. num. 95. Quære verb. *Lex*.

*Præda.*

Prædæ ſignificationes plures, capite 31. num. 80

*Prædicator.*

Prædicator, qui non vult operari quod dicit, piger & deſidioſus. c. 19. n. 69. Quære verb. *Doctor*, & verb. *concionator*.

*Prælatus.*

Prælatos auſterior vita & vigiliæ decent c. 29. n. 58

Prælati pro ſubditis fideiuſſores & ſponſores ſunt. c. 22. n. 134. & c. 6. verſ. 4.

Prælati & Paſtoris prolixior comparatio capite 27. numero 134. & ſeq. Quære verb. *Princeps*, & verb. *Rex*, & verb. *Superior.* & *Magiſtratus.*

*Præmium.*

Cum præmia inſipientibus æquè ac ſapientibus improbis ęquè ac probis donantur reipublicæ fœlicitas interit, capite vigeſimo ſexto, numero, 14

Et huius rei venuſta ſimilitudo, ibid.

*Princeps.*

Princeps iuſtæ prolis lætitiam affert, improbis timorem incutit, cap. vigeſimo primo, numero 74

Principis optimi conſtantia impauida. ca. 28 num. 7.

Leonis animoſitatem imitatur, ibidem, num. 8. 9. & 10

Principum alios tum graues, tum plures, tum grauiores curæ conficiunt, capite 25. numero 127

Similitudo tineæ purpuram rodentis, & vermis ſummas ædificiorum trabes terebrantis, ibidem.

Multi principibus ſeruiunt, qui ſimulatis officiis cor obſtringere curant, quæ ſimulatio non cadit in bonos, capite vigeſimo nono, numero, 14

Principes dedecet mendacium. cap. 17. verſ. 7. num. 29

Illud debent fugere pluſquam venenum, ibidem.

Princeps mendax vt denarius falſus nullius eſt valoris, ibid.

Contumelioſè & ſuperbè dominari à glorioſis principibus debet abhorrere & ab iis qui ex humili fortuna imperium aſcenderunt, capite 19. num. 24

Princeps iuſtus, & incorruptus ſimilis argento defæcatiſſimo. c. 25. n. 20

Reges familiam ſuam ſic inſtaurare debent ſicut aurum conſumptis ſcoriis purgatur. ibid. n. 22

Adulatores tamquam ſcorias ab ſe longius arcere debent reges. ibid. nu. 23

Princeps qui liberè loquentes, & vera obiicientes ſuſtinet, integerrimum ſe eſſe demonſtrat. c. 25. n. 23

Principis gratiam qui adeptus eſt parce admodum ea vti debet. capit. vigeſimo quinto, nu. 84

Principis vinolenti deſcriptio & obiurgatio. ca. 23. nu. 157

Principem inſomnem eſſe oportet. ibidem.

Principis ira iuſta in ſceleratos ſimilis rugitui leonis. c. 19. n. 33

Regum hilares vultus animos ſubiturum deuincit. cap. 25. n. 16

Clementiam vultu præferre debet. ibid.

Huius clementiæ quanta ſit gloria. ibid. n. 17.

Principis improbos magiſtratus habentis & argenti ſcoriis permixti comparatio. ibid. num. 18.

Quomodo eos arcere debet. ibidem. num. 21

Princeps non tam ſpeculatiuis, quam practicis, ethicisque ſcientiis operam dare debet. cap. 25. nu. 10

Sicut non eadem, ſed valdè diſſimilis eſt cœlorum facies, ſic cor Principis varium. ibid. nu. 12

Conſilia regum aſſequi perquam difficile eſt priuatis. ibid. n. 12

Ad principes ac Reges propius accedere periculoſum, recedere tutum. capit. 25. numero 13

Qui regum gratiam inierunt fortunæ conuerſiones experiuntur. ibidem. numero decimo quarto.

Reges ſua conſilia manifeſtare non debent. ibid. nu. 15

Principum labor in adminiſtratione regni poſitus non eſt diuturnus & præmium refert perenne. c. 27. n. 138

Principes induta adminiſtratione ſeriò laborantes coronam, & imperium ad poſteritatem tranſmittunt. ibid.

Principes qui promiſſa adimplent ad quodcumque negotium ſubditos deuinctos ſibi habent. c. 17 nu. 37

Princeps iuſtus ac legitimus nec proditionem priuatorum nec ſeditionem multitudinis metuit. c. 28. nu. 11

Abuſus poteſtatis principes euertit. cap. 22. numero 42. Quære verb. *Rex*, & verb. *Magiſtratus*, & verb. *Iudex*, & verb. *Superior*, *donum*, & *munus*.

*Problema.*

Hebræis ſolemne fuit, ſapientum peritiam obiectis problematibus periclitari. cap. 22. numero 116

In lib. Prouerb. docetur ſcientia neceſſaria ad problema diſſoluenda quæ in conuiuiis proponi ſolebant. ibid. n. 117

*Prodigalitas.* *Prodigies.*

Qui ſua profundunt bona coguntur illis cedere cum infamia. c. 28. n. 128

Prodigus & liberalis vterque diuitiarum eſt dominus, ſed prodigum tanquam malum dominum diuitiæ fugiunt: apud liberalem libenter manent. c. 18. n. 36

Prodigus maritus diſſipans & corrumpens ſponſam ſcilicet liberalitatem. ibid.

Prodigo leges ſtatuunt curatores vt furioſis, ca. 29. nu. 10

Interdicitur præterea prodigo ius teſtandi, ibid. nu. 11

De prodigo lege. n. 9. & n. 12

Qui de alienis bonis: dum ea adminiſtrant, vel de propriis immoderatos ſumptus faciunt, cum ad rationes vocantur grauiter cruciantur. c. 20. n. 60

Prodigalitas aquæ nomine deſignatur. c. 30. nu. 152. Quære verb. *diuitiæ*.

*Promiſſio.*

Promiſſio opere vacua ſimilis inani Cenotaphio, quod replet odium, capite trigeſimo, numero 59

Multa promittentis nec promiſſa ſua adimplentis collatio cum vento vehementi & nube impluuia. ca. 25. n. 69

Huius comparationis inſtituendæ diuerſi ac luculenti modi, ibid. & ſeq.

Promiſſiones non ſunt faciendæ niſi certiſſimæ quæ implendæ ſunt, ibid. n. 71

Promiſſiones leuitas animi fallere ac eludere ſolet, ibid. n. 72

Triplex promittentium vitium & eiuſdem correptio. c. 25. n. 73

*Propheta.*

In aduentu Chriſti Domini, prophetiæ defecerunt. c. 29. n. 77

Propheta ſumitur pro interprete, ibidem numero, 78

Deficiente propheta id eſt interprete ſacræ ſcripturæ, diſſipabitur populus, ibidem, numero 79

*Proſperitas.*

Malorum proſperitatem æmulari iuſti non debent. c. 23. n. 90. ſeq.

*Proteruia.*

Proterui & indociles flagellis infringendi ſunt. c. 19. n. 90. & 91

*Prouerbium.*

Doctrina huius libri Prouerbiorum inter tres præcipuos viros partitur: ſcilicet Salomonem, Agur, & Samuelem. cap. vigeſimo ſecundo, num. 107

In hoc libro docetur quomodo cogitationes, verba & opera, informanda ſint. ibidem. num. 108

Eſt obſcura & inuoluta doctrina huius libri ibid. n. 113

Sententiæ huius libri poſſunt etiam dici Triarij: ſicut enim hi trecenos milites & plures regunt qui ipſos fortes contra hoſtes reddunt, ſic his ſententiis tanquam principiis aliæ atque aliæ ſubiiciuntur quæ veritatem firmant & ſtabilem reddunt. capit. vigeſimo ſecundo, nu. 109

Doctrina huius libri prouerbiorum multos ſenſus capit, atque adeo vberè dicendi ſegetem offert. capit. vigeſimo ſecundo, nu. 106

Proponitur ordo quo parabolæ in hoc Prouerbiorum libro ab initio conſcriptæ fuerunt. c. 25. n. 1. & ſeq.

Ordo iſte mutatus tempore Ezechiæ Regis Iuda. ibid.

*Prouidentia.*

Deus àd ima etiam prouidentia ſua deſcendit. c. 30. n. 35

*Prudens. Prouidentia.*

Vir imprudens ſicut vrbs muris carens. cap. 25. nu. 171

Homo prudens ſimilis vrbi mœnibus cinctæ, ac militum præſidio vallatæ. ibid.

Vir prudens non dicit ſuam ſententiam, antequam audiat aliorum placita. cap. 29. n. 92

Prudentis eſt caput abſcondere etiamſi alia omnia in diſcrimen vocentur. cap. 22. nu. 13

Prudentia imitatur ſerpentem dum ſeipſum ipſe occultat: ſic debemus intra nos latere recipiendo nos ad interiora. ibid.

Explicatur exemplo annuli Gygis, qui annuli pala ad ſe conuerſa latebat in publico. ibid.

Nobilis prudentia & calliditas ex alienis malis erudiri, & periculum ſibi adquirere ſicut ſerpentes faciunt. ibid. n. 14

Prudentes qualiter in declinandis ſiue culpis ſiue calamitatibus ſerpentes imitari debeant. cap. 27. n. 66

Imprudens omnia ſua conſilia prodit, prudens vero celando ſua conſilia à multis malis liberum ſe præſtat. c. 19. n. 19. Quære verb. *Sapientia.*

*Puer.*

Puer qui opera facit viro digna pueritiam ſuam occultat. c. 20. n. 37

Ex pueritia non licet ſtatuere quales futuri ſint poſtea pueri. ibid. n. 38

Tam diſtat morum maturitas, quã ipſa ſenectus à pueritia. ibid.

Studia & conatus puerorum ſatis innuunt quales futuri ſint cum ad maturam ætatem venerint. ibid.

Affectus per ſe mali in pueris arguũt, aliquando non malum ingenium ſi adſit inſtitutio. ibid.

Duo ſunt iudicia in pueris ex quibus bene ſperare poſſumus, caſti & pudici mores; placidum & ſuaue ingenium. ibid.

Libido enim calore ſuo, & indocilitas rigore ac frigore primum iuuentutis florem adurunt. ibid. nu. 38. & 39

Propenſiones puerorum indicant, an in ipſis deliteſcat aliqua nobilis ingenij, aut prudentiæ vena, ſicut ex ſignis cognoſcitur in terra an ſit vena auri. ibid.

Quare ne in eiſdem edocendis ſumptus parentes perdant prius eorum indolem explorent. ibid.

Aureæ indolis indicium ſterilitas terræ, id eſt caſtitatis quæ carnis viriditatem exſcindit. ibid.

Pueris neceſſarij ſunt pij, & probi conſiliarij ad agendum. ibid. n. 40

Pueris paulatim inſtillanda eſt doctrina, nam illi vaſculis adſimiles ſubitò infuſam affundunt. ca. 22. n. 26

Puer quam ab initio iniuit viam, eandem ad ſenium vſque conſtanter ſeruat, in quo ſimilis eſt animantibus. cap. 22. n. 31

Idem explicatur exemplo petito de lanarum tinctione, ibid. n. 32

Milites à pueris edocendi. c. 22. n. 33

Pueri à primis annis ſicut milites edocendi ad pugnam cum vitiis gerendam. c. 22. n. 33.

Agri in morem recentis proſcindendi, & arandi. ibid. n. 34. & c. 13. v. 25

Pueri animus Dei templum eſt. Quare à teneris annis Deo, & virtuti dicandum, & conſecrandum eſt. ibid. n. 35

Pueri vt ſtultitiam illi ætati maximè propriam exuant, à teneris ſeuerius coërcendi. cap. 22. n. 85

Sicut in ebriis ea ſeuerè coërcemus quæ mentis expertes committunt, ita pueri acriter puniendi ſi praue aliquid egerunt, etiamſi nondum ſint rationis compotes. ibid. n. 85

Stultitia in pueris veluti in ſacculo alligata eſt quam virga diſciplinæ excutit. ibid.

Puerile ingenium per ſola verba niſi accedant verbera non ſatis eruditur. ibid. d. n. 86

Puero duplex ſtatim via ſe ſe offert, lata vitij, & anguſta virtutis. Ergo antequam deerret in anguſtam virtutis inferendus, quam ſi ſemel capiat ad canos vſque tenebit. c. 22. n. 27

Initium viæ virtutis anguſtum, ſed tamen latiſſimos habet aditus. E contra euenit in vitio. ibid. nu. 28

Puer antequam habeat rationis vſum aſſuefactione erudiendus eſt, quia tunc conſuetudinis capax eſt. ibid. n. 29. 30. & 34

Correptio & caſtigatio pueri illum ab vtroque animi & corporis interitu vendicat. c. 23. n. 80

Indulgentia parentum pueros necat. ibi. n. 80

Clara huius rei ſimilitudo. ibid.

Parentes filiis plus æquo indulgentes Alcyonis exemplo taxantur. ibid.

Filij verberibus ſic elaborandi ſicut ferrum malleis. ibid. n. 82

Verbera pueris cognitionem & mentem inſpirant. ibid. n. 83

Caſtigatio pueros à gehenna liberos præſtat. ibidem.

Puer ſi verbere coërceatur ſapit, ſecus inſtar effrenis equini pulli euadet. c. 27. n. 65

Inſtituendus eſt puer, vt pullus equinus verbere, fræno, & ſtimulis. ibid. n. 66. Quære verb. *Filius*, & verb. *Mater*, & verb. *Pater.*

*Pulchritudo.*

Pulchritudinis fragilitas & fallacia. c. 31. n. 205

Alia incommoda. ibid.

Pulcritudo naturalis præſtat ea, quæ externa ornamenta conciliant. 31. n. 150

Pulchritudo corporis plena eſt arrogantię. c. 31. n. 206

*Pupillus.*

Pupillorum agros violare & eorum terminos transferre ſummum nefas. c. 23. n. 74

Pupillorum tutor Deus eſt. ibid. n. 75

Et in litibus eorum redemptorem agit. ibid.

Tutor ſimul ac iudex exiſtit. ibid. n. 76

*Purpura.*

Purpura ſemel & iterum tingebatur, vt ſplendidior eſſet. c. 31. n. 119

*Puſillanimis.*

Puſillanimis in iracundiam actus vix contineri ab vllo poteſt. c. 18. n. 52

R

*Ratio.*

Ratio noſtra cum ſtatera componitur quam Deus ad æquipondium reducit, vt ordinatè iudicet. c. 21. n. 12

*Regnum.*

Regnum ſublatis improbis perenne fit. c. 25. n. 74. Quære *Rex*, & *Reſpublica.*

*Religio.*

Deficiente religione, imperia etiam deficiunt. ca. 29. n. 80. & 81

Si populus à vera religione deſciſcat rebellis erit, ſpoliabitur, & retrocedet. ibid. n. 82

*Religioſus.*

Religioſus qui contemplatiuam vitam non vult amplecti, Diabolum tanquam leonem inſidiis ſolitarios ſeducere, & dilaniare ſolitum cauſatur, & qui actiuæ labores fugit cauſatur ſe in medio platearum occidendum, & in negotiis ſæpius ad peccata impellendum. ca. 22. n. 77

*Reprehenſio.*

Tria ſunt vitia, quæ faciunt vultum aduerſus monentes offirmare: peruicacia, impudentia & imprudentia. c. 21. n. 124. & 125

Qui correptiones detrectant, & irrident ſimiles ſunt ſimiis, arieti, & tauro. ibid. Quære verb. *Correptio, & admonitio.*

*Reſpublica.*

Duo ſunt, quæ rempublicam decorant, & iuuant: iuuenum robur, & ſenum prudentia, & vtraque ſibi inuicem adiumento ſunt. c. 20. n. 115

Vnus tantum diſcors, & abſurdus homo reipublicæ pacem ſoluit, & apud vulgus infamem reddit familiam; quare ſtatim eiiciendus. c. 22. n. 58

Explicatur duobus exemplis harmoniæ, & temperiei hominis ex humoribus. ibid. n. 58. & 60

*Reſtitutio.*

Facilius eſt bona propria donare quam aliena non accipere, & iniuſtè accepta dominis ſuis reddere. c. 20. n. 24

Qui aliena bona ſuffuratus eſt, reſtituat vt ſanguiſuga ebibitum ſanguinem ne moriatur. cap. 30. nu. 126

*Rete.*

Qui ad faciem amici ſui rete explicat illud circumdat ſuis pedibus. ca. 29. nu. 21

*Rex.*

Ad Reges cautè accedendum, quia illorum ira cum leonis ira componitur: & illis ad nutum obſequendum. c. 19. n. 31

Rex iram ſuam coërcere debet, quia manſuetudo præcipuè decet regem. c. 15. n. 38

Rex qui ad imperij gloriam ſpectare exiſtimat leones, cicures, ac mites domi alere, iram ſuam leone ſæuiorem leniat. ibid.

Regnantibus improbis vix vnus aliquis probus homo lucernis inquiſitus reperitur. c. 28. n. 81

Mobile hominum ingenium ad imperantium motum conuertitur. ibid. n. 62

Impiis regnantibus plurimorum ruinæ ac fortunæ conuerſiones eueniunt. ibid. n. 63

Regem improbum deſerunt boni ciues, & ad alium ſe transferunt. ibid. n. 64

Rex verax ſit, vt firmus ſit principatus eius. c. 20. n. 113

Religio Dei veri firmum, & ſtabilem reddet principatum regibus. ibid.

Rex clemens, & veritatis amator non ſolùm ſibi ſecuritatem præſtat, ſed facit vt omnes miniſtri eius in officio ſe contineant. ibid. n. 114

Regis, & paſtoris officia, & munia perquam ſimilia. c. 27. n. 134. & ſeq.

Rex debet regnum per ſemetipſum inuiſere ſicut ſol omnia luce ſua colluſtrat vniuerſam terræ molem per circuitum ambiens. c. 20. n. 29

Rex ſolio ſuo omnia mala reipublicæ videt. ibid.

Rex totius reipublicæ ſenſus communis, ad quem reliqui magiſtratus veluti externi ſenſus omnia referunt, vt de omnibus ſententiam ferat. ibidem.

Reges per ſeipſos quoad poſſint rempublicam adminiſtrent, quia aliorum iudicum oculos munera excæcant. ibid. n. 30

Regum oculi à muneribus liberi, minaces, & terrifici qui reos perimere nonnunquam ſolent, atque adeò cum Regulo componuntur. ibid.

Regum oculi ad videndum perſpicaces, quia Deus eis maiorem lucem afflare ſolet, quam priuatis. ibid.

In regibus reperiuntur tres motus cum angelis communes, rectus, obliqui, & circulares qui ex Dei irradiatione proueniunt. ibid. n. 31

Oculi regis magis vigiles ſunt, quam priuatorum. ibid.

Rex imitetur Deum, qui nihil non ipſe curat, & quidquid agendum committit cauſis ſecūdis idem cum ipſis ipſe gerit. ibid.

Rex plus ſibi quàm aliis debet imperare. ca. 30. nu. 205

Id officium præſtat quod anima corpori ad ipſius mores conformandi ſubditi. ibid. n. 206

Si ex loco humili ad regnum quis euehatur ſimilis eſt telluri trementi. ibid. n. 209

In quonam leonem, gallum, & arietem exprimat rex. ibid. n. 232

Greſſus leonis imitari debet. ibid. n. 233, 234. & 235

Et etiam galli. ibid. n. 236.

Reges amicos, & familiares eligant in quibus velut in auro mundo, & non adulterino ſui imaginem, & ſimilitudinem imprimant. c. 21. n. 64

Alioquin talis imago deſpicietur, ſicut contemnitur quæ in adulterino nummo reperitur. ibid.

Rex ſit veritatis amator, & habeat amicos pacis, & veritatis ſtudioſos, quia eorum falſitas in principem redundat: explicatur exemplo monetæ adulterinæ. ibid. n. 65. & 66

Regis amicus, ſacerdos dicitur, & magiſter quietis, & recreationis eiuſdem regis. ibid. n. 67.

Deo primum, deinde Regi parendum eſt, & ordinem iſtum inuertentes ſeueriſſimè puniuntur. c. 24. n. 90. 93. & ſeq.

Ordinis iſtius temeratores, & Dei regiſque violatores ſubita pœna opprimit. ibid. n. 92. ſeq.

Princeps ideò magnus quia Deo, & cœlo minor. ibid. n. 94

Et quia Deo cedit, & ſeipſum hominem æſtimat. ibid.

Regem vereri debet qui Deum timet. ca. 24. nu. 95

Contra ſeditioſos ciues vtraque poteſtas Dei ac principis conſpirat. ibid. n. 96

Rex leonem imitatur; ſupplicibus beneuolum ſe præbet, qui verò illum ſtimulat & in ſe prouocat, necem ſibi accerſit. cap. 20. nu. 8

Iniuria in Regem culpa capite plectenda. ibidem.

Qui regis in conuiuiis ad bibendum adiurat grauiſſime delinquit, & fortè in ſuũ caput, quia iram Regis vinum inflammat. ibid. nu. 10

Reges iram ſuam nimis vrgeri ne ſinant, ne ſicut leones ſtimulati in retia cadant, ex quibus euadere non valeant. ibid. n. 11

Qui ſe adiungit irato regi, non eſt tutus, ſicut nec ille, qui irato leoni blanditur. ibid.

Cor regis cum mari comparatur ſemper varium, diſſimile, & ſicut mari Dei tantum leges reueretur. Ita cor regis leges ſolius Dei excipit. c. 21. n. 3

Regis imperia ex diuinæ voluntatis pelago deriuantur, & cui flumina in ſubditos tranſeunt vt poſtea ad mare eiuſdem voluntatis redeant. ibid. n. 4

Regis voluntatem in contrariam partem impellere difficilius quàm flumen rapidiſſimum detinere, & curſum eius retardare. ibid.

Et tamen eam Deus non ſolum retardat, ſed aquæ ad inſtar fluentis hac & illac regit. ibid. num. 6.

Sicut agricola aquam ducit per alueos ſuos, ita Deus gratiam & fauorem principum prout vult in ſubditos deriuat. ibid. n. 7

Furor principis emori cogit, ſicut iracundia leones, cum vlciſcendæ iniuriæ copia non eſt. c. 7. n. 58

Multos reges occidit ira. ibid.

Fauor regis & principis animos lætitia perfundit, ſicut ros matutinus herbas. ibid. n. 40

Ira regis nimbo comparatur ex quo non tonitrua ſolum; ſed fulgura decidunt. ibid.

Clementia regis egregia cum rore terram molliter irroranti comparatur. ibid.

Cor regis in manu Domini vt ſurſum impellat, id eſt ad magna, vel vt deorſum deiiciat, id eſt ad infima. c. 21. n. 1. & 2

Sicut Deus nubes roriferas ſine repugnantia permouet, ita regum voluntates in quamcumque partem flectit, vt beneficiorum pluuias impendant vel indignationis fulgura iaculentur. ibid. nu. 3

Rex ſapiens impios ciues ſeueriſſimis pœnis conterit, & poſtmodum illos ceu paleas inutiles euentillat & è regno ſuo expellit, bonos vero ſecernit & apud ſe retinet, ſicut agricola triticum purum. c. 20. n. 94

Rex ſimilis illis fit, qui rotas vertunt ſuper ciſternas vt alios viciſſim extollat, alios deponat è faſtigio. ibid. n. 65

Tyrannidi coniuncta eſt ſæuitia leonis, & vrſi fraus. c. 28. n. 76. & ſeq.

Principis tyranni clamor ciues exterret, ſicut leonis rugitus feras alias. ibid. n. 78

Eiuſdem auaritia, & rapacitas vrſi famem imitatur. ibid.

Principis ex humili fortuna ad imperij faſtigium euecti auaritia & mores vrſo ac leoni ſimiles. c. 28. n. 79. & ſeq.

Tyrannorum votum eſt ciues ad ſummam paupertatem redigere. ibid. n. 80

Principes tyranni magiſtratus creant ſibi per omnia ſimiles. ibid. n. 81

Tyranni, ac lupi comparatio. ibid. & ſeq.

Optimus quiſque princeps cani adſimilis. c. 28. n. 83

Tyrannus ſontes & inſontes æque mulctat ſicut leo & lupus. ibid. n. 84

Rex auarus ſycophanta potius, quàm rex. c. 28. n. 87

Rex optimus ſibi ſufficiens aliena non appetit. ibid.

Auaritia Principem valde miſerum reddit ibid n. 88

Tyranni Principis vita breuis, Regis verò iuſti ac legitimi diuturna. ibid. n. 89

Pecunia & opes ſubditis ereptæ perniciem Regibus adducere ſolent. ibid. n. 90

De Regibus vulgus diiudicat. c. 25. n. 6

Arcana ſacræ ſcripturæ teſtimonia inueſtigare Regibus per quam vtile. ibid. n. 7

Regum voluntas & mens Deo ſubiici debet. ca. 25. nu. 9

Rex qui donis corrumpitur, ſeu vectigalibus opprimit populum, diruit terram. c. 29. n. 13

Rex ſiue iudex, qui per munerum largitiones dignitatem inuadit, ditionem deſtruit cum & ipſe væenales præbeat Magiſtratus. ibid. n. 14

Impiis regnantibus dolent lugentque omnes probi, ouant geſtiuntque improbi. c. 28. n. 43

Regum mores reliquum populum ſibi aſſimilant. ibid. n. 144

Principum boni mores non ſolum præſentes, ſed etiam futuros ad honeſtatem informant. ibidem.

Non ſubditos tantùm ſed externos etiam exemplo ſuo iuuant. ibid. n. 145

Regis lingua fulminis inſtar obtinet. c. 24. n. 98

Seueriſſima Regum ſupplicia contra ſeditioſos & violatores ſuæ regiæ maieſtatis. ibid.

Horum turpitudo & infamia. ibid. n. 99

Reges iram ſuam mora & dilatione fallere debent. c. 25. n. 74

Ambroſij præceptum ſuper hac re ad Theodoſium Imperatorem. ibid.

Regum ira elephantis proboſcidem imitari debet. ibid.

Molles principum ſermones rigidas ſubditorum ceruices flectunt. c. 25. n. 75

Regis præcipua functio eſt, leges dictare, & earum violatores ſeuerius punire. c. 26. n. 77

Ea quæ per ſe ipſum exequi poteſt non debet miniſtris committere ibid. n. 78

Princeps non vnum aliquem hominem agere, ſed multos debet. ibid. 79

Adinſtar multorum eſt ſi bonus eſt. ib. n. 80

Multum conducit ad regni firmitatem opinio veracitatis in Principe. c. 29. n. 61

Item promiſſa ſeruare & nec verbum mendax proferre. ibid. n. 62

Sicut in Dei veracitatem reſoluitur veracitas fidei diuinæ: ſic ad veracitatem regis reducitur humana fides. ibid. n. 63

Optimi regis throno inſidere debet veritas. ibid. n. 64

Iuſtitiæ Zelus cum oleo miſericordiæ temperandus à Rege, ita tamen vt ſemper in clementiam pendeat animus. c. 20. n. 110. & 111

Clementia tuetur & conſeruat regnum, eſt cuſtos fidelis & perpetuus. ibid.

Vincit omnes inimicos qui regnum euertere poſſent, & Dei promeretur miſericor-

diam vt conſeruet. ibid.

Cum regni proceres principi parent nullus ex popularibus in regem detrectat. c. 24. n. 116

Principes ſeuerè agere in ſubditos, placide tamen ac vrbane eos alloqui debent. ibi. n. 117

Rex in politica adminiſtratione conſiliarios ſibi iuriſperitos adiungat: cum de bello agitur, duces rem militarem probè callentes in conſilium vocet. c. 20. n. 66 & 67

Bonus rex ſubditorum centrum eſt, ipſis vnitatem, conſecrationem, & quietem affert. cap. 29. nu. 18

Ab omni auaritia & cupiditate alienus eſſe debet. ibid. n. 20

Reges ſubditos legibus regunt, qui tamen eas tranſgreditur etiam ſi abſque teſte hoc præſtet, Deus tamen attentiſſime adnotat vt ſeueriſſimè puniat. c. 21. n. 74

Regis ira leonis iram imitatur. c. 19. n. 39

Quia eſt magna. ibid.

Quia eſt prompta & procliuis. ibid. n. 36

Eſt crebra & aſſidua. ibid.

Et ſignis multis proditur, quæ ad maieſtatem imperij pertinere putant. ibid.

Regum mores imitantur proceres. c. 31. n. 13.

Libido & amor impenſus fœminarum regum fortunas exhaurit, & eos de regum albo delet. c. 31. n. 14

Ad ſeram pœnitentiam adducit. ibid. n. 15

Regibus à vino temperandum. ibi. n. 18. ſeq.

Reges decent ſermones grauitate & authoritate pleni. c. 7. n. 30

Cur mendacium Principis magis indecorum ſit quam priuati hominis. ibid. n. 31

Veritas principi neceſſaria ad regni conſeruationem ſedet, quam alij apud ipſum dicere tenentur, eam libenter audiat, auditam diligenter inueſtiget. c. 20. n. 112

Reges pauperum patroni eſſe debent. cap. 31. nu. 36

Secreta, ſi fieri poſſet, mutis tantum aperire deberent. ibid.

Nomine Dei loquitur cum iudicat. c. 31. n. 38

Stulto imperante & rempublicam gubernante iuſtitiæ nullus locus relinquitur. c. 26. n. 58 & 65

Satius mediocrem aliquem gradum honoris apud Reges habere, quam ſupremum. c. 29. n. 26

Impiis regnantibus ſecedunt pij ac iuſti homines, & eiſdem ſublatis ex latebris emergunt. c. 28. nu. 14

Secedunt inquam non abolentur. ibid.

Ille verò rex appellandus eſt, qui cæteris præcellit virtute, ſecus tyrannus eſt. c. 29. n. 7

Rex qui eccleſiaſtica inuadit bona vna ſecum regnum euertit. c. 28. n. 16

Reges Hiſpaniæ non metuunt ſibi à ſubditis. c. 28. n. 11

Regis ſapientis quietem non interturbant hoſtes. ibid. n. 12

Reges benefici plurimos habent ſuarum partium affectatores. ibid. n. 13

Rex familiares, & amicos ſibi adiungat ſinceros homines, & veritatis amatores. c. 22. n. 61. & 62

Rex nec ſit nimium feſtiuus, neque ſeuerus. ca. 30. n. 248

Rex nec dare aures improbis, neque eos familiares habere debet. c. 29. n. 55

Non deſunt Regi falſi teſtes ſi velit vel innocentem damnare. ibid. n. 56

Officium Regis eſt ſerere beneficia, vt ſubditorum animos beneuolentia adſtringant. c. 30. n. 6

Reges præcipuo ſtudio cauere debent lites & controuerſias inter agricolas obortas. c. 28. n. 28

Reges crudeles & multum ſanguinem fundentes execrabiles ſunt populis. c. 22. n. 98

Subditos ſibi infideles præſtant. ibid.

Regum qui populos in officio continent & publica ſcelera ſeuerè puniunt vita longior. c. 28. n. 21

Ira & furor principis non ſolum inimicus publicus, ſed proditor qui regna ſubuertit. cap. 20. n. 111 Adulatores reſpicere, & obiurgatores admittere Reges debent, vt populi gratiam ineant. c. 24. n. 104 Rex ſeditioſos expugnans certiſſimum triumphum conſequetur. c. 20. n. 98

Eorum ſepulchra diruit & palatia ſolo adæquat. ibid. nu. 99 Regum in adminiſtratione ſubditorum præcipuæ functiones ex ſimilitudine artis paſtoritiæ. c. 27. n. 147. ſeq. & n. 152. & ſeq. Regis vocem oraculi locum habere oportet. c. 30. n. 58

Regum gratiæ & fauori minimè fidendum eſt. ca. 23. n. 6 Quære verb. *Princeps*.

*Rixæ.*

Rixæ cum flumine apprime comparantur. c. 17. n. 62 Difficile ſedant. ibid. Contentioſi ingenium. ibid. Lites initio differendæ. ibid. n. 63. Quære verb. *lites*. & verb. *contentio*.

*Rota.*

Rota ſeueriſſimum ſupplicij genus. ca. 20. n. 96. & 67

*Ruina.*

Iuſti cadentis aquæ ductus effracti ſimilitudo. c. 25. n. 155

Vel quia diuinæ miſerationis ductum in ſe euertit, vel quia ea quæ per ipſam tanquam per aquæ ductum bona deriuat Deus, auertuntur. ibid. n. 155. & ſeq.

S

*Sacrificium.*

SAcrificium propter offerentis improbitatem omnino diſplicet Deo ſi mala eſt intentio. c. 21. n. 112. Diſplicet Deo victima furto ablata quia per illam non ſignificatur vt author vitæ, & mortis. c. 21. n. 114

Sicut patri non poteſt non diſplicere filij mors, ita fieri non poteſt, vt Deo hoſtia furto à paupere ablata inuiſa non ſit. c. 21. n. 115

*Salomon.*

Salomonis educatio & nutritio. c. 31. n. 6. ſeq.

A Matre Betſabee lactatus. ibid. n. 8

Quomodo filius ſit votorum & orationum matris ſuæ. ibid. n. 9. & ſeq.

Salomon huius libri ſententias abſque ordine dictauit. c. 30. n. 11

*Filius eſt vomentis* ſcilicet Dauid pleno ſpiritus ſancti ventre prophetiam euomentis. ib. n. 12

Aut ſaliuam effundentis coram Achis. ibid. n. 13

Salomon videtur cognouiſſe primam & ſecundam Trinitatis perſonam. c. 30. n. 16

Pœnitentia Salomonis adſtruitur. ibid. n. 17

Salomon caput trigeſimum huius libri dictauit, non alius quiſpiam quem Hebræi excogitarunt. c. 30. n. 4

*Salutatio.*

Salutationum matutinarum ritus apud antiquos. c. 27 n. 74. & ſeq.

Hebræis etiam ſolemnis fuit. ibid. n. 76

Multa loca ſacræ Scripturæ ex hoc more lucem accipiunt. ibid.

Eorum qui ex matutinis ſalutationibus victum quærebant indecora exercitatio incuſatur. ca. 27. nu. 77. & ſeq.

*Sanctus.*

In maximum labitur peccatum cum quis ſe voto aſtringit inferendi mala ſanctis. c. 20. n. 87

Sanctos bonis ſuis priuare periculoſum eſt. c. 20. nu. 92

*Sanguiſuga.*

Sanguiſugæ alij tantum vnum os, alij duo, alij tria ora tribuunt. c. 30. n. 113

Putridum & tabidum haurit ſanguinem, incolumi parcit. ibi. n. 114 Si diutius infigat ora inſanabile infligit vulnus. ibid. 115

Sanguiſuga propria voluntas eſt, eius duæ filiæ auaritia & ambitio. ibid. n. 116

Item diabolus eſt. ibid. n. 117

Concupiſcentia ſanguiſugæ nomine deſignatur, quæ duplici guſtu prædita eſt. ibi. num. 116

Item auaritia eius filiæ vis, & fraus. ibid. nu. 119 & nu. 124

*Sapiens. Sapientia.*

Sapientiæ ſtudium homini iucundam ſenectam adducit. cap. 24. nu. 63

In iuuentute, & ſenectute æque tenendum eſt. ibid. Vitam & mortem felicem affert. ibi.

Sapientia quæ moribus non exprimitur, ſed tantum in opinione ſita eſt vmbræ ſimilis. c. 28. nu. 6

Quæ edoceri non vult ſimilis eſt fructibus caprifici. ibid.

Sapientia comparatur meditatione ſedula, & auditione accurata. c. 18. n. 53

Pro ſapientia comparanda omnia alia profundenda. c. 23. n. 108

Gratis, & ſine pretio aliis tradenda. ib. n. 109

Sapientis ad obiectas quæſtiones, & difficultates perite reſpondentis gratiam inire & oſcula ipſi affigere iuſti optant. c. 24. nu. 111

Et inter diſcipulos eius numerari. ibid. n. 112

Sapientis mens quaſi horreum, in quo veritatum frumentum conditur. c. 3. n. 8

Sapiens itanquam collector annonæ publicæ quam cum diſtribuit in remetiendo acceſſiones habet. ibid. n. 9

Verba ſapientis ſunt aqua profunda, torrens redundans & fons ſapientiæ. c. 18. n. 18. 19. 21. 22

Sermones ſapientum ex imo pectore per aſſiduam meditationem ſicut aquæ ſalubres & dulces per occultos meatus ex abditis montium receſſibus emanant. c. 18. n. 20

Sapiens Dominus eſt etiam eorum, quibus vti non poteſt. c. 17. v. 6. n. 24

Dominium naturale habet in omnia licet non morale. ibid.

Secretum in ore ſapientis theſaurus. ibid.

Sapientiam ſuperbis profundam, his verò qui puſillo ac deiecto animo ſunt excelſam & ſublimem ſe præbet. c. 24. n. 22

Sapientia opus eſt ad honores publicos obtinendos. ibid. n. 23

Septem gradus ſuperare debet, qui ad ſapientiæ veræ celſitudinem contendit. ibid. num. 24

Sapientes non luduntur falſis rerum imaginibus. c. 27. n. 115

Vir ſapiens ſeipſum & cordis ſui motus apprimè cognoſcit. ibid. n. 116

Nihil magis cum ſapientia coniunctum, quam delitias aſpernari. c. 18. n. 24

Sapientes licet ſerui ſint & viles iure naturali ſunt liberi & domini. c. 17. n. 6

Diuina ſapientia mater eſt orbis, omnipotentia pater. c. 29. n. Quære v. *Scientia*, & v. *doctrina*.

*Scientia.*

Reliqua bona ſi cum ſcientia comparentur, bonorum nomine non gaudent. c. 19. n. 2

Scientia vtile bonum, reliqua verò bona quid exanime & mortuum. ibid. n. 3

Scientia homini pro oculis deſeruit. ibi. n. 4

Prudentes multoculi dicuntur & imprudentes cæci. ibid. n. 4

Alia ſcientia eſt animæ, alia corporis. ibi. n. 6

*Scoria.*

Scoriæ argento immixtæ plures ſignificationes allegoricæ. c. 25. n. 17

*Scortator.*

Ei, qui ſcortatori dat pecunias mutuas, non eſt ius repetendi. c. 29. n. 12

Scortator patrimonij ſubſtantiam decoquit, & ſimul emori dicitur. c. 29. n. 9

*Scriptura ſacra.*

Sacra ſcriptura inter epulas, & poſt epulas legenda. c. 24. n. 61. & ſeq.

Sacræ ſcripturæ ac faui comparatio. c. 25. n. 80

*Scrupuloſi.*

Qui in vita arctæ fuerunt conſcientiæ; & leuiſſimas culpas aurificum in mortem per ſcrupulos menſi ſunt, in morte laxam conſcientiam experientur. c. 20. n. 63

*Secretum.*

Qui ſecreta pandit, non amicus, ſed delator eſt. ca. 20. n. 68. & 69. Explorator conſiliorum ex eo dignoſcitur, quod commiſſa ſibi ſtatim aperiat. ib. Qui ſecreta reuelat, duplici lingua præditus eſt. ibid. Secretum non alteri quam amico fidendum. ca. 25. nu. 33. Delictum admiſſum vix amiciſſimo committendum eſt. ibid.

Secreti reuelatio non modo vulnerat amicitiam, ſed etiam perimit. c. 25. nu. 34 Qui tacet, mala nonnunquam tuto perpetrat: at vir loquax, & arcanorum proditor adhuc honeſtiſſimas res haud tutè peragit. c. 19. n. 20

Secretum animi ſtatim prodit ſtultus; ſecus prudens, & cordatus vir. cap. 29. n. 46

Stultus cui commiſſum eſt ſecretum dolores mulieris parturientis patitur, donec illud prodit: à quibus anguſtiis liberatur ſapiens. cap. 21. n. 99

In equuleo torquet ſemetipſum ſtultus, vt manifeſtetur ſecretum. ibid.

*Senex.*

Lacedæmone etiam nobiliſſimi iuuenes ſenes etiam ſordidos honorabant & cur. ca. 30. numer. 93

Conſilia ſenum fluxus ſunt prudentiæ ex redundantia ad alios manantes. capit. 19. numero 77

*Senſus.*

Deus oculos, aures & alia membra bonis vſibus tantum adaptauit. capit. vigeſimo, numero 41. & 42

Senſus tanquam vites ſunt aut arbores in organis plantatæ. c. 24. n. 136

Vineam ſuam minimè colentis ac ſenſus non mortificantis ſimilitudo concinna. ibid. n. 137

*Sententia.*

Prudens non prius ſententiam fert, quàm rem omnem calluerit. capit. decimo octauo. numer. 46

Qui vt habeatur ab omnibus ſapiens in omni facultate ſententiam dicere audet, ſtultus eſt. c. 18. nu. 2

Quot facies hominum tot ſententiæ. c. 17. n. 117. & numero 119

*Sepulchrum.*

Sepulchrum mortis ſtomachus. capit. 30. numer. 136

In quo ſimilis auaro. ibidem. numero 138. & ſeq.

*Sermo.*

Sermo eruditus hominem ſtultum ad ſapientiam adducit. c. 26. n. 68

Similitudo huius rei appoſita. ibid.

Stultus ex ſermone bono & erudito tandem aliquando compunctionem ſentit. ibid. n. 70

Sermo opportunè dictus cauſas & diſcordias definire ſolet. c. 25. n. 46

Et eius rei decora ſimilitudo. ibid.

Sermo cum rotis, vel ſuper rotas dicitur is, qui ad torquenda ingenia proponitur. ibidem numer. 47

Sermonem longum verbum opportunè dictum fulcit, ac ſuſtinet, ſicut aurei pedes lectulum argenteum. ibid. n. 48

Sermo hominis docti ac pij lux ſplendidiſſima ad animum vſque penetrans, & ſecretas cogitationes intuens. c. 20. n. 100

Ex ſermone homo dignoſcitur. ibid.

Qui conſideratè loquitur, à tormento equulei & anguſtiis liberatur. cap. vigeſimo primo, numero 100

Liberatur à litibus, à conſcientiæ angoribus, qui ſimiles ſunt anguſtiis parturientis fœminæ. ibid. n. 101

Et ſimiles cruciatibus equulei. ibid. nu. 102. & c. 20. verſ. 26

Sermonis rotati, & elegantis venuſtas. cap. 25. num. 40

Sermonis tempeſtiuè deprompti venuſtas maxima. ibid. n. 41. & ſeq.

Sermo qui incautè promitur, in lingua naſcitur inſcia mente; & tunc animus pœnitudinem ingenti dolore quaſi ex aborſu parturit. c. 21. numer. 100

Sermones nimium ſublimes & arcanos perſcrutari nocet magis, quàm delectat. c. 25. nu. 162. & ſeq.

Sermonis opportunè inter epulas iactati quanta vis ad prohibendam ebrietatem. c. 25. nu. 50

Et eius rei concinna ſimilitudo. ibid.

Verba iniqua conſcientiam onerant, ſicut fructus immaturi ventriculum. c. 18. n. 74

Fructus arboris qualitatem, ac verba dicentis mores demonſtrant. ibid. n. 75

In concionibus & familiari ſermone dictio varianda eſt, & ſeria cum leuioribus aliquando miſcenda. cap. 18. nu. 22

Stulti ſermo indecorè claudicat multis modis. ca. 26. nu. 34

Huius claudicationis quanta ſit turpitudo. ibid. n. 35. Quære verb. *lingua.*

*Serpens.*

Ad fugandum ſerpentes præſentiſſimum remedium eſt aliquem deprehenſum comburere. c. 19. nu. 91

*Seruitus. Seruus.*

Seruitus adoptione ſoluitur. c. 17. v. 2. n. 8

Dominus minus contumelioſus debet eſſe in ſeruos quàm in æquales. c. 30. n. 92

Seruitus & captiuitas decet ſtultos. ca. 26. numer. 68

Seruus ſilentio debet exequi heri mandata. c. 29. nu. 88.

Serui fideles à generoſis dominis duplex præmium reportare ſolent. c. 27. n. 103. & ſeq.

Serui anno Iubilæi libertatem conſequebantur. ibid. n. 104

Serui ſpontanei, ac mercedem minimè definientis ſimilitudo. ibid. n. 108

Seruus prudens naturæ iure habet dominium in dominum ſtultum. c. 17. v. 2. n. 6

Stolido ſeruo nec indulgentia danda, nec poteſtas in alios concedenda: vtrumque enim contumacem & inſolentem reddet. c. 19. nu. 26

Cum ſeruo inobediente non eſt agendum verbis, ſed verberibus. c. 29. n. 84. & 85

Nec tamen nimia ſeueritate caſtigandus eſt. ibid. n. 86

Seruos decorè ac honeſtè veſtire ad ſplendorem domus pertinet. c. 31. n. 112

Qui ſeruum à pueritia delicatè tractat, poſtea ſentiet contumacem, & inſtar filij tractari volentem. c. 29. n. 99

Seruus ad regnandum inutilis, quia dimidium mentis illi deeſt. c. 30. n. 111

*Silentium.*

Silentium ſtultiſſimum quemque prudentiæ laude exornat. c. 30 n. 245. & 246

Qui ſilentium imperat ſtulto iurgia & lites multas comprimit. c. 26. n. 82

Silentium murus eſt animam vndequaque cingens. ca. 25. num. 169. Quære verb. *Secretum,* & verb. *lingua.*

*Simplicitas, Simplex.*

Simplices & hebeti ingenio homines palatia Regum vitant; ſecus ſapientes. c. 30. nu. 216

Vir candidus & lenis moribus dum proteruos puniri videt, ipſe aliorum periculo edoctus ſapit, & ſibi conſulit, c. 21. nu. 53. & cap. 19. verſ. 25

Facilè aliorum honeſtos mores imitatur. ibidem.

Aliena eruditione proficit; quare propriis laboribus non indiget ad diſcendum: proteruus autem nec ſuis malis & induſtria ſapit. ibi. n. 54. & 55

Plus ſapit alienis, quàm alius propriis calamitatibus edoctus. ibid.

*Simulator.*

Simulatores deſcribuntur multis ſimilitudinibus. c. 26. n. 122. & ſeq.

Simulatores ocyus deteguntur. ibid. n. 124. & 125. Quære verb. *Fraus, Dolus, Aſtutia.*

*Societas.*

Impiorum conſortia tanta religione vitanda, quanta olim Ethnicos vitabant Hebræi. c. 21. n. 41. & 42

Impiorum conſortia vitanda, ita enim eorum natura in malum aliorum prona, vt contra amiciſſimos quoſque irruere ſoleat. cap. 21. nu. 51

Idque non ex ignorantia, ſed data opera faciunt: habent enim ferrea viſcera, quare nullius amicitiam ex animo colunt. ibid.

Et ex Dei iudicio alios etiam erga ſe ferreos, & inhumanos ſentient. ibid. n. 52

Caue ab illo qui reuelat myſteria, & tecum veteratoriè agit. c. 20. n. 69

Talis autem erit loquax. ibid.

*Speculum.*

Speculorum fraudes. c. 27. n. 116

*Spes.*

Spes eſt radix patientiæ ac ſuſtinentiæ. cap. 33. num. 93

Et catena aurea & firma nos ad ſuperna leuans. ibid. n. 94

Diuina ſpe, tanquam præmunita arce defenditur homo. c. 29. n. 113

Spei vis ad labores æquo animo perferendos. c. 24. n. 43

Spes vires auget, & calamitates extenuat. ibidem.

Spes in diuitibus, & potentibus nequaquam ponenda. c. 23. n. 53

Huius rei duæ comparationes idoneæ. ibid. num. 54

qui in Deum ſpem ſuam conferunt, totius mundi domini ſunt. c. 17. v. 6. n. 26

qui verò in diuitias, nec oboli. ibid.

Eos qui fiduciam ſuam in Deum conferunt, perinde curat Deus ſicut ſeipſum. cap. 28. n. 132

Anxiè & ſollicitè aliquid ſperantis ſimilitudo. c. 25. nu. 62. & 63

*Spiritus.*

Spiritus robur, ſermonem & iram in ſcriptura ſignificat. c. 29. n. 43

*Spiritus ſanctus.*

Spiritus ſanctus inſpiratio, & reſpiratio noſtra. cap. 30. nu. 43

Spiritu ſancto plenus Salomon exæſtuat, ceu dolium plenum muſto. c. 30. n. 7

*Spolia.*

Spolia ex hoſtibus accepta in turribus appendi ſolita. ca. 31. nu. 51

*Spurius.*

Spurij (ſcilicet baſtardi) parentum intemperantiam moribus corruptis exprimunt. ca. 30. numer. 98

Sordes appellantur à iure; ex impuro ſanguine & fonte manant: ſimiles curato vulneri. ibid. num. 99

*Stellio.*

Stellionis ſeu lacertulæ erga homines obſequium. c. 30. n. 224

Symbolum eſt ambitioſi. ibid. n. 225

*Stultus, Stultitia.*

Stultus etiam in Concilio ſapientum deſipit. c. 27. n. 125

Stultus longè ferocior vrſa. ca. 17. verſ. 12. numer. 45

Difficillimè corripitur. ibid.

Stultus correptionis impatiens vrſæ eleganter comparatur. ibid. n. 47. & 48

Stultorum ictus facilè retundit ſapiens. ibid. num. 49

Stultus ſiue hilaris ſit placendi ſtudio non minus intolerabilis eſt ſapienti, quàm ſi iraſcatur. c. 29. n. 37

Siue blanditiis agat qui ſtultum corripit, ſiue ira & virga, nihil proficit: vt contingit ei qui ſtolidiſſimas feras cicurare contendit. ibid. num. 28

Stultum ſibi placere, & ſapientia gloriari abſurdum eſt. cap. decimo nono, num. vigeſimo quinto.

Ad parcendum & ſeruiendum natus. ibid.

Stultorum eſt doctorum antiqua placita incuſare, vt propriam ſententiam conſtabiliant. c. 28. nu. 5

Stultus vitioſum hominem in vniuerſum ſignificat in ſcriptura. ibid.

Stultus eo animo ſcire deſiderat, vt ſapiens habeatur: Prudens verò vt ſibi ipſi ſapiat. ibid. num. 6

Stulti tanquam vineæ, inculti ſilueſcunt, ac ruſtici fiunt, culti ad bonum frugem transferuntur. c. 24. n. 138

Stultus verbis ſuis inter alios rixas, ſibi autem ictus, & vulnera accerſit. c. decimo octauo. numer. 27

Stultus ſuis verbis illaqueatur. cap. 18. numero 28

Melius eſt natum non fuiſſe, quàm eſſe ſtultum. & quare, cap. decimo ſeptimo, verſ. 21. numer. 87

Eſt & ſtultitia quædam quæ ſumma eſt ſapientia. cap. 30. nu. 28. & ſeq.

Stulti & canis ad vomitum redeuntis comparatio. ca. 26. n. 87

Indulgentia & impunitate ſtultitia creſcit. c. 19. nu. 26 quære verb. *Inſipiens.*

*Stragula.*

Veſtis ſtragula quid propriè. cap. 31. num. 127. & ſeq.

*Superbia ſuperbus.*

qui de ſua ſapientia inaniter tumet, ab aliis vulgo indoctus habetur, & reuera ſtultus eſt. c. 21. nu. 103

Et iracundus. ibid.

Contumelioſus in alios. ibid. nu. 105

Superbia & auaritia lucernæ ſunt peſſimorum, per quæ ſcilicet ſplendent. cap. 21. numero 18

Superbia ad contumelias ſemper prompta eſt, & ad oſtentationem ſuorum peccatorum. ca. 21. nu. 23

Superborum doctrina diſcipulorum error, & hæreſium mater. ibid. n. 24

Superborum culpæ magis manifeſtæ & obſeruatæ. c. 20. nu. 21

Superbia timorem Dei expellit, conſcientiam dilatat, peccata oſtentat. ibidem n. vigeſimo ſecundo.

Cogitatio ſuperbiæ aratio quædam eſt, vitiorum omnium colophon, & quæ omnes bonas actiones vitiat. ibid.

Superbis magnum imminet excidium. ca. 17. nu. 74

Comparantur altiſſimæ domui nullo nixæ fundamento. ibid. & nu. ſeq.

Superbia quædam eſt ſui ipſius idololatria. c. 30. nu. 68

Superbi omnium inimicitias ſibi conciliant. ca. 17. nu. 81

In plura oris peccata labuntur. ibidem numero 82

Argento viuo non obſcurè adumbratur. ca. 17. nu. 12

Peccatores per niuoſos & gelidos montes vitæ viam regunt: quare frigore confecti pereunt. c. 21. nu. 21

Sed hoc præcipuè accidit ſuperbis; quia eos faſtus ad ſublimia tollit, & ſuperbia frigidior eſt glacie. ibid.

Superbia hominem humiliat; humilis diuidet gloriam. ca. 29. nu. 104

Detrectanda ſunt merita, quæ vel ad tantillum ſuperbiæ eleuent cor. c. 30. n. 60

Superbia auaritiæ coniuncta inter ſe confligunt maximè. c. 28. nu. 129

Superbia multorum iurgiorum ac litium cauſa eſt. ibid. n. 130

De ſtulto, aut etiam de valde improbo me-

liora ſperare licet, quàm de ſuperbo. c. 26. numero 95

Superbus ſimilis vrbi abſque murorum ambitu. ca. 25. nu. 167. Quære verb. *Humiliter*, & verb. *Gloria*.

*Supercilium.*

Supercilium ſedes faſtus. ca. 30. nu. 100

*Superior.*

Vt ſanguiſuga dulci liquore diluitur ne inſanabile infligat vulnus; ſic ſuperior charitate reprehenſionem temperet. ca. 30. nu. 115

Superiores Protheum debent imitari. ca. 17. nu. 44

Superior ne admodum ſeuerè vitia ſubditorum reprehendat, ne adipem eliciat aut emungat ſanguinem. cap. 30. nu. 252. 255. 256. & num. 258

Superior difficilis & moroſus ſubditorum maledicta, & conuitia ſibi accerſit. cap. 25. numero 147

Et huius rei luculenta ſimilitudo. ibid.

Alia ſimilitudo non diſpar. ibidem numero 149

Stultus imperium nactus ſubditos ſuos ſeruiliter tractat ac vexat. capit. vigeſimo ſexto, numer. 67

Stultis etiam & inſipientibus ſuperioribus obedientiam deferre oportet. cap. 26. num. 57. & num. 63. Quære verb. *Rex*, & verb. *Princeps*, & *Prælatus*.

*Supplicium.*

Qui alienis calamitatibus emendantur, & reſipiſcunt, prudentiam ſerpentis imitantur. cap. 19. nu. 91

Deus alienis ſuppliciis ad pietatem nos erudire curat. cap. 19. num. 91. Vide verb. *Correptio*, & *Caſtigatio*.

*Suſurro.*

Suſurrones & fures capite plectendi ſunt, & ſtatim è familia eiiciendi & arcendi: quia omnia conturbant. capit. vigeſimo, numero 56. & 57

Suſurrones eodem incendio quod linguæ flatu excitarunt, peribunt. cap. vigeſimo nono, numer. 23

Suſurronis verba leuiores videntur ictus, ſed paulatim augentur, & ſenſim ad cor penetrant. capit. vigeſimo octauo, nu. 29. quære verb. *Diſtinctio*.

*Sycophanta.*

Sycophanta vnde dictus. c. vigeſimo octauo, num. 89

*Symbolum.*

Symbola comeſſalia quid in conuiuiis. cap. 23. nu. 99. & 100

*Syndon.*

Syndonis non vna ſignificatio. c. 31. num. 144. & ſeq.

T

*Talionis lex.*

TAlionis lex olim à Deo lata limites iræ, & vltioni præſcribebat. capit. vigeſimo quarto, num. 129

Talionis legem iudices publici exequebantur. ibid.

*Temperantia.*

Elephanti crura rigida habentis, & hominis intemperantis ac voluptatibus dediti comparatio. ca. 25. n. 87. Quære ver. *Voluptas*, & verb. *ebrietas*, & verb. *gula*.

*Tempus.*

Temporis futuri vana, & inanis expectatio. c. 27. nu. 2

Temporis incertitudo in omnibus. ibid. num. 3. & ſeq.

Tempus parit atque enititur res. ibidem numer. 4

Non tam per partum edit, quam per abortum. ibid. n. 6

Non tantum futurum tempus, ſed præſens etiam incertiſſimum eſt. ibidem numero ſeptimo.

*Tentatio.*

Animus equi nomine ſignificatur, qui antequam ad certamen tentationis accedat, inſtrui debet. Vel equi nomine corpus ſignificatur, quod edomari debet, vt rationem veluti ſeſſorem excipiat, explicatur quomodo domandum. cap. 21. nu. 127

In tentationes ac pericula non ſponte ruendum, ſed Deo vocante, aut occaſiones immittente. cap. 28. numero 134. & ſeq. quære verb. *tribulatio*.

*Terminus.*

Terminos agrorum violare, & transferre nefas eſt. cap. 23. num. 74

Antiqui terminum inter Deos numerarunt, vt conſtaret agrorum terminos, & limites nequaquam tranſgrediendos. cap. 22. nu. 137

Miles, & iuuentus ſuos terminos habent, quos tranſilire indecorum eſt ibidem. num. 138

Limitum, vel terminorum violatoribus pœnæ grauiores aſſignatæ. ibid. num. 139

Terminos agrorum non violare ſummæ laudi ducendum. ibid. num. 141

*Ternarius.*

Ternarius numerus rei perfectionem abſolutiſſimam ſignificat. cap. 22. nu. 110

*Teſtis, Teſtis falſus.*

Falſus teſtis Belial, id eſt filius diaboli dicitur qui mendacij primus parens fuit. capit. 19. numer. 104

Teſtis falſus Belial dicitur, id eſt ſine iugo, quia omnium legum iuga excutit. c. 19. n. 108

Teſtis falſus deficiet in ſermone (*per derſe*) at qui ea tantum teſtatur quæ vidit ſemper loquetur. cap. 21. num. 119

Ad horam de aduerſario victor videtur, falſitatis tamen pœnas dabit. ibid. num. 120. & 121

Falſus teſtis nunquam abit impunitus. cap. 19. num. 21

Deo inuiſus. ibid.

Falſi teſtes ex voce anxia & tremula dignoſcendi. ibid. nu. 22

Deus mendacia detegit, vt ſubiiciat pœnis teſtes falſos. ibid.

Teſtes comparantur cum corporis arteriis: ſicut enim ex pulſatione earum latentes morbi noſcuntur: ſic teſtes occulta fratrum delicta debent ſuperioribus manifeſtare. cap. 19. nu. 105

Sicut ceſſante pulſatione arteriarum infirmi ſalus deſperatur, ita cum teſtes quæſiti deli-

cta veraciter non deponunt, Reipublicæ ſalus periclitatur. ibid.

Teſtes in iudicio pro dentibus ſunt: iudices palati, & linguæ vices gerunt. Et iudex qui ad iudicandum locupletes teſtes non adhibet, ſimilis eſt ei, qui dentibus non vtitur, ſed integras eſcas deuorat. cap. 2. nu. 103

Falſi teſtis ſumma libertas in dicendo falſo teſtimonio. cap. nu. 88

Similis gladio, & ſagittæ. ibid.

A falſo teſte plura incommoda proficiſci ſolent in hominem, fortunas, & in vitam. ib. nu. 89

Falſus teſtis qualiter vrgere ſoleat innocentem. ibid.

Teſtis falſus qui inſolenti viro necis author eſt lancea, gladius, & ſagitta meritò dicitur. ca. 25. nu. 90

Falſus teſtis illis, qui ipſo vtuntur, ad nutum obſeruit. ibid. nu. 91

Eiuſdem inconſtantia. ibid.

Teſtis falſus omnia iudicia Dei & hominum deſpicit. cap 19 nu. 102

Et eorum ſententias ridiculas facit. ibid.

Impij ſperantes ſe falſi alicuius teſtis iureiurando abſoluendos ingentia ſcelera aggrediuntur. ibid. nu. 102

Teſtis ea tantum in iudicio quæ oculis ſuis aſpexit, & hæc non celeriter, & imparatè deponere debet. cap. 25. nu. 39

Falſis teſtibus dentes extruduntur, & cur. ibi.

Teſtis à Magiſtratu iureiurando interrogatus, nunquam veritatem celet. cap. 29. nu. 108

Secus ſupplantabitur. ibid. nu. 110

Seuerè punitur populus Iſraeliticus eo quod nullus inuentus fuit. 1. Achan. ibid.

Qua intentione, & quo animo ad teſtimonium dicendum venire oporteat. ca. 24. nume. 123. & ſeq.

Teſtis falſus non declinabit pœnas apud Deum, & homines cap. 19. num. 13

*Timor.*

Timere omnia qualiter miſerum, & qualiter vtile ſit. cap. 28. nu. 71

Timidiora animalia difficilius manſuefiunt. cap. 22. nu. 18

*Timor Dei.*

Qui timorem Dei exuit, mentem & rationem depoſuit, quare ſicut brutum ex inconſiderantia in pericula ruit, ſic ipſe in ſcelera. ibid.

Sicut ille qui vino obrutus difficile excitatur à ſomno, ſic qui timore Dei caret, à ſomno vitiorum excitatur difficillime. ibid.

Timor Dei à ſomno vitiorum excitat, & eum habentes tenuiſſimus quilibet diuinæ inſpirationis ſonus exturbat, & ad reſipiſcentiam exacuit. ibid.

Qui Dei timore vacat, leuiſſimis tentationibus ruit, ſicut ebrius. ibid.

Tria bona in futuro ſæculo reddentur timenti Deum, perennis vita, quies æterna, ſecuritas perpetua. ibid. num. 87

In hac vita Deum timenti tria bona eueniunt, vita incolumis, rerum omnium copia, & ſecuritas. ibid.

Timor Dei omnes alios timores ex animo pellit. cap. 19. num. 86

Eſt alimentum ſalubre menti, quietum, & ſuauem ſomnum inducens. ibid. & cap. 3

Qui timore Dei vacat, ad improborum ſocietatem ſe recepit. ibid. num. 86

Timori Domini pro mercede iunguntur humilitas, diuitiæ, gloria & vita. cap. 22. n. 16

Timor Dei rebus omnibus ita ſe impoſuit, vt eas (liceat ſic dicere) per hyperbolem imminuat, atque eleuet. ibid.

Res omnes humilitate, tanquam calcaneo proterit, elationémque & animi tumorem diſrumpit. ibid.

Efferos hominum animos ad manſuetudinem traducit. ibid. num. 18

Qui Deum ex animo timet, reliqua omnia timere deſinit. ibid.

Per manſuetudinem timor Dei rerum omnium poſſeſſionem capeſſit. cap. 22. nu. 19

Manſueti tenacius reliquis veſtigia ſua virtuti affigunt. ibid.

Iuſti omnia timent ob cautelam. cap. 28. nu. 69. & ſeq.

Vitæ probitas, & honeſtas timoris Dei partus eſt. cap. 22. num. 20

Timor Dei tanquam baſis columnam ſuſtinet virtutis, aut doctrinæ. cap. 23. nu. 92

*Tinea.*

Tinea non attingit ligna quæ auſterum ſaporem habent, & quæ nimium dura ſunt. cap. 25. numer. 128

Et veſtem, quæ in funere fuit, non arrodit. ibid. nu. 131

Purpuræ plurima tinea innaſci ſolet. ib. n. 127

*Tribulatio.*

Tribulatio ſic probat hominum corda ſicut acetum nitroſam terram. cap. 25. nu. 120

Tribulationes his qui ad vitæ occaſum reſpiciunt, fælices ac ſecundæ videntur. cap. 27. num. 91

Iuſtorum & iniuſtorum hominum diſſimilis conſtantia in tribulationibus. ca. 24. nu. 65 & ſeq.

Iuſtus vir laboribus roboratur. ibid.

Sicut candens ferrum aqua inſperſa, ſic ipſe periculis obduratur. ibid. num. 66

Similis arbori quæ ex ſucceſſione pullulat, & & morte viuit. ibid.

Iuſti tribulationibus depreſſi & Antheonis comparatio. cap. 24. nu. 67

Solatia externa in tribulationibus non augent, ſed elidunt robur animi. cap. 24. nu. 39

Non armant, ſed exarmant animum. ibid.

Laboribus & tribulationibus non cedendum, ſed contra audacter eundum. ca. 24. n. 40

Fortitudo & patientia vſu tribulationum confirmatur & augetur. ibid. nu. 41

Probat corda ſicut ignis argentum. cap. 17. nu. 10. & 11

Conflator eſt Deus. ibid.

Sufflatorium diaboli ſuggeſtio. ibid.

Nouiſſimorum memoria vt plumbum ſunt, ne tribulatio aliquid de corde detrahat. ibid.

Tribulatio non ceſſat, quouſque cor ſit omninò purgatum. ibid.

Tribulationes immittuntur, vt in hac vita omnino purgati liberemur à purgatorio igne. ibid. num. 11

Non ſolum peccata, ſed & minimas imperfectiones excoquit. ibid.

Omnem ſuperbiam conſumit. ibid. numero 12

Qui in tribulatione ſemel deſpondit animum, ad quoſlibet poſtea laborum occurſus conteritur, cap. 24. nu. 44

Deus iuſtitiam hominis igne tribulationis examinat. cap. 21. nu. 13
Tribulatione Deus notam reddit virtutem iuſtorum. cap. 17. n. 13
quomodo Deo in tribulatione innoteſcat iuſtorum virtus. ibid.
Deus iuſtis tribulationes immittit, & temporalia præmia, quæ ipſorum iuſtitiæ reſpondebant, filiis ac nepotibus donat. cap. 23. nu. 95
Ruinarum cauſa non eſt tribulationis grauitas, ſed animi puſillitas. cap. 24. n.
Similitudo ſtomachi infirmi, & medicamenti acrioris. ibid.
Perſecutionis bona. cap. 17. nu. 60
Cur amandi ſint perſecutores. ibid.
quære verb. *Perſecutio. Tentatio. Labor.*

*Tributum.*

Tributa non ſunt preſsè emungenda, ſed vberum in morem leniter mulgenda. cap. 30. nu. 155. & n. 157

*Triſtitia.*

Triſtitiæ intolerabile malum. cap. 18. n. 48. & cap. 17. num. 22
Lætus animus à morbis facilè mærens & triſtis difficile conualeſcit. ibid. nu. 49
Triſtitia ſicut tinea in veſtimento, & tanquam vermis in ligno. cap. 25. n. 113.
Cùm ex corde naſcatur, ipſum cor morſibus ſuis conficit. ibid.
Homo triſtis neque publicas, nec domeſticas res agere decore poteſt. cap. 25. nu. 24
Triſtitia otioſos homines, & ſui amatores cum primis affligit. ibid. nu. 125
Similitudo tineæ veſtimentum conficientis, & vermis lignum terebrantis. ibid.
Triſtitiæ bonæ ac malæ differentia. ibid. n. 126.
Dum triſte eſt friget cor. cap. 17. v. 22. num. 88
Maximè obeſt triſtitia ad pellendum animi morbum. ibid. nu. 89
Mæror hebetat oculos. ibid. nu. 90
Atque exedit & conſumit corpus. ibid. nu. 91
Terræ aridæ nomine triſtitia ſignificatur. c. 30. nu. 145
Quomodò triſtes, quomodo etiam læti admonendi ſint. cap. 25. n. 115

*Tyrannus.*

Tyrannus vir auarus appellatur, non Rex. c. 29. nu. 17
Tyranni deſcriptio: Reſpublica cui præeſt velut excentrica eſt. cap. 29. n. 19
Tyrannus etiam vbi nulla ſubeſt timoris cauſa, timet. cap. 28. n. 2
Omnes timet, & nulli ſe permittit. ibid.
Fugit nullo inſequente. ibid. n. 3
In publicum prodire metuit maximè. ibi.
Mulieris in morem domi ſedet. ibid.
Hoſtes ſibi fingunt Tyranni. ibid. num. 4.

# V

*Valetudo.*

Vires corporis non ſunt imprudenter atterendæ, ſed prudenter aſſeruandæ. cap. 29. n. 44. & 45

*Ventus.*

Ventorum domus non cæcum Æoli antrum, ſed Dei manus, eiuſuè ſinus. cap. 30. nu. 36

*Verba.*

Inter linguam & cor diſcretus ſedeat arbiter: item libripens qui pondera verborum examinet, & taxet. cap. 29. num. 90
Quære verb. *ſerm.* & *lingua.*

*Verbum Dei.*

Verbum Dei ignitum. cap. 30. nu. 44.
Vt iacula inflammata ad plagam, & clypeus ad munimen. ibid. nu. 47
Conflat, decoquit, & repurgat audientem. ibid. n. 48. & 49
Quomodò verbum Dei examinetur in tribulationibus. ibid. n. 50
Debet eſſe ab omni falſitatis miſtione purgatum. ibid. n. 51
Verbum Dei ſemper opportunè & importunè prædicandum. cap. 28. num. 34. Quære verb. *Doctrina.*

*Verbum æternum.*

Verbi æterni generatio ſimilis æſtui. cap. 30. n. 44

*Verecundia.*

Verecundia deperditur tenebris æternis, ſed maximè interna animi caligine. cap. 18. numero. 10

*Veritas.*

Veritas facit homines membra Chriſti; membra diaboli. c. 19. n. 104
Eſſe membra eiuſdem corporis ad veritatem nos inducit. ibid. n. 105
Veritas ſacrificium Deo gratiſſimum, per quod homo ſeipſum victimandum quotidie exponit. cap. 21. n. 17
Qui veritatem cuſtodit, extra perditionem erit. c. 29. n. 119. & 120
Mendacium pluribus admixtum veritatibus inſtar veritatis nitet, vt æs auro admixtum.
Item veritas infuſcatur. c. 30. n. 51 Quęre verb. *Mendacium.*

*Veſtis.*

Mulierum veſtes ſcutulatæ. cap. 31. n. 50

*Vicini.*

Vicinorum mutua auxilia. cap. 27. n. 62

*Vindicta.*

Qua intentione vindicta de hoſte Deo ſit permittenda, & committenda. c. 24. n. 79. & 80
Homini, cuius damnis inimicus eius inſultat, Deus de induſtria indulget, & cur. ibid. numero 80
qui de ſibi illatis damnis vlciſcitur, alterius malitiam veluti ex contagio ſibi accerſit. cap. 24. num. 127
Damnis alteri illatis nullus medetur acceptis. ibid. n. 128
Qui vlciſci vult ſcorpium flammis circundatum imitatur. ibid.
In ſe ipſo iram vlciſci, & inimicitias perimere ſatius eſt. ibid.
Vindictam Deo relinquere iniuriarum, multa ſuadent. cap. 24. n. 84. & ſeq.
Longè grauiores pœnas ſumit Deus quàm læſus quiſque ſumere poteſt. ibid. numero 86. & ſeq.
Læſi ira non eſt ira, ſecus ira Dei. ibid. nu. 88
Iræ diuinæ thronum dare oportet. ibidem.
Quęre verb. *ira*, & *odium*, & *inimicitia.*

*Vinum.*

Vinum ſontibus morte damnatis quale offerri ſolitum. cap. 31. n. 30
Et his qui amicorum funera lugebant. ibid. numer. 33
Triſtium & melancholicorum caput non facilè tentat. ibid.

Vinum tanquam medicamentum parcè & opportunè ſumendum. cap. 31. n. 34

Vinum parcè ſumptum ſalutare medicamentum, plus iuſto hauſtum venenum. ibidem numero 35

In vino veritas eſt. cap. 23. n. 7

Vini intemperantia omnia ſecreta, & arcana prodere ſolet. ibid.

Ad extorquendam veritatem nullum eſt tormentum potentius quàm vinum. ibid.

Vinum prodigum eſt, quia corpus compotationibus conſumit, conſilium, ſapientiam, & alias animi dotes diſſipat, omniaque cordis ſecreta prodigit, & pandit. cap. 20. n. 3. & cap. 23. verſ. 2. & cap. 3. ver. 4

Vinum eos qui ſe ingurgitant ridiculos facit. c. 20. n. 1. & 2

Luxuriam nutrit. ibid.

Vinum merum quod aqua infuſa non caſtigat, ſimile ſeruo incaſtigato. c. 20. n. 3

Ad inſtar tyranni animi arcem occupat. ibi. numer. 4

Homines vinolenti difficile ab immoderato potu reuocantur: ideo vinum dicitur indomitum, vel inuictum. ibid.

Aqua vini frænum, & ſupplicium, cap. 20. n. 1. & 5

Quare vinum ſine aqua, ſeſſorem, id eſt rationem & mentem adinſtar equi ſine fræno ſternit, & deiicit. ibid. n. 5

Vinum tumultus excitat, & internas pugnas in animo mouet. ibid. n. 6

Rationis lumen extinguit. ibid. n. 7

Immoderatio vini vocem lædit. ibid.

Internarum potentiarum ſoluit harmoniam, & reddit malè ſonantes. ibid.

In corpore noſtro ex quatuor qualitatibus cythara quaſi ex quatuor fidibus conficitur, cuius harmoniam maximè ſoluit, aut maxima temperat vinum temperatum, vel intemperatum. ibid.

Quære verb. *Ebrietas.*

*Virginitas.*

Virgines humiles reddit cogitationum impuritas, quam nemo non ſentit, & leuiores maculæ necnon illa perſuaſio, quod caſtitas inter alias virtutes Dei donum eſt. cap. 29. nume. 33. & 34

Virgines habent mentes aureas, purgatis fæcibus ſæcularium curarum, defæcatas. c. 22. n. 69

Hac de cauſa impensè Deus eas diligit. ibid. Quære verb. *Caſtitas.*

*Virtus.*

Qui virtute diues eſt, imperat his, qui in virtutis penuria exiſtunt. c. 22. n. 37

Animæ longitudo, latitudo, altitudo & profunditas ex virtutibus menſuratur. c. 19. n. 29

Inter verum & fictum honeſtatis cultorem id intereſt, quod hic ærumnis petitus ſe abſcondit, ille verò publicè illis ſeſe offert. c. 22. n. 12

Adeundæ virtutis initia cumprimis difficilia ſunt. c. 23. n. 77

Superato limine facilis eſt progreſſus. ibid.

A limine virtutis ingrediendo nihil nos deterrere debet. ibid. n. 78

Virtutes cardinales, & totidem vitia oppoſita, per leonem, gallum, arietem, & regem adumbrantur. cap. 30. n. 242

*Viſio.*

Viſio aſſumptionem, onus, aut prophetiam ſignificat. cap. 30. n. 2

*Vita.*

Homo iter facit per varias ætates, quaſi nauis per inſanas procellas. c. 30. num. 189

Hominis vita comparatur cum aquila ad prædam ruenti; & ſerpenti per herbas repenti. ibid. nu. 190

Quò tandem via, id eſt vita hominis euaſura ſit, nemo aſſequi poteſt. cap. 20. num. 84

Nemo ab ea via ad quam à Domino impellitur, exorbitare debet, quia per eam non tam incedit, quam vehitur. ibid. n. 85

*Voluntas.*

Quod res humanæ aut delectent aut angant animum, ex voluntate noſtra pendet. cap. 26. nu. 42

*Voluptas.*

Mellis ac voluptatum comparatio elegans. c. 27. nu. 82

Voluptatibus tenaciſſimè adhæreſcunt homines donec his immoriantur. ibid.

Omnia delectabilia moderatè ſumpta recreant, immoderatè accepta nauſeam afferunt. ibid. numer. 83

Qui diuitiis, & deliciis ad ſatietatem ſe dedit, illa poſtea ingenti dolore nauſeabundus euomet. c. 30. nu. 17. Quære verb. *Delitiæ*, & verb. *Luxuria*, & verb. *Ebrietas*, & verb. *Gula.*

*Vomitus.*

Euomit quis quod Deo ingerente hauſit. c. 29. nu. 3

Euomere dicitur qui aliorum vitioſos mores carpit. cap. 30. n. 14

Item qui ex tempore verba facit. ibidem numero 15

Ad redundantem plenitudinem ſignificandam vomitionis nomine vtimur. ibid. n. 15

Mos fuit in conuiuiis adeſas epulas, & hauſtum vinum euomere, quo expeditior eſſet mens ad ſententias dictandas. c. 30. n. 23

*Votum.*

Piaculum eſt, animal ex voto Deo mactandum, domi inſumere. cap. 20. n. 88. & 89

Primitiæ, decimæ, & alia munera ſacerdotibus debita ſoluenda ſunt. cap. 20. nu. 90

Qui temerè & inconſideratè rem aliquam vouet Deo, conſcientiæ ſuæ laqueum inicit, à quo ſtatim abſolui deſiderat. cap. 20. n. 91

Qui vota non ſoluit, Deum bonis ſuis ſpoliat. cap. 20. n. 92

*Vrſus. Vrſa.*

Vrſi fames ingens poſt hyemem. c. 28. n. 74

Eſt animal omniuorum. ibid.

Fame ſtimulatus impatientiſſimè furit. ibidem.

Vrſorum doli & fraudes. ibid.

Vrſa ferocior quàm vrſus. capite 17. verſ. 12. num. 46

Huius amor erga ſuam prolem. ibid.

Lambendo catulos ad ſui formam elaborat. ibid.

Et callida. ibid. n. 48

Vrſus ſtultitiæ ſymbolum. ibid.

*Vſura.*

Conditiones ad vſuram neceſſariæ. cap. 19. n. 56. 57. & ſeq.

Dominus viſitationem faciet ſuper pactionibus vſurarij, & vſuras petentis. c. 29. n. 59

Expenditur peccatum illius qui ad fœnus pecunias accipit. ibid. n. 60. quære verb. *Fænus*, & verb. *Mutuum.*

*Vulgus.*

Vulgus quandoque mendacium dicitur. ca. 29. nu. 32

*Vxor.*


Vxoris litigioſæ mores. capit. 27. numero 84. & ſeq.

Qui continet illam, ſicut qui ventum retinet. ibid.

Cum vento intra terræ viſcera compreſſo, & terræ molem agitante, confertur. ibid. n. 85

Cum vxore moroſa non ex vi & imperio, ſed ex indulgentia virum agere oportet. ibid. num. 86

Huius rei tres comparationes idoneæ. ibid.

Vxores ſiue moroſæ, & rigidæ ſint, ſiue faciles, ac mites, à maritis diligenter aſſeruari debent. c. 27. nu. 87

Vxorem, quæ à marito diſceſſit, ad domum reuocare difficile eſt. ibidem. num. 88

Mariti lenitas vxorem allicit, ſeueritas & acerbitas repellit. ibid. n. 89

Vxores philocoſmæ, eædem molles & imbelles. c. 31. n. 151

Viris ſuis ſuſpectæ fiunt. ibid.

Quæ modeſtæ ſunt bonos ſuos mores pro veſtibus circumferunt. ibid. n. 152

Vxores animum virtutibus excolentes, corporis curam & cultum negligere ſolent. cap. 31. nu. 153

Interna fœminæ honeſtæ pulchritudo qualis ac quanta. ibid.

Pulchritudo externa ancilla eſt pulchritudinis internæ. ibid.

Qui vxorem bonam nactus eſt non vulgare, ſed rarum, & quod in maximis beneficiis ponendum eſt, beneficium accepit. ca. 18. numero 84. & 85

Vxoris pulchritudo præcipua in moribus. ibid. nu. 86

Quæ multiplex pulchritudo eſt. ibid. n. 87

Dei ſolius opus eſt vxoris & mariti mores in concentum vocare. ibid. n. 47

Vt coniuges inter ſe facilè concinant, in omnibus mediocritas ſeruanda, in electione perſonarum, in moribus, in ſumptibus, &c. ibid. n. 48

Vxor & vir eam vitæ rationem inire debent, quam opibus ſuis implere poſſint. Explicatur exemplo tibicinis. ibid.

Vir pro gubernaculo, vxor nauim imitatur.

Eadem proportio debet ſeruari inter coniuges, quæ requiritur inter nauim, & gubernaculum. ibid.

Vxor eam vim habet in temperandis viri affectibus, quam harmonia præſtat in animis ad affectus excitandos. ibid. nu. 49

Vxor cordata viro caſtitatem modulatur. ibidem.

Mulieres hominibus dominantur natiua virtute, & eos ad ſe trahunt, ſicut magnes ferrum. ibidem.

Sicut gutta excauat lapidem, ſic vxoris iurgia & contentiones viri lapideum robur, & tolerantiam perfodiunt. c. 19. n. 43

Vxor moroſa iugi fletu digna. ibid.

Vxor litigioſa cum ædibus comparatur, quę pertuſis tectis tempore pluuiæ perſtillant. ibid.

Vxor litigioſa dicitur, ſed deponere debet litem, quia vir & iudex & aduerſarius eſt. ibid.

Vxores etiam moroſas honor à maritis impenſus delinit. c. 27. n. 92. & ſeq.

Huius rei concinna comparatio. ibid.

Vxores ad dexteram locare maritis ſolemne. ibid.

Ideo viris vxores aliquæ moroſæ videntur, quia in ipſis alget coniugalis amor. ibidem. n. 93

Sicut ferrum à ferro mutuo exacuitur, ſic durus maritus & rigida vxor ſe mutuo ad iram concitant. c. 27. n. 95

Vxor ferrea lima & malleo elaboranda. ibid. nu. 96

Inter vxorem, & virum æqualitas ſeruari debet, nam inæqualium coniugia non coaleſcunt. ibid. n. 97

Rigidos etiam & auſteros coniuges amor impenſus ſic concordat, ſicut ignis vnum, & alterum ferrum. ibid. n. 98

Fides ſtrenuę mulieris erga virum per ipſius viri confidentiam augetur. cap. trigeſimo primo, nu. 63

Præſtantiſſima vxoris laus eſt acerbum maritum perferre. ibid. n. 64

Et tolerantia ſua mitiorem reddere. ibidem.

Similitudo viperæ, ac murenæ huc tranſlata. c. 31. n. 64

Viri ſarcinas reddit leuiores. ibid. n. 65

Voluptas quæ de vxoris honeſtate capitur, diuturna eſt, & non deficit; quæ de pulchritudine, vel aliis donis, citius perit. cap. 18. nu. 89

Fidelis vxor retinenda eſt, adultera dimitti poteſt. c. 18. n. 90

Si tamen adultera reſipiſcat, retinere pium eſt, & honeſtum. ibid. n. 91

Qui per ignorantiam adulteram vxorem retinet, ſtultus eſt; qui verò ſciens, & volens tolerat, impius eſt. ibid.

Mulier litigioſa & iracunda moleſtias faceſſit marito. c. 21. n. 87

Immanitate feras ſuperat. ibid.

Satius eſt hominem ſolum apud ſe in angulo domus paternæ degere, quàm vxorem moroſam, & clamoſam ducere. c. 21. n. 47

Et ſatius eſt in faſtigio domus (*en el canallete delteiado*) degere periculis expoſitum; quàm cum muliere huiuſmodi. ibid. n. 48

Facilius iniurias cœli, quàm iniurias, & probra mulieris perferre. ibid.

Satius eſt carere tecto, & vxore, quàm capaces ædes habitare cum muliere litigioſa. ibid. nu. 49

Vxor ſtrenua quolibet pretio oblato coëmenda. ca. 31. nu. 44

Pretioſior eſt vnionibus. ibid.

Vxoris fides in contemptu ornamentorum, ac monilium ſpectatur. c. 31. n. 52

Vxor ſtrenua ſine dote præſtat diuiti, ac nimium dotatæ. ibid. nu. 53

Cùm mulier inſoleſcit & contentionem mouet, melius eſt illi cedere, & cum ſeruis in ſupremam domus cameram ſecedere, quàm heri & domini locum tenere in media domo. c. 21. n. 46

Qualiter cum ſeruis & ancillis in diſtributione ciborum, ac penſorum agere debeat vxor. ca. 31. nu. 80. & ſeq.

Timor viri in vxore ex timore Dei manat. c. 31. nu. 207

Interna pulchritudo, & honeſtas vxoris mundum vniuerſum pretio ſuo excedit. ibid. nu. 208

Decentiſſima & honeſtiſſima fœminarum exercitatio eſt lanificium. c. 31. nu. 107

Vxores nubentes Caiam repetitis vocibus vſurpabant, & cur. ibid.

Colus ipſi pro gladio & haſta. ibid. n. 108

Prouidentia matrisfamilias circa veſtes, & victum domeſticorum. c. 31. n. 120. & ſeq.

Viri confidentia de forti vxore. c. 31. num. 48

Excludit ſuſpicionem, & curam. ibid.

Qui vxorem nactus eſt induſtriam nihil ad au-

gendas opes deſiderabit. c. 31. n. 49. & ſeq.

Vxoris honeſtę maximum ornamentum ſilentium. c. 31. n. 158

Optimum remedium contra loquacitatem in fœminis eſt exercitatio, & ſedulitas rerum domeſticarum. ibid. n. 159

Fœminarum garrulitas cum ſtultitia ferè coniuncta eſt. ibid. n. 160

Fœminæ loquaces turtures imitantur. ibid.

Loquacitatis fœmineæ deſcriptio. ibid.

Lex clementię in lingua mulieris bonæ. ibid. nu. 161

Eleemoſyna in eadem lingua. ibid.

Quanto ſtudio domum ſuam adſeruare debeat. c. 31. n. 164

Deus mulieri naturalem timorem indidit, vt in cuſtodia domus eſſet cautior. ibid.

Cuſtodia vtenſilium debet eſſe accurata, non ſordida. ibid. n. 165

Domeſticos in officio ſeueris legibus continere debet. ibid. n. 166

Mulieris ſedulæ conſpicuus vir. c. 31. nu. 142

Vxor à domeſticis laudari & ab externis ignorari debet. c. 31. n. 168

Vxor bona maritum bene moratum reddit. ibid. nu. 169

Vxoris ſedulæ optimi quæſtus qui. cap. 31. numer. 87

Diu noctuque lanificio incumbere debet ſedula vxor. ca. 31. n. 99

Imitari debet excubias militares. ibidem. numero 100

Vxoris veſtis ſacra eſſe debet, & non aliter ipſa viro quàm ſacerdos altari ornari debet. c. 31. n. 128

Duo colores, quibus veſtem matrisfamilias imbutam eſſe vult Salomon, ſcilicet albus, & purpureus, ſunt myſtici. ibid. num. 129

Vxor ex proprio labore partis eleemoſynas facere poteſt. c. 31. num. 114

Non prius ducenda vxor, quàm quis lucrandi artes didicerit. cap. 24. n. 120

Vxor ſedula domi manens maiores facit quæſtus, quàm mercatores maria ac terras peruolantes. cap. 31. num. 75

Similis naui diu noctuque nauiganti. ibid. numero 76

Poſt longum tempus mariti domum ditem & copioſam facit. ibid. num. 77

Duplex vxor eſt vnicuique voluptas & virtus. cap. 30. num. 144

Vxores lanificæ fortes ſimul ac doctæ. cap. 31. nu. 108

Vxor in aliis parca, in erogandis eleemoſynis liberalis eſſe debet. cap. 31. num. 113 & ſeq.

Vxor marito conſentiens præcipuum pacis eſt fundamentum. cap. 30. num. 213

Vxoris propria functio eſt lanificium. cap. 31. num. 68

Peritia in lanificio tractando. ibid. num. 69

Vxoris bona gaudium, & riſus in nouiſſimo die. c. 31. n. 155

Mulieris ſtrenuæ, ac militis comparatio. capite 31. numero. Quære verb. *Matrimonium* & *Nuptiæ*.

## Z

### *Zelotypia.*

Zelotypiæ furor vehementiſſimus eſt. ca. 27. num. 24

Irâ deterior. ibidem.

FINIS.

diſcipulorum; maximo enim flagrabat deſiderio erga ſalutem illorum: Ideo diſcipulos ſuos adhuc de Meſſiæ aduentu dubitantes, ad Chriſtum deſtinauit, vt aduentum illius ex operibus ipſis, ni vera ſint, certò deprehendant. Cuius occaſione de boni Doctoris conditione, & qualitate differendum.

Quod ſit diſcrimen inter bonum Doctorem, & malum? c.9. & c.18. num. 76. & 78

Vnde lætitia ex auditorum profectu Doctorem perfundit, ratio redditur, c.23. num. 87. & ſeqq.

Doctor & Magiſter quare Patris nomine gaudet? ibid. num. 104

Animus hominis ſimilis naui; ſicut enim onus nauem ex omni parte libratam confirmat, ne nutet, & à fluctibus tranſuerſa agatur; ſic verba & præcepta ſapientum animam ſtabiliunt, ne variis opinionibus huc illucque acta, inconſtanter aberret, cap. 22. num. 95

Nihil eſt quod auditorem docilem magis reddat, quàm doctrinæ comparandæ breuitas, ideo mittit illos ad Chriſtum, ibid. num. 102

Auditor omnis ſimilis eſt animantibus, quæ ab hoc quod ruminant, munda eſſe dicuntur; ideo Chriſtus coram illis miracula fecit, ibidem, num. 96

Cætera vide de Doctore & Auditore. Dom. 1. poſt Epiph. & Dom. in Sexageſima, & feria 3. poſt Dom. 2. Quadrage.

Occaſione vinculorum S. Ioannis, petendum quare Deus iuſtos, & pios laboribus, & vinculis onerat? cap. 17. num. 10

Quia iuſti ſunt ſicut aurum pretioſiſſimũ in oculis Domini, ideo per labores, tanquam per conflatorium probantur, vt excoctis fæcibus depurentur, & virtutes illorum clareſcant, venuſtatemque aſſumant, tum vt igni purgatorij ereptos, ad cœlum puros trãſmittat, ibidem, num. 11. & 13

Cur Deus explorat iuſtorum conſtantiam, cùm eidem penitus comperta, & explorata ſit, antequam probetur, aut exerceatur, ibid. num. 13

Duo ſunt, quæ ſuperari nequeunt, Deus, & Angelus, & tertium eſt Philoſophus, ſiue vir iuſtus, in materia, materiæ expers, in terra cœleſtis, &c. cap. 24. per totum. Plura de humilitate & conſtantia iuſtorum vide Dom. 3. Aduent. & Dom. infra Octa. Natiuit. & Dom. 5. poſt Epiph. & in feſto S. Ioan. Bapt.

## Dominica III. Aduentus.

*Miſerunt Iudæi ad Ioannem.*

### Ioan. 1.

Docemur exemplo S. Ioannis, quomodo iuſti acceptis laudibus non accreſcant, nec mutentur, imò in melius proficiant, cap. 27. n. 122

Laus iuſtos ſicut aurum in conflatorio cruciat, non tamen exterit; at impios tanquam in libra extollit, ibidem, num. 120

Mundana laus intempeſtiua, vituperium eſt, ibid. num. 73

Gloria quæ ab externis bonis quæritur cum gloria virtutis collata, opprobrium eſt, cap. 12. num. 114

Laudes mundi ſimiles melli, ideo eas fugiunt iuſti, quia ſicut mel flatus creans inflat ac diſtendit ventriculum, ſic illæ animum faſtu, & arrogantia complent, cap. 25. num. 8

Animus iuſti nec minis, nec verberibus, nec inſidiis, nec popyſmis, nec quouis modo ad iniquitatem flectitur, cap. 24. num. 67. & ſeqq.

Iuſtorum hominum proprium eſt ſtudium, aut pietati reſtituere impios, aut eos malè perdendos curare, cap. 21. num. 59

Iuſtus domui altiſſimum & profundiſſimum fundamentum habenti aſſimilatum, cap. 10. num. 291

Homo iuſtus cur appelletur domus? ibidem, num. 138

Cætera quæ huic materiæ de iuſtis ac piis hominibus ſeruire poſſunt, vide Dom. 2. Aduentus, & Dom. 5. poſt Epiph. & in die Cinerum, & in feſto S. Ioan. Baptiſtæ, & in feſto S. Dominici.

## Dominica IV. Aduentus.

*Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris.*

### Luc. 3.

Præſens Euangelium præbet occaſionem inquirendi de rerum publicarum, moderatorumque illarum natura, proprietate, regimine, conſeruatione, & interitu.

Cùm vitium & culpa in cauſa ſit, quod alij aliis præſint, natura enim omnes æquales ſumus, cap. 28. num. 14

Si crimina & culpa abeſſent, nullus alteri iura daret, ſed quoniam in belluas & irrationabilia degenerauimus, ideo, &c. cap. 20. num. 25

Quid Monarchia, quid Democratia, &c. & qui in ipſis imperent, cap. 7. num. 35

Ex omnibus ſpeciebus imperij optima eſt Monarchia, cap. 28. num. 16

Quid nomine Ducis, quid Principis, aut Regis? c. 7. num. 36

Reſpublica ſimilis eſt Harmoniæ, cap. 22. num. 58

Externa Rerumpublicarum fœlicitas tribus continetur, imperio, copiis, atque multitudine, cap. 14. num. 148

Quomodo Reſpublica naui, Magiſtratus verò ſeu Principes Nauclero aſſimilantur? cap. 1. num. 196. & c. 20. n. 67. & ſeqq.

Cum probi imperant omnes beati fœlices ſunt, cap. 28. num. 62. & 63

Regum gloria præcipua in eo verſatur, vt Deo cedant, & poſt Deum coli ſe, & reuereri velint, cap. 24

Reges, quia Dei miniſtri ac Vicarij ſunt, ideo cultu, ac reuerentia proſequi debent, ibid. num 95

Religio & iuſtitia fortunatam reddunt Rempublicam, cap. 14. num. 146. & ſeqq.

Vbi non eſt Religio leges atque iura diu permanere non poſſunt, capite 1. num. 146. & 147

Ad gloriam Principum, Regumque ſpectat, Dei mandata, actutum exequi, etiamſi illorum rationes non aſſequantur, cap. 25. num. 9

Peccata ſæpius in cauſa ſunt, vt Regio à multis gubernetur, cap. 28. num. 18. & ſeqq.

Quomodo ſuccurrendum ne multi imperent? ibid. num. 19

Princeps ſtultus ſubuerſio Regni, cap. 30. num. 207. & 212

Vnus peruerſus totam Rempublicam corrumpere poteſt, ideo eiiciendus, c.22.num.58.
Impiis imperantibus infœlix ac miſera Reſpublica, c.11.num.43.n.64.& ſeq. & c.14.n.149
Conſpiratores contra Reges, non modo ipſos lædunt, ſed etiam ipſum Deum, cuius vicariam poteſtatem gerunt, c.23. n.96
Plura de Regibus ac Principibus vide in die Epiphaniæ & feria 5. poſt Cineres, & Dom. 2. poſt Paſcha, & Dom.20.& 21.poſt Trinit.

## In Natiuitate Domini.

### *In principio erat verbum.* Ioan.1.

In fauorem tantæ feſtiuitatis occurrit dicendum de vſu antiquorum, quo antelucano tempore ad fores potentium, clientes conuenire ſolebant; illis non ſubmiſſa voce, ſed elata ſolemnes ſalutandi formas, Aue, Salue, dicebant: ſic decet Chriſtianos, hac matutina hora laudes decantare, &c.cap.27, num.74
Conſuetudinem iſtam mane ſurgendi, & Deum benedicendi redolent, & ſpirant ſcripturę, ibid.num. 74.75.76.& 77
Nocte loquens Deus ad prophetas ſeruos ſuos, promptitudinem ac ſtudium benefaciendi celeritatemque ſignificat; talem promptitudinem Chriſtus nobis in hac nocte oſtendit, ibid.num.81
Hac nocte Sanctorum deſiderium expleuit Deus, quod erat præcipuum, eum experiri miſericordem, num. c. 19 num. 80.
*Verbum Caro factum eſt.* Cur Chriſtus ſapientia incarnata appelletur? c.8 num.8
quare Chriſtus dicatur ſapientia clamitans? ibid. num.19.& 20
Cur Chriſtus dicatur ſapientia creata? ibid. n.247
Quare Chriſtus dicatur ſapientia Patris fundata? ibid. num.287
Chriſti Natiuitas auroræ comparatur, c. 4.n.143
An ſi Adam tranſgreſſus non fuiſſet, Chriſtus carnem ſuſcepturus eſſet. c.8.n.251. & ſeqq.
Quomodo humanitas Chriſti dicatur ab æterno fundata, ibid.num.289.& ſeqq.
quare Chriſti Domini deſcenſus in terram aquilæ volanti aſſimilatur, c 30.n. 195. & ſeqq.
Natiuitas temporalis Chriſti Domini, in æterna generatione tanquam in nobiliſſima figura erat adumbrata, c. 8.num.389
Quanta fuerit vtriuſque generationis concordia, & ſimilitudo, c.[illegible].n.390
Quomodo B.Virgo mundo edens Saluatorem, pretium noſtræ ſalutis obtuliſſe dicatur, ibid. num. 202. & ſeqq.
Hæreſis Copronymi de hac difficultate, ibid. num. 203
Quomodo ſalutis noſtræ auctrix appellatur? ibid. num. 204
Non erat cauſa principalis noſtræ ſalutis, ſed impetratoria, ibid.n. 206
Modus proprius impetrationis ſalutis humanæ B. Virgini aſcribi debet, ibid. n. 207
B. Virginis voluntas ſemper cum Diuina fuit concors.ibid.n.209. & ſeqq.
Eadem voluntate Chriſtum offerens, ſalutem noſtram operata eſt, ibid.num.212.& 213
Si per impoſſibile voluntas Chriſti Domini expreſſa non fuiſſet, ſe offerendi pro ſalute humana, voluntas B. Virginis ſufficeret, ibidem, num. 216
quomodo ſpontè & gaudens B. Virgo filium obtulit, cum maximam lacrymarum vim profudit, morituri contemplans? ibid.num. 219
Quid ipſam ad oblationem filij impulit, ibid.num. 220
Hæc oblatio ex parte rei oblatæ, quodammodo infinita fuit, ibid. num. 221
Ob hanc oblationem, totius humani generis ſalus illi adſcribitur, ibid. num. 222
Bis Chriſtum peperit, ſemel in ſe, iterum in nobis, ibid num.401
Ventris, vel vteri nomine quid ſignificetur in ſcriptura, c.20.num.101
Venter mentem & animum ſignificat, iuxta ſolemnem phraſim ſcripturæ, c.23. num.96

## Dominica infra Octa. Natiuitatis.

### *Erat Ioſeph & Maria mater Ieſu mirantes ſuper his, quę dicebantur de illo.*

### Luc. II.

Exemplo Annæ Propheteſſæ, quæ non diſcedebat de templo, diſſerendum de Oratione.
Pia conſuetudo diuitum olim erat, vt conſurgentes mane ad fores expectarent aduenientes pauperes, quomodo illis ſpem offerent, quia putabant bonis illorum precationibus mane præmiſſis, Diuinæ fœlicitatis omen ſibi dari, ſic faciendum Chriſtianis, &c. cap.27. num. 74
Oratio vt Deo placeat, neceſſe eſt vt accedant leges Diuinæ, exacta obedientia, & bona opera, cap. 28.num.45
Sunt quidam qui crebras ad Deum orationes fundunt, & laudes illius paſſim vſurpant, tamen ſuperbia, odio aliiſque vitiis Deo inuiſis, inquinantur, ibid. num. 46.
Quo tempore, quo modo, & pro quo orandum, ib. num. 47
Qui ſine intermiſſione orant? ibidem.
Vis orationis explicatur, cap.18.num.39
*Simeon iuſtus*, &c. Naturam iuſtorum, quorum quilibet fons eſt, vnde perennis vtilitas in publicum fluit demonſtrat, cap.25 num.155
Iuſtus in morem puriſſimi fontis aliquando ab impio turbatur, ibid.num. 155.& ſeqq.
Sicut fontis limpidiſſimi, ita hominis iuſti duplex conditio & proprietas.ibid.num.156
Iuſtis ſiue virtutis cultoribus, vita longa & omnium bonorum affluentia pollicetur, cap. 2. num 174
Iuſti fœlicitatem temporalem iure quodam obtinent, cap.3.num.252
Quomodo animus iuſti dicatur domus à ſapientiā ædificata, cap.9.num.28
Iuſti non ſolùm beatitudinem expectant, ſed etiam ab ipſa beatitudine auidè expectantur, cap. 10. num. 312
Expectatio hæc non cruciat, ſed delectat animum, ibid. num.315
Iuſti incredibili perfruuntur voluptate ex pietate aliorum, cap.13. num. 78
Benedici, in ſcriptura, fortunari, ac ditari aliquando ſignificat, cap. 22.num. 45
Benedicere, & maledicere aliquando idem ſonant, cap.27.num. 71
Plura de iuſtis, quæ huc inſeruire poſſunt, vide Dom.2.& 3. Aduentus, & Dom. 5. poſt Epiph. & in die Cinerum, & in die Aſcenſionis. Et in feſto S.Ioan. Baptiſtæ, & in feſto S.Dominici.

## In feſto Circumciſionis Domini.

### *Poſtquam conſummati ſunt dies octo.*

### Luc. II.

Cæremonia huius diei, quam in carne ſua Chriſtus exequitur, videtur quidem derogare Maieſtati eius; tamen gloriam eius, & dignitatem difficile eſt explicare, c.18 num.34.& 35

Cuius nomen eſt ineffabile? ibid.

Quare nomen Dei aſſimilatur turri fortiſſimæ? ib. n.37

Nomen Dei aliquando pro Deo ſumitur, ibid.

Aliquando per nomen Dei, imploratio ipſius Dei ſignificatur, ibid.n. 38 & 39

Nomen Dei eſt iuſtis munimento, & propugnaculum contra hoſtes, ibidem.

Is hodie circumciditur in terris, qui ſua potentia Angelos regit in cœlis, c.29.n.36

Quare Chriſtus dicatur leo? c.30. n. 230

Chriſtus Dominus ſimilis formicæ dicitur, quia Deus pariter & homo, per formicam optimè adumbratur, nec Diuinitati fit iniuria, c.22.n.58

## In Die Epiphaniæ Domini.

### *Cùm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ.*

### Matth. II.

Cum Reges iſti ſanctiſſimi, & Herodes impius in Euangelio proponatur, meritò de bonis, ac malis Regibus eſt diſſerendum.

quare principes & Reges corona, & torque inſigniuntur? c. 1. n. 166.& ſeqq. & c.4. n. 76

quænam ſit differentia inter Reges, legum conditores, principes, & potentes, c.8.n.91

Quæ diminuunt authoritatem, & dignitatem principis, c.17.n.29

Quæ ſunt venena Regiæ dignitatis, ibidem.

quare leuitas omnis arcenda à Principe, & quæ leuitas maxima in Principe? & quid magis aduerſatur Regiæ dignitati, ibidem. n. 30

quæ principi, vel Regi neceſſaria ſunt, vt ſubditos ſibi deuinctos ſemper habeat, ibid.n. 37.&c.19. n.15

Regis oculus quomodo diſſipat omne malum, c. 20.n.30

Oculi Regis quomodo maiori lumine illuſtrantur, ibidem n.31

Rex ſoli comparatur, c. 16.n.64.& ſeq.

Rex ſapiens aſſimilatur agricolæ perito, iterum voluenti rotam ſuper puteum, c.20.n. 94.& ſeq.

Rex ſuam voluntatem & ſtudia, Diuinæ voluntati ſubmittere debet, vt ab illa regatur, & moueatur, c.21.n. 2.3.& 4

Regum voluntates etſi à ſubditis impelli non poſſint, tamen à Deo mouentur, ibidem.n.2.

Quibus militibus, vel qua cuſtodia Rex redditur tutus, & quo Regum Throni firmentur, c.14. n. 114. & 117. & c.16. n.52.& 53.& c. 19.n.15. & c.20. n.98. 108.& 53. c.29.n. 61.& ſeqq.

Poteſtas ſeu imperium, lunæ creſcenti, & decreſcenti comparatur, & quare, c.14.n.128.

Quæ Regibus ſomnũ eripere poſſunt, c.20. nu.109

Nunc occaſio ſe ſe offert agendi de malis principibus.

quare miraculũ dicatur Tyrannus ſenex, c.28.n.89

quare animus tyrannicus ſemper eſt mendicus, c. 28.n. 87

quale ſit Tyrannorum ſtudium erga populum, & quomodo ſuum Imperium diu conſeruare poſſunt, c.14.n.115.& 116.& ſeqq.

Mali Principes ſunt ſimiles diabolo, c.8.n. 97

Princeps Tyrannus etiam vbi nulla ſubeſt cauſa timoris, mirum in modum timet, c.28.n.3

Princeps Tyrannus ſimilis leoni.& vrſo, ib. nu. 76

Per leonem Tyrannus, per lupum Magiſtratus qualiter ſignificantur, ibid.n. 81

Sicut lupi ſitiunt ſanguinem, terramque inexplebili quadam appetentia deuorant, ſic Tyrãni, &c.ib.n. 82

quale diſcrimen inter lupum, & canem, tale inter Tyrannum & Regem, ibid. n.83

Quas fraudes ad ſtabiliendum ſuum imperium ſolent adhibere Tyranni, ibid.n. 77. & ſeqq.

Rex quando Tyrannus dicitur, c.17.n.22

Redimus ad noſtros tres Reges, quorum liberalitas erga Chriſtum commemoratur; ſignum enim excelſi animi atque inuicti in Principe eſt, contemptus auri, atque argenti, vnde liberalitas oritur, c.28. n. 89

Liberalitas atque munificentia eſt nota Principatus, c.3. n.15

Nobilitas ſine liberalitate non eſt vera nobilitas, ibidem, n. 13

Liberalitate Princeps tutus ſemper manet, dedecet enim auaritia Principem, c.19.n.15.

Imperare facile eſt, opem verò ferre difficile, c.3. n.135

Per argentum quid ſignificet ſcriptura, & rubiginem eius, c.25.n.17.& ſeqq.

Inter cætera dona gemmæ etiam offeruntur; & cum cor noſtrum ſit pretioſa gemma, habent hoc ex natura quædam, quod ad conciliandam beneuolentiam ſunt efficaces, c.17.n.34

Quædam ſanguinem ſiſtunt, lac euocant, aliæ cordi ſuccurrunt, aliæ partum accelerant; applica ad cor mundum & purificatum, ibid.n.35

Qui ſcelera ſua fato aut ſyderibus adſcribunt, culpam in Deum conferunt, c.19.n.7. & ſeqq.

Homines Diuinæ prouidentiæ culpas ſuas conſueuerunt adſcribere, ibid. n 9.& 10

Nihil temerè in mundo agitur, ſed omnia Diuinæ prouidentiæ ſubduntur, c.22.n.121

Quid nomine ſortis in ſcriptura, c. 18. n. 66

Sortium multa genera, & quando vſus illarum licitus ſit.c.16.n. 144

An in electionibus & partitionibus liceat vti ſortibus, ibid.n.146

An prouidentiæ Dei ſortes ſubiaceant, & quali, an generali, an ſpeciali, ibid.

An S. Mathias ſorte.vel precibus fuerit electus, ib.

Plura de Regibus & Principibus vide Dom. 4. Aduentus, & feria 5. poſt Cineres. Et Dom. 2. poſt Paſcha, & Dom.20.& 21.poſt Trinit.

## Dom. I. poſt Epiph.

### *Cùm eſſet Ieſus annorum duodecim.*

### Luc. II.

Chriſtus exemplo ſuo quoſcumque etiam ſapientes ad auſcultandum alios, etiam minùs ſapientes obligat; Decet enim peritiſſimum quemque alios audire, c.1.n. 95

Leuitas in audiendis auſcultandiſque aliis vitio caret, ibid.n 96

In quo poſita ſit celeritas ad audiendum alios, ibid. num. 97

Quare etiam ſenes non ſunt excipiendi ab auditione, imò tamdiu debent audire, quamdiu viuant, ibid. num.98

Per ſacram doctrinam tria informantur, cogitationes, verba, & opera, memoria inſtruitur, intellectus acuitur, voluntas incitatur, c.22.n. 108

Per inaures, & monilia Doctor & auditor in ſcriptura ſignificantur; antiquitùs enim non ſolùm fœminæ, ſed & viri vtebantur inauribus, & his religionem ſuam teſtabantur: ſic verus cultor verbi Dei, &c. c. 25. nu. 55. 56. & ſeqq.

Mos erat inaures donare amicis, vel in calamitate poſito, vel diem natalitiorum celebranti, vel in reconciliatione, vel in informatione. Hæc conſuetudo bene quadrat Doctori cum ſuo auditore, qui ſapit non ægrè fert, ſed placidè, ac benignè admonitionem recipit, etiam ſeueram. ibidem. nu. 60

Ex antiqua geſtatione annulorum in digitis, poteſt informari cultor verbi Dei. c. 17. nu. 35

## Dominica II. poſt Epiph.

### *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ.* Epip.

Præſens Euangelium docet, quæ nuptiæ à Deo approbantur; Occaſione cuius de nuptiarum qualitatibus, fœlicitate, parentum erga prolem & prolis erga parentes obligatione dicendum.

quæ nuptiæ dicuntur fœlices, & quænam Dea propria nuptiarum, quæ ſociat nubentium voluntates antiquitus colebatur, & quod vna gratia in nuptiis non valet, ſed tres ſunt neceſſariæ. cap. 18. num. 87. & 88

Legitimæ nuptiæ à Deo inuentæ ſunt. ibid.

Nuptię olim apud Hebræos emptione celebrari ſolebant. ca. 11. nu. 74

Nuptiæ oſculo, & amplexibus ritu antiquo olim celebrari ſolitum erat. c. 4. nu. 71

Mos apud Perſas erat, vt ſponſus per vim è matris gremio ſponſam raperet, & quare? ibid. n. 65

Apud Hebręos, & Gentiles, quæ cęremonię, in introductione ſponſę in domum ſponſi obſeruabantur; ibid. nu. 63. & ſeq.

Cur ſponſus, & ſponſa in die nuptiarum coronas capite geſtent? c. 12. nu. 16

Quid corona nuptialis ſignificat? cap. 4. nu. 80. & ſeqq.

Coniugalis amoris fundamentum, vnde præcipuè ſumitur? c. 19. n. 47. & vſque ad n. 51. docetur ex quibus dulcis Harmonia inter virum, & mulierem connectitur.

quid per bonam mulierem S. ſcriptura intelligit. c. 18. nu. 84

Qui bonam mulierem inuenit, gratiam apud Deum inuenit. ibidem. nu. 89

qui bonam mulierem domo pellit, maximo bono priuatur. ibid. nu. 9

Bona mulier in maximis Dei beneficiis ponenda eſt, cuius bonitas in moribus conſiſtit; & quæ pulchritudini pudicitiam adiungit, duplicem pulchritudinem habet, ibid. nu. 85. & 86

Quare potiùs vxor inuenta, quàm aſſumpta dicitur? ibid. nu. 85

quàm difficile ſit mulierem ſolicitam, induſtriam, ac ſtrenuam inuenire? c. 31. n. 43. & 44

Prima ſtrenuæ mulieris laus eſt, ornamentorum contemptus. ibid. nu. 51. & 52

quare ex pulchritudine, diuitiis, generis nobilitate, perennis amor inter coniuges coaleſcere non poteſt? ca. 18. nu. 89

quare æqualitas in matrimonio ſeruanda? cap. 27. num. 96. & ſeqq.

Mulier ſtrenua indotata & nuda præferenda eſt illi, quæ auro, & gemmis ſplendet. ca. 31. nu. 53

quare olim in nuptiis aquam & ignem adhibere ſolebant? ca. 5. nu. 97

Annulus cur adhibetur in contrahendis nuptiis? ca. 7. nu. 23. & ſeq.

Felicior eſt illa familia, quæ in magna rerum anguſtia, lætitia, & pace gaudet, quàm ea quæ in ſumma fortunarum affluentia diſſidiis, atque diſcordia diſtracta eſt. cap. 17. num. 5

Nihil magis familias perturbat, ac diſtrahit, quàm coniugum diſcordia? c. 30. nu. 213

Mala vxor, ſi toleratur ex ignorantia, ſtultitiæ eſt, ſi ex malitia ratione lucri, impietatis eſt. c. 18. n. 90

Vxor iurgioſa, res lacrymis cõtinuis digna, & quare ſtillicidio ſimilis, & quare vxoribus non iurgia aut rixæ, ſed lites potiùs adſcribuntur? c. 19. nu. 43

Mulieris litigioſæ, ſeu moroſæ difficultas comparatur faſtigio, & culmini domus. c. 21. n. 47. & ſeqq.

quanta mala mulier impudens viro ſuo afferat. c. 12. nu. 20

Præſtat ſolum eſſe, & ab humana ſocietate extorrem fieri, quàm ſociam vitæ habere vxorem implacabilem? c. 21. nu. 87

Mulier rixoſa ſimilis per omnia vento forti, & præualido, in viſceribus terræ incluſo. c. 27. n. 84.

qui mulierem difficilem rigida manu, id eſt, ſupplicio, & minis coërcere vult, ſimilis eſt illi, qui contra ventum validum nititur, ibid.

Similitudines explicantur, qualiter ſuperba, ac litigioſa mulier cicurienda. ibidem nu. 86. & ſeq.

Turgida mulier, ac moroſa, blandimentis, popyſmiſque emolienda. ibidem nu. 89. & ſeqq.

quemadmodum gladij inuicem conflicti, propter naturalem vtriuſque duritiem, alter alterius acumen exerit; ad eundem modum ſi vir, vxorque rigidi ſint, ac duri, alius alium ad iram, & furorem exacuit. ibidem. n. 95

Sequitur cura parentum erga prolem.

quare Pater ſolem, mater verò lunam adumbrat in ſcriptura. c. 20. nu. 77

quare mandatum Patris lucernæ, matris verò luci ex cera ſplendenti comparatur? ca. 6. nu. 144

quomodo filij educandi & fouendi ſunt? cap. 15. nu. 19. c. 17. nu. 7. & ca. 23. nu. 83

quales coronas ac præmia ex bona educatione filiorum parentes conſequantur? c. 1. nu. 158. & ſeq. & c. 13. nu. 94. & ſeq. & c. 17. nu. 21. & 87

Quales pœnas ex indulgentia? Dum enim parentes virgæ parcunt, vecordiam, & dementiam filiorum fouent, vnde ignominia parentum ſequitur. cap. 22. nu. 87

quid cauſat parentibus celeriorem mortem, niſi filiorum peruerſa vita? cap. 17. nu. 21

Ob hanc cauſam Adam non attigit milleſimum annum, ibid.

Parentes poteſtate abutuntur, quoties in filios vt in ſeruos & mancipia ſæuiunt. ibidem. nu. 22

Parentum indulgentia neci filios maturiùs tradit, eorum ſeueritas & correptio à morte eripit, quorum indulgentia glychyrrizæ herbæ comparatur, ca. 23. nu. 81

Nimia cura parentum erga prolem eam Diuina tutela priuat exemplo Alcionis. ibid. nu. 81

Aquila educens pullos ex ſpecu in lucem, detrectantes volare cogit, alarum verberibus flagellat, & roſtro etiam vſque ad ſanguinem percellit ſic. &c. ibid. num. 83

Præſtat filios ſapientia & prudentia alere, quàm ingentes auri, & argenti theſauros eiſdem condere, & aſſeruare. cap. 16. nu. 73

quales pedagogi & Magiſtri adiungendi filiis, quibus adoleſcentes ad nutum obſequi tenentur, ſcitè per fabulam Chironis Centauri, quem Achillis Pædagogum fuiſſe tradunt, explicatur. cap. 17. nu. 7. & ſeq.

Parentum in educandis filiis iniuria coruis ſenioribus aſſimilatur: Impietas verò filiorum erga parentes, per pullos coruorum optimè notatur, c. 30. numer. 170. & ſeqq.

Cur maiorem contumeliam habeant matres ex filiorum prauis moribus, quàm Patres; & cur plus ſolatij habet mater, quàm Pater ex virtuoſo filio? c.10. n. 4. & c. 23. nu. 111.

Parentes curam filiorum negligentes, ſunt ſicut auis tranſmigrans ex nido ſuo, c. 27. n. 47

Vrſæ amor in prolem parentibus optimè applicatur, c. 17. n. 46

Præſtantiſſima patrimonij pars, quam parentes in filios transferunt monita ſunt & adhortationes ſalubres, quæ filiis pro oraculis eſſe debent, c. 13. n. 98

Cur ſcriptura ſacra coronam parentibus, filiis coronam, & decus adſcribit, c. 17. nu. 22

Duo, duce natura, omnibus explorata & comperta ſunt, Deos colendos, & parentes, c. 20. n. 75

Pueri honorare parẽtes iubentur, c.1.n.148.& ſeqq.

Filij arctiſſima lege ad colendam matrem obligantur, & qua ratione colenda ſit? c. 15. num. 89. & ca. 23. nu. 103. & ſeqq.

Quomodo matrum expurgantur peccata per filios iam adultos, c. 17. nu. 97

Filius etiam in prouecta ætate, doctrinam, conſilia parentum obſeruare debet, c. 19. nu. 99

Qui affligit Patrem, & fugat matrem, quomodo intelligitur? ibidem. n. 95. & ſeqq. ibidem.

Qui Patris & Matris conſilia, documentaque præſto non habet, in nocte agit, ſine ſole, ſine luna, ſine face, c. 20. nu. 77

Calamitas inobedientis filij quæ? c. 4. nu. 40. & c. 30. n. 154

Parentis vtriuſque monita auſcultare, & ea tanquam leges ſcriptas obſeruare tenentur, ca. 1. n. 153, 154. & ſeqq.

Plura quæ huic materiæ quadrare poſſunt de puerorum educatione, vide feria 6. poſt Dom. 2. Quadrag. & feria 4. poſt Dom. 3. Quadrag.

## Dominica III. poſt Epiph.

### *Cùm deſcendiſſet Ieſus de monte,* Math. 8.

Leproſus & Centurio, ille proprij corporis afflictione iſte alterius, ad Chriſtum recurrunt: Tribulationum itaque ac dolorum commendatur neceſſitas, qui nobis oculos mentis aperiunt, & ad Deum ire compellunt; ideo agemus de fructu tribulationum.

Quomodo tribulatio dicatur repertorium Diuinorum, & inuentarium cognitionis Dei? c. 3. n. 86. & ſeq.

Tribulatio eſt optima mercatura ad lucrandas, augendaſque virtutes, ibidem. nu. 91. & ſeq.

Tribulationibus & laboribus cœlum emi dicitur, ibidem. nu. 94. & ſeqq.

Tribulationes & labores vocantur viæ regiæ ad cœlum ducentes, c. 10. 231. & ſeq.

Cur regiæ viæ appellentur? ibidem. nu. 233

Cur Deus viam Regiam ad cæleſtem patriam, Tribulationem eſſe voluerit? ibidem. nu. 235

Per tribulationes homo ad cœleſtia, & ſpiritualia eleuatur, vt amorem in caducis rebus poſitum transferat, per tribulationes homo melioratur, c. 17. n. 11

Tribulatio, & humiliatio à Deo immiſſa, animi elationem difflat, ac purum ab omni ſuperbia, & inani gloria ſpiritum reddit, ibidem, nu. 12

Tribulatio facit, vt ipſimet qui purgantur ſibi ſatis cogniti, & perfecti ſint, c. 17. n. 13 Plura de tribulationibus vide Dom. in Quinquag. & feria 5. poſt Dom. 1. Quadrag. Et in feſto S. Iacobi.

*Vide ne cui dixeris:* His Euangelij verbis, ſilentium & arcanorum cuſtodia ſuadetur; quia ſilentium eſt murus cingens vrbem, ne inſidiantis hoſtis iaculis pateat. c. 25. nu. 168

Silentij murus cùm rumpitur, aut portæ franguntur, omnium vitiorum genera irrumpunt, ibid. n. 169

Silentium fortiſſima ſera, & porta adamantina ad cohibendum malum, cap. 13. nu. 7

Cur ſilentium aſylum animi dicatur? c. 10. nu. 256

Cur parcè loquens prudentiſſimus dicatur, ibidem nu. 157

Silentium diſcipuli; cuſtodia diſciplinæ eſt, c. 5. n. 4.

Nulla eſt latior porta & amplior, per quam interitus ad animum penetrat, quã lingua, c. 13. n. 7. & ſeq.

Nihil maiora bella concitat, quàm lingua petulans, c. 14. nu. 32

Propter maximam linguæ volubilitatem, neceſſarium eſt, vt ipſam Deus coërceat, & domet, cap. 16. n. 4. 5. & 6

Nihil magis validum ad euertendas fortiſſimas vrbes, quàm lingua effrænis & maledica, c. 11. nu. 45

Lingua effrænis quæ mala adfert? c. 17. nu. 15

Quanta poteſtas linguæ? ibidem num. 76

Quare duplici muro cinxit Deus linguam? ibid. n. 79

Quare ſecreta ſeruanda, & quæ mala inde ſequantur, cum reuelantur, vel deteguntur? ibid. nu. 41.

Qui ſecretum reuelat comparatur cum eo, qui ſtagnantem alicuius laci aquam prærumpit, ibid. nu. 64

Quomodo ſecretum pro ſpiritu in ſcriptura accipitur? ibidem nu 101

Qui reuelat ſecreta ſibi commiſſa, non amicus, ſed delator eſt, & duplici lingua præditus, c. 20. nu. 69

Theſauris aſſeruandis præfici olim ſolebant dracones, ſeu ſerpentes, ſecretumque ſeu arcanum nihil aliud eſt, quàm commiſſi ſermonis depoſitio, in animo viri ſapientis; hinc theſaurus ſecreti tutus eſſe non poteſt, niſi illi ſerpentis ad inſtar prudentia incubet, cap. 21. num. 92

Prudentis eſt ſecretum ſeruare, c. 11. nu. 106

In ſtultis arcana non ſedent, ſed ſtant; in viro prudente, tanquam in throno requieſcunt, ibid. nu. 107

Quapropter nunquam committendum ſecretum fatuo, tamdiu enim dolet donec acceptum myſterium eructet, cap. 21. num. 99

Secretum illi, quem necdum beneuolentia, nec gratia tibi adſtrinxiſti, nullum committas, c. 25. nu. 53

Cætera quæ huic materię inſeruire poſſunt, de lingua effræni, vide Dom. 3. Quadra. & Dom. in paſſione. Et feria 3. poſt Dom. paſſ. & Dom. 10. poſt Trinit.

## Dominica IV. poſt Epiph.

### *Aſcendente Ieſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.*

Chriſtus D. cùm ſit vniuerſalis Nauarchus in hoc mari periculoſo, ideo cum diſcipulis ad eum confugiendum, cùm nihil boni, veri, ac ſtabilis in nos proficiſci aliundè poſſit, niſi à Deo, c. 25. nu. 68. & ſeqq.

Talibus enim qui cum timore ad Deum recurrunt, ſæpè fœlicia eueniunt, c. 28. num. 71

Timor Domini eſt baſis ſolidiſſima, c. 1. nu. 128, & 129, & cap. 23. nu. 92

Quomodo timor Dei contineat religionis, & obſeruantiæ erga Deum primitias? c. 1. n. 133. & ſeqq.

Deffectus timoris Dei homines Atheos, & impios reddit. ibidem. num. 144. per tot.

Quare timor Dei dicatur theſaurus? c. 2. nu. 45

Quàm ſit neceſſarius timor Dei, ibidem nu. 37

Deum non tantùm debemus timere, ſed valde timere, & non tantùm in aduerſis, ſed etiam cùm ſumus ſecuri, cap. 3. nume. 40
quas vtilitates affert timor Dei? ib. n. 41. & c. 19. n. 87
quibus modis & auxiliis timor Dei retineatur, ca. 3. num. 43
Quomodo timor Domini adfert vitam? c. 19. nu. 85
Protectus timore Domini, ſuaues noctes tranſit, ib.
Vnde naſcitur timor Domini? ibid. nu. 86
qui abiicit timorem Domini, in quibus periculis verſatur? ibidem.
Triplex mare quod in hoc ſæculo enauigamus, procellis & vndis ipſius opprimimur, cap. 1. numero 100. vſque ad 108
quibus modis à tēpeſtatibus huius turbulentiſſimi maris defendere ſe debeāt mortales? ibi. n. 104. & 105
Deus ipſe terminos poſuit mari, & deprimit fluctus eius. cap. 29. num. 38, & 39
In mari dormiens, poteſt applicari ad Chriſtum, & ad quemcumq; Nauarchum, ſiue domus, ſiue Reip. ſiue cuiuſcumque familiæ, ca. 23. nu. 150. & ſeqq.
De ventorum natura, proprietatibus, & illorum myſtico ſenſu, c. 27. nu. 90. & 91
Deus ventos non cæcis ſpecubus, aut anguſtis carceribus incluſos tenet, ſed pugillis ſuis obſtruit, & obſerat, cap. 29. nu. 36
Plura de timore Domini vide Domin. 1. Aduentus, & Dom. 3. poſt Trinit.

## Dominica V. poſt Epiph.

*Simile eſt Regnum Cœlorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.* Matth. 13.

Serui conquerentes de zizania exemplar ſunt & imago iuſtorum; quorum quidam modo perfectiori curant, ne ex familiaritate malorum boni corrumpantur; Quidam verò zelo quodam ducti contra malos inſurgunt, & vt eradicentur vota ſua fundunt; Tertij videntes fortunari malignos, quorum fortunæ (ſicut zizania dum creſcit, tritici ſpeciem habet) videntur aliquid beatitatis habere, ex fœlicitate illorum ſcandalizantur:

Hîc quæri poteſt de peccati malitiâ, déque peruerſorum fugienda ſocietate: cui argumento inſeruient quæ ſequuntur.

Tria genera hominum à quibus abſtinendum, cap. 20. num. 69. & 70.
Vnus peruerſus totam ſocietatem, vrbem, imò Remp. inficere poteſt, ideo eiiciendus. c. 22. nu. 57
Nefariorum hominum ſocietas, & commercium fugiendum, cap. 1. num. 199
Quomodo improbi homines alliciant iuuenes, vt inſidientur ſanguini innocenti, ibid. num. 183. & ſeq.
Quomodo peccatores dicantur lapides offenſionis, cap. 3. num. 181
Iuſtus non tantùm domus ſuæ periculum, id eſt animæ nec tantum familiæ, ſed etiam Eccleſiæ totius timet; quia cùm malum, aut peccatum quodlibet per ſe incendium quoddam ſit, vbi domum proximi corripit, verendum etiam eſt ne in ſuam ſerpat, cap. 21. num. 57
Iuſto non tantùm timendum ob ipſam malitiæ, aut peccati naturam, ſed etiam ob timorem Dei, qui ſolet perſæpè, vt ab improbis pœnas ſumat, multos etiam innocentes ipſis proximos & cohærentes iiſdem pœnis inuoluere. ibidem. nu. 57. & 58
Iuſtorum hominum proprium ſtudium eſt, aut pietati reſtituere impios, aut eos malè perdendos curare. ibidem. num. 59
Iuſtus ſimilis vnicorni, qui cornu, halitu, ſudore, & quidquid ex illo fluit, venenata pellere vult; & non tantùm ex ſpecu in quo degit, ſed ex tota Regione & tractu circumcirca ſerpentes & venenata omnia abigit, cap. 21. num. 56. & 57
Homo prudens videt malum, atque delinquendi oblatam occaſionem, ac vim ſuggeſtionis animum pulſantis declinat, fugit, & ſe abſcondit, c. 27. nu. 65
Cur non ſtatim punit Deus peccatores? c. 5. n. 150.
Deus vbique peccantes conſpicit, & omnia in oculis illius admittuntur ſcelera. ibid. n. 144. per tot.
Cur Deus ex improbis plures fœlicitate temporali beat, ex iuſtis verò pauciores? c. 3. num. 238
Proſperitas impiorum odij potiùs Diuini, quàm dilectionis argumentum. ibidem. nu. 237
Omnis impius quantumuis proſpera vtatur fortuna, Deo abominabilis eſt, ibid. n. 236
Quomodo impius homo fœlicitate gaudens humana, immundus dicitur coram Deo? ibid. n. 239
Bona impiorum maledictioni ſubduntur, ibi. 243
Beatitudinem temporalem, ſiue fortunam antiqui cum luna pingebant, propter inconſtantiam illius. ibidem num. 36
Fœlicitati impiorum non tantùm non inuidere debemus. ſed etiam data optione, eam non eligere. ibidem. num. 234. & c. 23. nu. 91. & ſeqq.
Plura quæ huc quadrare poſſunt, de peccati malitia, ac mentis cæcitate vide Dom. in Quinquag. & feria ſecunda poſt Dominicam 2. Quadrag. & feria ſecunda poſt Dominicam 2. Quadrag.

## Dominica in Septuageſima.

*Simile eſt Regnum Cœlorum homini Patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* Matth. 20.

In præſenti Euangelio laudatur Patrisfamilias in ſoluendo, tum liberalitas, tum fidelitas, laborantium ſedulitas, mercediſque poſſeſſio, & otium ac ignauia vituperatur: Inde ſumitur argumentum dicendi de liberalitate Dominorum, ſeruorumque conditione ac otij deteſtatione; Et bene etiam poteſt applicari, quàm ſit miſera ſeruitus peccati, ac debitum contrahendi peccatum originale.

quare Dominus cum ficu potius, quàm cum alia arbore comparatur. c. 27. num. 103
Liberalitas in Principe, Domino, animos omnium conciliat. cap. 19. nu. 14
Liberalitate Principis vulgus, etiam ad grauia onera ſponte ducitur. c. 29. nu. 7. liberalitas maximè decet Principem. c. 19. num. 15
quantam liberalitati iniuriam irrogat is, qui beneficum hominem à benefaciendo deterret, cap. 3. num. 208
Nullum argumentum poteſtatis, atque Dominij, ſuper bona maius eſt, quàm eadem liberaliter impendere, ibidem. num. 216
quomodo qui facultates ſuas liberaliter impartiuntur, torquem, & bullam in legitimè certantium notam, deferre dicantur? ibidem. num. 17. vide plura in die Epiph.
Suadetur ſeruis fidelitas erga Dominos ſpe lucri, atque præmij, id enim ſeruos potiſſimùm incitat. cap. 27. num. 103
Merces enim quæ non differtur, gratior & venuſtior eſt. ca. 17. num. 39
Et beneficium citò collatum adinſtar duplicis be-

neficij vices obtinet, nam beneficij quod aufertur, incertitudini ſubiicitur. cap. 3. nu. 219. & 221

Plurimùm de beneficio detrahit, qui moras nectit; & nullum beneficio opportunius tempus, quàm illud in quo petitur. ibidem. nu. 217. & ſeq.

Bis dat, qui citò dat, quomodo explicatur? ibidem. nu. 223

Seruorum duplex genus, c. 27. num. 108

Seruorum leges explicantur. ibidem. nu. 104

Seruus qui Dominum ſtudioſè colit, & admodum obſeruat, non modò libertatem meretur, ſed vltra condignum dignus præmio. ibid. nu. 104

Suadetur ſeruis labores & iniurias ſeruitutis æquo animo ferre, ſpe libertatis glorioſæ, ibid. nu. 105.

Cætera de ſeruis vide feria 5. poſt Cineres.

Deteſtatur otium, quia inde ſequuntur multa incommoda. ca. 19. nu. 54

Piger & otioſus quis dicitur? cap. 20. nu. 16

Qui modò piger, id eſt tepidus, propter deffectum charitatis non vult arare, mendicabit in æſtate, id eſt, in die iudicij. ibid.

Suadet ſcriptura vt mutuum non petamus, ſed ipſimet laboremus; contra eos qui nihil agere volunt in via ſalutis, ſed mutuò ab aliis preces, ieiunia, & ſimilia expetunt. c. 22. nu. 36

Vir otioſus & feriator, tamdiu in deſideriis eſt, quàdiu viuit, atque ille deſiderantè mors occupat. c. 21. n. 106

Qualia damna & detrimenta ex otio, & ſocordia eueniunt? c. 10. nu. 48. & 49

Otium ſiue pigritia lethale venenum, ibidem. numer. 49. & ſeq. & ca. 20. nu. 18

Vir piger plurima meditatur ſcelera; vt ſuæ indigentiæ aliqua ſorte ſubueniat. ca. 10. num. 51

Otium ſtultitiæ argumentum, ipſamque auget. cap. 12. nu. 52

### Dominica in Sexageſima.

*Cùm turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum.* Luc. 8.

Euangelium hoc exemplo Chriſti ſummi Prædicatoris (qui vim verbi Dei ſemini applicauit) Prædicatorum officium, proprietates, & modum docendi demonſtrat; De his itaque agendum.

Quam magnis de rebus Chriſtus prædicauit? cap. 8. numer. 23

Propter Chriſti Domini doctrinæ magnitudinem ſancti in nouo teſtamento appellantur magni. ibid. nu. 24

Cur Chriſtus quæ ab aliis abſcondebat, Apoſtolis manifeſtabat? ibid. nu. 32

Dum Doctores, ſeu prædicatores docent, exteriùs tantùm docent, Deus verò interiùs de iiſdem rebus animum informat, c. 2. nu. 47. & ſeqq.

Cur Doctores ianitores & bifrontes appellantur? ca. 8. nu. 433

Prædicatores bobus indefeſſis comparantur. c. 14. nu. 21. & 22

Doctores ſeu Prædicatores agricolis ſimiles eſſe dicuntur. cap. 15. num. 25. & ſeq.

Quid interſit inter Concionatorem & agricolam, & qua alacritate Prædicatores debeant docere? ibidem nu. 28. & ſeq.

Qui aliis doctrinam effundunt, fontem ac venam vitæ dicuntur poſſidere. ibidem. nu. 87. & ſeq.

Aquæ fluenti Doctoris ſermo quare aſſimilatur? c. 17. num. 18

Flumini, torrenti, alueo, verba Prædicatorum adſcribuntur. c. 18. nu. 19. & 22. Plura de Doctore ac Magiſtro vide Dom. 2. Aduentus. Et Dom. 1. poſt Epiph. & feria 3. poſt Dom. 2. Quadrag. & Dom. 2. poſt Paſcha; Et in feſto S. Dominici.

Seminis boni quales conditiones, c. 22. nu. 39

In doctrina Catholica ſicut in melle coire debent, ſalubris videlicet vtilitas, & iucunda dulcedo. c. 24. nu. 56

Vtilitates mellis penè quadrant cum vtilitate doctrinæ Euangelicæ. ibid. nu. 58. & 59

Sicut inter fauum mellis, & mel diſcrimen reperitur: ſic inter doctrinam planam, & eam quæ inuolucris & parabolis adumbrari ſolet. c. 17. n. 60

Differentia inter mellis ſaturitatem, & doctrinæ abundantiam. c. 24. nu. 63

Sermo Dei ignitus quare dicitur? c. 30. nu. 46

Hic ignis triplicem vim habet, illuminandi, purgandi, & vrendi, ibid.

Sermo Dei ſagittis acutis & ignitis, ac clypeo comparatur. ibidem. nu. 47

Sermo Dei ignitus dicitur conflans & expurgans à ſordibus; quia præcepta Dei ſecernunt iuſtos ab improbis, ibidem. nu. 49

An ſermo Dei hæreat cordibus noſtris tribulationibus probatur, ibid. nu. 50

Mendacium alienum eſt à Dei ſermonibus, ibid. nu. 51

Sermo Dei clypeus noſter aduerſus omnes calumnias & tentationes, ibid. nu. 52

### Dominica in Quinquageſima.

*Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quę ſcripta ſunt.* Luc. 18.

In pręſenti Euangelio tria inſinuat Euangeliſta; ponit morbum cæcitatis, ſimul opponit medicamentum, videlicet mortem Chriſti; tertium, vnde claret charitas Chriſti erga genus humanum; quia voluntariè tradidit ſemetipſum gentibus ad illuendum, flagellandum, &c. Dicendum itaque erit primò de cæcitate mentis; ſecundò de medicamento quod Chriſtus per paſſionem attulit; tertiò de ſymbolo amoris, quod Deus oſtendit cùm in iuſtos tribulationes immittit.

Quæ mala adducit ſecum cæcitas animi? cap. 18. nu. 10

Facilius eſt corporis infirmitates curare quaſcumque, quàm ægri animi morbum depellere. ibid. nu. 49

Nihil rationali naturæ magis aduerſum, ac diſſonum, quàm malitia, & improbitas, quia mentem faſcinat. c. 21. nu. 39

Obſtinatum in malitia quàm difficile ſit ad reſipiſcentiam reducere, exemplo ficuum probatur, c. 27. nu. 126

Vir impius quoties peccat, toties ſuiſmet peccatis ac criminibus arctiùs deuincitur, & fortiùs, quàm vllis catenis. c. 29. nu. 27. & ſeq.

Exploratum eſt læthali culpæ, id pœnæ pro meritis, & dignitate reſpondere, non modò vt diuina gratia, quaſi exciſo canali careat, ſed etiam vt quaſi exſiccato fonte amiſſam, nunquam ampliùs recuperet. c. 25. nu. 154

Cæcitas mentis inducit Atheiſmum, qui eſt centrum peccatorum, ca. 1. nu. 145

Nihil magis hominem ad audendum malum impellit, quam ſi latere illud poſſe credat. ibid. nu. 199

Quare ſtultus qui in ſcriptura pro maligno accipitur, fruſtra dicatur habere mentem, voluntatem, & memoriam, c.17.nu.71
Amore terreno & ſolicitudine corporali impeditus, nullatenus ſapientiam attingere poteſt, c.24.num. 21
Enormitas huius cæcitatis comparatur anguſtiis partus naturalis, quas partus culpæ vltra modum excedit, c.21.n.71
Sanitas huius morbi nullo modo viribus propriis haberi poteſt, c.20.n.33
Gratiæ diuinæ ſpiraculo lumen mentis acquiritur, ibidem.10;
Gratia Dei eſt lucerna, quæ meritis Chriſti immittitur homini, cuius ſplendor animum complet, & omnes interni cordis tenebras diſcutit, ibidem.
Gratia Dei ob innatum ſplendorem ſoli exæquatur, qui in minori mundo, id eſt homine, ſplendidè lucet, ibid. num. 104
Hoc medicamentum Chriſtus nobis promeruit ſua paſſione, videndum quomodo in Iſaac figurabatur? c.1.nu. 29
Quot quamque diſſimiles formas Chriſtus ſuſceperit æterni Patris parens imperio? c.4.n. 34
Chriſtus voluntatem ſuam tradidit Patri vt ex ea faceret quidquid vellet, ibid.n. 35
Mactare & immolare reipſa filium vnigenitum, eam gloriam Deus ſibi ſoli abſque conſorte arrogare voluit, c.1. n. 30
Quomodo Deus in parabola, hoc eſt in Chriſto ſaluum fecit genus humanum? ibid.n.24. & 25
Parabola idem quod opprobrium, ibidem, n.31
Plura de Paſſione Chriſti, vide feria 6. in Paraſceue; & de gratia, quam nobis ſua paſſione promeruit, feria 6. poſt D.1. Quadrag. & in feſto S. Mariæ Magdalenæ.
Inde probatur non eſſe mirum, cùm iuſtos dimittit Deus in manibus Tyrannorum cruciandos, in aliiſque calamitatibus exercendos, cum filium ſuum vnigenitum tradidit in mortem; quia calamitates, & tribulationes, inter maxima Dei beneficia numerantur, c.24.n.41
Quia nullum Deo gratius ſpectaculum, quàm patientia martyrum, c.20.n.81
Quare Deus non ſtatim eripit, vendicatque iuſtos ab aduerſario? ibidem n.80
In tribulatione non homo qui te lædit, ſed Deus inſpiciendus, qui illum, vt te lædat, deſtinauit, ib.n. 81
Plura de tribulatione vide Dom. 3. poſt Epiph. & feria 5. poſt Dom. 1. Quadrag. & in feſto ſancti Iacobi Apoſtoli.

## In die Cinerum.

*Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut Hypocritæ triſtes.* Matth. 6.

Duplicem ſpeciem denotat nobis Euangeliſta; vnā claram, & veram Chriſtiani hominis; Aliam perſonatam ſeu ſictam ac Hypocriticam, quam ex diuerſo modo in via virtutis procedendi, tum ex diuerſo obiecto, ac fine deſumit. Dicendum ergo primò de prima ſpecie veri iuſti; ſecundò de ſecunda, qui ſpecie tenus iuſtus apparet.

Quæ ſit proprietas viri iuſti? c. 20.n.19
Quis vir iuſtus ac fidelis appellatur? c. 17.num. 25
Cui vir iuſtus aſſimilatur? c.20 n.19
In anima iuſti omnia æquè, & ſecundùm artem elaborata ſunt, c. 21. n.23
Quare iuſti dicuntur totius mundi dominium habere, cùm non liceat in terris theſauriſare? cap. 17. num. 25
Quomodo iuſtus Regis nomine in ſcriptura inſignitur? ibidem, num.23. per tot. & cap.21.nu.4.
Quare iuſtus deſiderat ſcire, & ſtultus quare? cap. 18.num.6
Quàm latum diſcrimen inter virum pium, & impium, ibidem, num.42. cap.21.num. 71. & cap. 24. num. 71
Iuſtus libentiùs ſeipſum accuſat, quàm alios, num.62
Iuſtus alienis damnis commonitus, ſua redimit, malignus etiam conſpectis aliorum ſontium ærumnis, ac ſuppliciis, cœpta malitia finit, cap. 22.n.14.
Quomodo candor & ſimplicitas audaciam quandam metus expertem pariat? cap. 10. n.143
Ideo ieiunantes militibus ſtationariis ſimiles dicuntur, ca.18. n. 39
Ideo iuſtus centies calamitatibus, atque ærumnis oppreſſus ſeſe erigit, & animo conſtantiſſimè aſſurgit; ex aduerſo impij & hypocritæ, calamitatibus in ruinam impulſi, prorſus conſternuntur, cap.21. num. 68
Iuſtis, ſiue virtutis cultoribus, vita longa, & omnium bonorum affluentia pollicetur, cap. 2. num. 174
Differentia inter iuſtum & impium quoad bona temporalia, ibid.n. 175 & ſeqq.
Cur iuſti rarò diuitiis atque bonis his caducis affluant? cap. 3. n. 204
Iuſti fœlicitatem etiam temporalem, iure quodam obtinent, improbi non ita, ibidem.num.251
Quæ merces iuſti, & quæ peccatoris? cap. 10. num 225. & ſeqq.
Iuſti non ſolùm ipſi beatitudinem expectant, ſed etiam ab ipſa expectantur, ibidem.num. 213
Plura de iuſtis, vide Dom. 2. & 3. Aduentus, & Dom. infra Octauam Natiuit. & Dom. 5. poſt Epiph. & in Feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Sancti Dominici.
Sicophantæ nomen vnde, & quid ſignificat? cap. 28.num 86
Quæ ſit differentia inter hypocritam, & humilem? c.16.num. 11
Hypocritæ natura, proprietates, dotes, & prauitas animi, cap.26.num.123. & ſeqq.
Hoc inter ſimulatorem, & candidum intereſſe dicunt, quod ille ærumnis petitus ſeſe abſcondit, celatque hic verò palam, & publicè eiſdem ſeſe offert. cap. 22.num.12
Simulator eſt ſimilis ſalutatori antelucano, cap. 27. num. 79
Quare improbi, hypocritæ, auari, ſcoria dicantur in ſcriptura? c. 21.n.85. & c. 25. n. 18

## Feria V. poſt diem Cinerum.

*Cùm introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio rogans eum.*

Matth. 8.

Hic Centurio repræſentat omnes mundanos arrogantes, qui tempore fœlicitatis vix Deum agnoſcunt tandem tribulatione aliqua, tanquam fræno coërcentur, & ſeſe humiliant; De primo vide Dom. poſt Epiph.

De ſecundo dicendum, humilitatem eſſe profundum ſtructuræ fundamentum, c.17.n. 74
Humilitas animum ab omni inflatione immunem reddit, ibidem.num. 12
Initium humilitatis oritur ex cognitione ſui ipſius, cap.13.num.41

Quæ bona humilitàs nobis adferat? c. 17. n. 12.

Quod eſt prœmium humilitatis? c. 25. num. 25.

Humilitas eſt murus inconcuſſus; quicumque humilitate caret; eſt tanquam vrbs abſque murorum ambitu, ibidem, n. 168

## Occaſione horum verborum.

### *Dico huic, vade, & vadit, fac hoc, & facit.*

Dicendum de potentia & authoritate ſuperiorum erga ſubditos.

Tam boni, quàm mali Reges & Principes à Deo habent poteſtatem, c. 8. n. 96

Quid interſit inter Regnum & Dominium? ibid. num. 103

Omnis poteſtas quæ verè talis, ſub Deo, & ſecundùm Deum, ſuum ordinem habet, ac honorem ſibi, poſt Deũ, deferri vult, atque obediẽtiam, c. 24. n. 93.

Quoties lex humana diſſidet à Diuina, Diuinis potiùs, quàm humanis præceptis obediendum, c. 24. n. 90. & 93

Qui Regibus potiùs quàm Deo timorem reddunt, hi in Deo rerum humanarum prouidentiam negant, ibidem, num. 94

Duo potentiſſimi obſequio, & timore deuincuntur, qui hominem perdere poſſunt, ibid. n. 95

Licet quælibet obedientia ſui ipſius victoriam denotet, longè tamen glorioſior, ac ſplendidior eſt illius victoria, qui ſuperiori iniquè, contra faſque iubenti ad nutum paret, & cùm innocens ſit pœnis, aut meritis acquieſcit, c. 21. num. 121

Obedientiæ, victoriæ, & prœmia, quibus gaudent ſubditi, ſunt, quia & Dominos ſuos vincunt, & aliam victoriam ſibi accommodant, ibid. n. 122

Quanta mala Domini ob pigritiam miniſtrorum patiantur? c. 10. n. 305

Virtutes boni ſerui, prudentia, & temperantia, c. 14. n. 150. & ſeq.

Cætera vide ad hanc materiam ſpectantia, tam de Principibus, quàm de ſubditis Dom. 4. Aduentus, & in die Epiph. & Dom. in Septuageſima.

## Feria VI. poſt diem Cinerum.

### *Audiſtis quia dictum eſt antiquis; Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Matth. 5.

Chriſtus imperfectionem, ſeu debilitatem antiquæ legis, quæ tanquam egena, nos filios Patris æterni reddere non potuit, in perfectam, & ſolidam reducit, cùm non tantùm amicos diligendos, ſed etiam inimicos proponit, quod eſt perfectorum; beatitudinemque, ſeu mercedem æternam faciliùs obtinendam, per eleemoſynæ largitionem edocet. Primò igitur de materia tanquam nobis familiariori, id eſt de amico; ſecundò de oppoſito illius; tertiò de eleemoſyna tractandum.

Quis verus atque fidus amicus, c. 11. n. 51

Quis amicus dicatur fidelis ſpiritu? ib. n. 56

Amicus fidei expers, negotiatori ſimilis, ibidem, num. 52

Quæ differentia inter amicum verum, & adulterinum? c. 17. n. 76

Quomodo cognoſcatur verus amicus, & qualem animum amicus erga amicum gerere debet? ibidem, num. 77

Similitudo quomodo eſt cauſa amoris? ca. 18. n. 94

Amici dignoſcendi ſicut aurum, cap. 22. num. 65. & ſeqq.

Plura vide de boni amici conditionibus, conſiliis, & fraterno amore, feria 5. poſt Dom. Paſſionis.

Simulatus amicus multùm cauendus, cap. 3. num. 226.

Non ſolùm amicis, ſed etiam inimicis iure gentium, debet ſeruari fidelitas, ibidem, n 227

Quid interſit inter ſermones hominis candidi, & viri calidi? cap. 11. num. 50

Simulati amici fortunam ſequuntur, cap. 18. num. 12

Duo ſunt quæ amicos diſſociant, infœlicitas vnius, atque incidens temerè ſimultas, vel oborta diſcordia, cap. 25. num. 99

Simulati amici qualitates, ibidem, num. 96. & ſeqq.

Grauius damnum ab illo infertur, qui amicitiam ſimulat, & hoſtilem animum claudit, cap. 26. num. 112

Simulata amicitia, quàm ſit inanis, fera, periculoſa, & deteſtabilis? c. 27. n. 30. & ſeqq.

Quodnam ſit proprium præmium eleemoſynæ? cap. 3. num. 55

Eleemoſyna quomodo eſt princeps maieſtatis, & quare dicatur torques, & bulla ad cor vſque demiſſa? ibidem, num. 16

Quomodo qui pauperi bona tribuit, Deo tribuere dicitur? ibidem, num 55

Quomodo ex his quæ pauperi donantur, honor redit Deo? ibidem, num. 56

Eleemoſyna Regina virtutum appellatur, cap. 14. num. 108

Cur eleemoſyna dicatur fons ac vena vitæ? cap. 10 num. 179

Quanta ſit eleemoſynæ præſtantia? ibid. n. 181

Eleemoſyna ſternit viam rectam in cœlum, cap. 11. num. 22. & 28

Plura de eleemoſyna vide feria 2. poſt Dom. 1. Quadrag, & in Feſto S. Paſchæ & Dom. 7. & 18. poſt Trinit.

## Dominica I. Quadrageſimæ.

### *Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu vt tentaretur à Diabolo.*

Matth. 4.

Diabolus princeps malignorum, qui eſt caput ſuperbiæ, tria quæ contrariantur vitæ Chriſtianæ Chriſto tanquam Anteſignano noſtro opponit; contra ieiunium, panem, in quo abundantia, contra humilitatem ſuperbiam, contra paupertatem auaritiam, quæ tria, tanquam venena fugienda ſunt, & repellenda exemplo Chriſti: Primò itaque de voluptatibus, ſecundo de ſuperbia; tertio de auaritia agendum.

Panis in ſcriptura ſignificat abundantiam, c. 20. n. 44. & 59. ſeq. & cap. 25. n. 142

Cùm voluptatum & libidinum, aliarumque affectionum craſſa materia offertur, caro viuit, animus interit, cap 20. num. 102

Libido hoſtis eſt, quia animum noſtrum omnibus bonis ſpoliat, cap. 23. n. 122

Omnis humana voluptas animi neruos, & lacertos frangit, & totum hominem demulcet, c. 24. n 59

Per mel in ſcriptura voluptates, & delitiæ in vniuerſum accipiuntur, c. 25. nu. 82. 83. & ſeq.

Quid eſt, quod res auſteras, & amaras in ſuauitatem & dulcedinem mundanam vertit? c. 27. n. 39

Delitiæ corporales cùm non habentur graue deſi-

Voluptates ac delitiæ carnis, mentem hebetant, & ſapientiam pellunt, c. 18. n. 24.

Gula inferno comparatur, c. 30. n. 141.

Similis ori vuluæ dicitur, ibid. n. 142.

Cur diabolus dicitur ſanguiſuga, filiæ eius, libido, auaritia, & ambitio, ibidem. n. 117.

Superbia omnis euerſionis ac ruinæ cauſa, c. 16. n. 76. c. 17. n. 12.

Qui per ſuperbiam famam aucupantur, ad ipſos ignominia redit, c. 11. n. 11. & c. 17. n. 74. & 81.

Cur inter ſuperbos, rixæ, & contentiones oriuntur? c. 13. n. 40. c. 17. n. 81.

Superbus ſuæ fœlicitatis conſortem odio habet, c. 16. n. 80.

Extollentia oculorum, ſæpe faſtum, aliquando appetentiam diuitiarum, vel temerariam confidentiam ſignificat, c. 20. n. 20. & 22.

Superbia libertatem conſcientiæ gignit. ibidem. n. 18. & 22.

Cætera quæ huc accommodari poſſunt de ſuperbia, vide feria 4. poſt. Dom. Paſſionis, & Dom. 9. poſt. Trinit.

Auarus sẽper pauper eſt c. 1. n. 191 c. 10. n. 45. c. 18. n. 11.

Auaritia aſſimilatur latronibus, c. 17. n. 216.

Tenacitas ſeu auaritia, omnium iacturarum origo eſt, c. 10. n. 107.

Qui in alios parcus, in ſeipſum ſæuus, ac impius eſt, n. 82.

Cur auarus multimanus dicatur? ibidem. n. 95.

Auari diuites in ſpiritualibus cæci ſunt, in terrenis acutè vident, ibid. n. 132.

Cupiditas diuitiarum inordinata, conſcientiam dilatat, libertatemque eius gignit. c. 2. n. 18. & ſeqq.

Auarus ſimilis eſt ſerpenti, qui non audit vocem incantantis pauperis, ſed tanquam ſerpens aures obturat. ibid. n. 61.

Auari ſunt ſimiles Vlyſſi, pauperes ſunt Syrenes, ibid. n. 62.

Per occaſionem vide de pinnaculo templi, ibidem numero 45.

Cætera de auaritia vide feria 3. poſt. Dom. 1. Quadrageſimæ, & Dom. 13. poſt Trinit.

## Feria II. poſt Dom. 1. Quadrag.

*Cùm venerit filius hominis in Maieſtate ſua, & omne Angeli eius cum eo.*

Matth. 25.

Exactiſſimi iudicis filij Dei Euangeliſta Aduentũ commemorat, boniſque ac malis mercedem licet inæqualem, his qui dederunt, dat, his qui negauerunt negat, his qui ſua largiti ſunt, liberaliter ſoluit, hos qui alios ſpoliauerunt, condemnat, ignique æterno cruciandos demandat: Monet igitur facies Euangelij, ad iudices primò rem, ſecundò ad homines, tam dantes, quàm accipientes, habendam.

Qua ratione iudex (ſi quis quærat) tam imparium, & inæqualium rerum momenta exequi debet, c. 28. n. 103.

Iniuſtè iudicantes, non ſuam, ſed Chriſti iuſtitiam violant, c, 18. n. 24.

Sententia non ferenda donec audiatur altera pars, ibidem n. 64.

Familiare eſt vitium Magiſtratibus, vt cauſas pauperum, vel violent, vel contemnant, c. 22. n. 118.

Iudex prohibens iniuriam facere pauperi, in aſylo ponet animam ſuam, ibidem, num. 128

Quomodo Principes, iudices, non peccant quando iuſtum condemnant. cap. 17. num. 98

Pœnæ iniuſtorum iudicum, ibidem, num. 70

Cætera vide in hac materia Dom. 1. Aduentus.

Quare qui pauperi dat, Deo non dat, ſed mutuat? cap. 19. num. 56

quali prærogatiua donantur eleemoſynarum largitores? cap. 17. num. 27

Eleemoſynæ commendatio, fructus, emolumenta, præmium, c. 19. n. 56. 57. & ſequent.

Miſericordia, ſeu eleemoſyna, non ex quantitate, ſed ex affectu penſatur, ibidem, num 82. & c. 22. n. 45

Cum ira Dei ſit ſicut ignis, eleemoſyna ſicut oleum, oleum autem non extinguit ignem, imò accendit, quomodo ergo eleemoſyna extinguit iram Dei? cap. 21. num 69. & c. 22. num 54

Inter os viri miſericordis, & auari tale diſcrimen, quale inter dentes oraque animantium, cap. 21. n. 91

Pauperibus largiens ingenti fœnore cumulatum recipiet, c. 28. num. 42. & 136

Deus eum impensè diligit, & liberaliter cum eo agit, qui ex liberalitate, & animi propenſione etiam parua largitur, cap. 22. num. 46

Cur hilaris dator debeat eſſe, qui eleemoſynam largitur? ibidem, num. 48

Cætera quæ conducere poſſunt ad hanc materiam, vide feria 6. poſt Cineres, & in feſto S. Paſchæ, & Dom. 7. poſt Trinit.

Chriſtus in pauperibus per ſingularem erga ipſos gratiam peculiari modo eſſe, ac viuere, ideo qui pauperem lædit, Chriſtum lædere dicitur, cap. 21. n. 116

Paupertas eſt maius artificium Dei, c. 22. n. 6

Paupertas & diuitiæ, non ſunt vera bona, aut mala, ſed adumbrata, ibidem, num. 7

Deus ipſe cauſam pauperis agit in omnibus, ibid. num. 122

Qui pauperibus impoſturam, fraudem, & vim faciunt, ipſum Chriſtum cruci rurſus affigunt, ibidem, num. 123

Quonam modo (quæret quis) is qui pauperem ſpoliat Deum iterum crucifigere dicatur? ibid. cap. 23. num. 124

Quare Deus quoſdam permittit in paupertate degere. cap. 28. num. 54

Pauperes diuitum futuros iudices ſignificauit Chriſtus, ibid. num. 59

Plura quæ huc inſeruire poſſunt de pauperibus vide feria 5. poſt Dominic. 2. quadrag. & in feſto omnium Sanctorum.

## Feria III. poſt Dom. 1. Quadrag.

*Cùm intraſſet Ieſus Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas.*

Matth. 21.

Chriſtus Dominus abominabile vitium auaritiæ deteſtans, authoritatiuè defendens iniuriam domus Dei, eiecit ementes, & vendentes; poſt factum curauit cæcos, & claudos; quo moti Principes Sacerdotum, indignati ſunt contra pueros clamantes, Oſanna filio Dauid: Dicendum igitur, quomodo auri fames etiam ſacra violat, & inuidia etiam bona, mala iudicat.

Lucri cauſa etiam iura propinquitatis violant, & amorem fraternum in odium conuertunt, cap. 19 num. 14

Triplex vinculum quo animus cupidi vincitur, cap. 2. num. 32

Duo vitia ſunt ſuperbia & auaritia, quæ lucerna impiorum dicuntur, & magnam peccandi illis licentiam offerunt, ibid. n. 18. & ſeqq.

Lucro inhians tanto impetu in malum fertur, vt etiamſi malum eſſe nouerit, nihilominus illud exequi expetit, ibidem n. 51.

Lucro inhiantes iuſtitiam, iura, leges, ad diuitias velociùs contendentes, tranſuolant. c. 18. n. 101.

Inuidiæ lues non tantum animum, ſed etiam corpus lacerat, ac arrodit, c. 14. n. 124.

Morbi iſtius pernicies difficile ſanatur. ibidem n. 115.

Quod remedium cauendi, ſeu liberandi ab inuidia? ibidem. n. 126.

Manſuetudo, inuidiæ optimum amuletum, ibid. n. 130.

Inuidia alienæ fœlicitatis eſt tam peſſima cordi, ſicut tinea veſti, & vermis ligno, c. 25. n. 127.

Duo ſunt vitia ex quibus inuidia gigni ſolet, ibid. n. 128.

Inuidia ſeptuplex nequitia appellatur, ibid. n. 135.

Inuidus quomodo malos oculos dicitur habere? c. 28. n. 111. & 112.

Inuidus peſſimus interpres operis alieni, c 14. n. 35.

## Feria IIII. poſt Dom. 1. Quadrag.

*Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ & Phariſæi dicentes: Magiſter volumus à te ſignum videre.* Matth. 12.

Proponit Euangeliſta curioſam petitionem Phariſæorum, quos confundens filius Dei opponit illis Niniuitas, qui ſua pœnitentia ad prædicationem Ionæ facta, condemnabunt eos, qui poſt tot prædicationes adhuc in peccatis perſiſtunt; munditiamque conſcientiæ, per immundi Spiritus eiectionem, oſtẽdit; qua occaſione de pænitentia illiuſque partibus, ac etiam de conſcientia bona & mala dicendum erit.

Primum pœnitentiæ exordium cum aurora comparatur, c. 4. n. 141.

Cur hora reſipiſcentiæ dicitur hora aurea? ibidem, n. 141. & ſeqq.

Quando maximè pœnitentia ſubire animum ſolet? c. 5. n. 72.

Cur os integrè peccata ſua confitentis, vena & fons vitæ appellatur? c. 10. n. 172. & ſeqq.

Lacrymæ quas pœnitentia cauſat per dulces, ibid. n. 174.

Peccata in pectore clauſa, amara ſunt, in ore dulceſcunt, ibidem.

Cõfeſſio germinat viuos fontes, gratiæ nimirum, & virtutum, ibid. n. 175.

Confeſſarij cum illis conferuntur, qui fontibus regendis præſident, ibid. n. 176.

Quod munus ſit confeſſarij atque pœnitentis? ibidem n. 177.

Sacramentalis confeſſio commendatur, c. 18. n. 59

Confeſſio eſt primus annulus catenæ, qua virtutes concatenantur, ibid. n. 60.

Peccatorum ſeriem non confuſè, ſed ſigillatim per ſuas ſpecies, & numeros ſupputandam eſſe ibid.

Peccata inter ſe connexa, ideo qui vnum ex animo confitetur; facilè alia confiteri ſimilitudine oſtẽtur, ibid.

Catena peccatorum, quæ priùs ferrea erat, cõuertitur in auream, ibid.

Efficaces lacrimæ vnde proueniunt? c. 20. n. 102.

Sicut conſcientia bona maxima tranquillitas, c. 3. n. 141. & ſeqq.

Sic conſcientia peccati eſt maxima turbatio, c. 25. n. 130.

Sicut bona conſcientia virtutis, & honeſtatis vehiculum eſt, c. 3. n 141.

Ita conſcientia mala omnium vitiorum porta, cũ peccatum verecundiam auferat, quæ vitiis præcludit viam, c. 18 n. 11. & ſeqq.

Forum conſcientiæ animæ iuſti, iudiciorum, & æquitatum thronus, & tribunal appellatur, c. 12. n. 25. & ſeqq.

Forum conſcientiæ non ſolùm reos iudicat, & conuincit, ſed etiam punit, ibid. n. 26.

Mens ſecura, & nullius criminis conſcia, paupertatem, & omnem aliam afflictionem iucundiſſimi adinſtar conuiuij habet c. 15. n. 58. & 59.

Conſcientia mala aſſiduitas tempeſtates, moleſtias, atque angores patitur, ibidem n. 60 & 61.

Homini improbo ſemper tria aduerſantur, vel potiùs ipſum inſectantur, pauores ſcilicet, afflictiones externæ, & conſcientiæ intimæ puncturæ, ſeu remorſus, c. 20. n. 122.

Impius ſuorum ſcelerum metu, nemine perſequẽte fugit, c. 28. n. 1.

Conſcientia tranquilla conuiuio lautiſſimo, ac omnibus voluptatibus præfertur, c. 15. n. 62. & 63.

Conſcientia mala vineæ, & agro, ſtulti & pigri hominis ſimilis, c. 24. n. 139. & ſeqq.

Conſcientia quomodo ex ſuo loco moueri dicitur? c. 18. n. 11.

Anguſtiæ, angores conſcientiæ malæ adinſtar parientium, c. 21. n. 101. 102.

Conſcientia vt ſuam cuique formam & ſpeciem offerat, & ad ſui cognitionem informet, munda primùm. dein quieta, & imperturbata debet eſſe, c. 27. n. 117.

Plura quæ huic materiæ ſeruire poſſunt, vide feria 2. poſt Dom. Paſſionis.

## Feria V poſt Dom. 1. Quadrag.

*Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sydonis: & ecce mulier Chananæa.* Matth. 15.

Deſcribit Euangeliſta anguſtias mulieris de filia à dæmonio vexata ſolicitantis, eidemque à Chriſto ſalutem impetrantis: Cuius occaſione benignitas Dei prędicanda, quæ calamitatibus ad ſui congnitionem adducit.

Correctio Diuina medicamẽtũ eſt animi, c. 3. n. 72.

Tribulationes à Deo immiſſę non ſunt repudiandæ, imò plurimi habendæ, quia earum premium eſt ipſa Dei beatitudo, ibid. n. 73. & 74.

Reprobare tribulationes, reprobationis argumentum eſt, quia tam probis, quàm improbis immittit eas Deus, ibid. n. 75. & 76.

Quanta bona ex correctione, & tribulatione homo aſſequitur? ibid. n. 82. & ſeqq.

Tribulatio eſt Diuinæ Philoſophiæ ſchola, ib. n. 85.

Qui viam tribulationis deſerit, errat, c. 10. n. 236.

Quanti muneris ſit moleſtia corporalis, quæ, & admiſſa peccata diluit, & ea, quæ admitti poterant, cõpeſcit, c. 20. n. 122.

Plagæ exteriùs illatæ hominem aſſidua punctura ad reſipiſcentiam prouocant, ibid.

De hac re vide plura Dom. 3. poſt Epiph. & Dom. in Quinquageſima. Et in feſto S. Iacobi Apoſtoli.

## Feria VI. poſt Dom. 1. Quadrag.

*Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.* Ioan. 5.

Proponitur homo triginta & octo annos manens in infirmitate, cuius miſertus Dominus ſanauit eum: Hic languidus repræſentat peccatorem in peccato iacentem, auxilio diuino indigentem: Dicendum ergo de duritie & obſtinatione cordis, & gratia Diuina illud emolliente.

Durities & obſtinatio cordis quàm peſſima, quod conſcientiæ puncturis agitatus ad peiora crimina prolabitur, c. 20. n. 112

Conſuetudo peccandi, per centrum & profundum intelligitur, c. 18. n. 15

Quare per profundum peccatum ſcriptura intelligat? ibid. n. 10

Peccator cum ad centrum peruenerit, tribus gaudet, ibid. n. 16

Quatuor dimenſiones peccati quæ? ibid.

Quis modus melior medendi & ſanandi peccata? c. 20 n. 125

Vſus inueteratus difficulter ſanatur, ibidem, numero 126

Deus non tantum vocat, excitatque hominem, ſed etiam adiuuat, brachium ſuum, & ſuam manum ipſi porrigendo, c. 1. n. 244

Impij habent motus quoſdam ad pietatem, ſed ignauos, ac deſides, c. 15. n. 35

Deus gratia ſua ſemper præuenit conatus noſtros, c. 8 n. 150

Gratiæ neceſſitas vt homo à peccatis purus reddatur, c. 20. n. 32

Nemini ſatis compertum, vtrum omnium criminum labem eluerit, & in gratia Dei ſit? ibid.

Gratia antecedens per quam voluntas in recta opera intenditur, ſubſequens, per quam executioni mandatur, ibid. n. 84

Gratia Dei, homini pro ſpiraculo eſt ad vitam, ibid. num. 102

Sicut ſpiraculum ad vitam corporalem, ita gratia ad vitam ſpiritualem neceſſaria, ibid. n. 102

Hoc ſpiraculo Deus in animæ noſtræ penetralia illabitur, & quomodo anima animæ noſtræ efficitur, ibid. n. 103

Sicut Peruanæ Prouinciæ montes tranſeuntibus, euenire ſolet, vt cum peruenerint ad cacumen, deficiente ſpiritu exanimentur ob ſubtilitatem aëris; ſic carni noſtræ, quæ cùm craſſiori aura paſci ſoleat vbi ſubtiles gratiæ ſpiritus ipſi offeruntur ſtatim examinatur & exſpirat; animus econtrà, ibid. n. 102

Gratiæ Diuinæ ſpiraculo perficitur hominis ſpiratio, vt nimirum ſpretis caducis rebus ad ſuperiora anhelet, ibid. n. 102

Plura de gratia Dei vide Dom. in Quinquageſima. Et in feſto S. Mariæ Magdalenæ.

## Dominica II. Quadrageſimæ.

*Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum.* Matth. 17.

Chriſtus Dominus imaginem futuræ beatitudinis, fœlicitatiſque æternæ repræſentat in ſua glorioſa Transfiguratione; & quoniam nemo coronabitur, niſi qui legitimè certauerit, ideo primò de virtute, ſecundò de beatitudine, quæ eſt corona & præmium virtutis, agendum.

Virtus non pecunia; ſed tempore, & labore emitur, c. 2. n. 1

Solis virtutibus diteſcimus, ibid. n. 13

Solam virtutem ſubiti euentus non attingunt, ibid. num. 32

Theſaurus virtutum crebris ad Deum orationibus & precibus exquirendus, ibid. n. 58. & ſeq.

Virtutis ſemina anguſta, & vnde iſtæ anguſtiæ, & cliui difficiles? ibid. n. 69

Virtutis viam tentationes innumeræ difficilem & arduam reddunt, & quomodo ſint ſuperandæ, ibidem, num. 70

Via virtutis non eſt tortuoſa, ſeu obliqua, ibid.

Quomodo via virtutis ardua, difficilis, arcta dicatur; ſimulque via Regia, Baſilica, plana, ſpatioſa, lata, & facilis? ibid. n. 72. 73 & 74

Qui ſunt gyri virtutis, & quomodo acquirantur? ibid. n. 76. & ſeq.

Virtutis initio amaritudinem præfert, & quantam ſuauitatem vſu ipſo ſibi adſciſcat? ibidem, numero 86. & 87

Virtutis contemplatione animi oculi exacuuntur, & reficiuntur, ibid. n. 94

Quomodo virtus iuſtos adamantinos reddat? cap. 3. n. 107. & ſeq.

Virtutis comites, ſeu pediſequæ, à dextro latere vitæ æternę beatitudo, à ſiniſtro bonorum temporalium affluentia, ibid. n. 116. 119. & 120

Virtus aſſimilatur arbori in medio Paradiſi fixæ, ibid. n. 149. & ſeq.

Virtuti perſeuerantia neceſſaria eſt, ibidem, numero 247

Via virtutis non paſſibus, ſed affectibus decurritur, n. 39. c. 4

Virtus fons & origo omnium bonorum, capite 8. n. 199

Plura vide Dom. 4. Quadrageſimæ.

Spes præmiorum viam virtutis amœnat, iucundam reddit, atque delectabilem, capite 3. numero 138. & ſeq.

Spes æternorum non affligit, nec angit animum, ſed erigit atque ſolatur, c. 13. n. 49

Spes æternorum ſimilis arbori virenti, ibid, n. 50

Beatitudo, ſiue viſio beatifica theſauro abſcondito rectè comparatur, c. 2 n. 61

Perfecta dies æternæ beatitudinis ſimulacrum gerit, c. 4. n. 145

Regnum cælorum alio modo diuites, & alio pauperes capiunt, c. 10. n. 2 6. & ſeq.

Fœlicitas ſiue beatitudo in quo conſiſtat? capite 20. num. 48

Fœlicitas æterna emitur per tribulationes, ibidem, num. 48

Spes futuræ gloriæ animum dilatat, & oculos ad ſuperiora attollit, ibid. n. 18

## Feria II. poſt Dom. 2. Quadrag.

*Ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Ioan. 8.

Malignitatem peccati Euangeliſta deſcribit, cuius enormitas viam veritatis nobis præcludit; ideo primò veritatis encomia, ſecundò malitiæ vituperationem, veritatiſque oppoſitum, quod eſt mendacium, declarabimus.

Cur Chriſtus appellatur veritas? capite 8. numero 30

Veritas bullæ in torque ad pectus demiſſæ comparatur, c. 3. n. 18. & ſeq.

Veritas præſentiſſimum remedium contra faſcinationem, ibid. n. 19

Pro veritate multa certamina Sancti Martyres ſuſceperunt, ibid.



B

Veritatis eſt proprium, odium parere, ibidem, & c.8. num.28

Odium veritatis aborſus, n.28. ibidem.

Veritas omnem pellit ſimulationem, ibid. n.29.

Veritas ſemper aliquid prodit, ſiue odium, ſiue charitatem, n.183 & ſeq.

Veritas grano tritici comparatur, ibid. n.184

Margaritæ confertur, ibid. n.185

Quid emolumenti reportent colentes miſericordiam & veritatem? c.3. n.20

Veritas alatæ volucri perſimilis, capite 10. num.76. & ſeq.

Veritas adeo firma eſt, vt nullis actibus cedat, c.12. num. 92

Nihil vnius corporis membris magis proprium, quàm ſibi inuicem veritatem aſſidue teſtari, & inſinuare, vt ſibi inuicem veritatem ſeruent, c.19. n.105

Peccatum botro acerbo aſſimilatur, c.10. n.306. & ſeqq.

Malitia cum fumo confertur, ibid. n.303

Peccata alia ex aliis enaſcuntur, ita vt qui ſemel cecidit, alias poſt alias ruinas nectit, c.13. n.18

Scelera tecta, & celata, plures contagio ſuo corrumpunt, c.15. n.47

Impiorum ſemper eſt circumferri & in orbem agi, c.2. n.108. & ſeq.

Via impiorum tortuoſa & obliqua, & quomodo in viam ſiniſtram, quam Deus odio habet, ſemper inclinent? ibid. n.123

Spatioſa ob affluentiam bonorum temporalium, ibid. n.130

Cætera vide Dom. in Quinquag. Et feria 6. poſt Dom. 1. Quadrageſimæ.

Cur mendacium ſit fugiendum? c.6. n.123. & c.19. n.104

Mendacia verba ab animi ſenſu diſſident, cap. 3. numero 18

Mendaces non ſunt vera membra Eccleſiæ, ſeu Reipublicæ, & quare non poſſunt eſſe vnum corpus cum aliis? c.6. n.124. & 125

Mendaces contumeliarum, & iniuriarum authores, ibid. n.126

Mendaces ſunt deteſtabiles apud Deum, capite 8. num.29

Mendacia tueri, eſt ventos regere, capite 10. numero 67

Cameleonti ſimilis eſt mendax, ibid. n.68

Cum natatore componitur, & mendaces ventis nutriuntur, ibid. n.72. & ſeq.

Simulatoris ſeu mendacis, ſimia eſt ſymbolum, ibid. num. 73

Primordia mortis, & interitus ab ore, capite 4. numero 204

Mendacij & fraudis ea natura eſt, vt multis ſignis ſeſe manifeſtet, c.11. n.49

Mendax, ſiue detractor nomen bonum in tetrum infamiæ fætorem commutat, c.13. n.14

Non ſolùm in verbis, ſed etiam in factis, mendacia contingunt, c.30. n.56

## Feria III. poſt Dom.2. Quadrag.

*Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi.* Matth. 23.

Proponit Euangeliſta neceſſariam eſſe correctionem in quacumque Republica, & præcipuè in Eccleſia, declaratque duplicem Doctorem, ſeu Prædicatorem: Vnum qui dicit, & facit; Alterum qui conſcientias aliorum alligat, & onera grauia imponit, ipſe verò eadem, nec primis labris (vt dicunt) attingit, conditionemque auditorum ſimul obſeruat. Quapropter primò de modo correctionis, ſecundò de Doctore tam bono, quàm malo, tertiò de auditoris conditionibus dicendum.

Quæ bona acquirit diſciplinæ obtemperans? cap.17. num. 39

Impius dicitur, qui correptionibus contradicit, ibid. num. 44

Deſpicere diſciplinam ſeu correptionem, plus eſt quàm contemnere, c.1. n.256

Tranſgreſſio conſiliorum fit ex contemptu, ibidem, n.258

Cur correptiones amandæ ſunt? capite 12. num.3. & ſeq.

Qui correptiones abiicit, inſipientem ſe prodit, ibidem.

Vir humilis plus gaudet correptionibus, quàm honore ſibi exhibito, ibid. n.6

Correptioni gratia præſto eſt, ibidem, numero 9

Correptiones ſeu admonitiones ſali ſimiles eſſe dicuntur, c.13. n.16

Quomodo puniuntur à Deo, qui obiurgationibus & admonitionibus non acquieſcunt? cap.17. num. 44. & 61

Qui ſuperiorem benignè hortantem contemnit, deſtinabitur à Deo ſuperior alter immaniſſimus, ibid. n.44. & 61

Duplex correptionis genus, alterum lene, & manſuetum, alterum ſeuerum, ibid.

Inobedientes quare vrſæ furenti comparantur? ibid. n.455. & ſeq.

Correptio demonſtrat virum, & prudens cum arguitur, non in præceptorem, ſed magis in ſeipſum furorem concipit, ibid. n.50

Quibus aſſimilantur hi, qui ex impatientia in ſibi improperantes maledicta retorquent? ibid. n.50

Qui edoceri ab aliis recuſat, ſæpiùs offendens corruet, ibid. n.75

Sunt multi qui ita deoſculantur ſuam vecordiam, vt eligant potiùs in illa manere, quàm erudiri, cap. 18. num. 6

Tria ſunt quæ habent maximam vim ad morum correctionem, c.20. n.122

Cætera vide feria 3. poſt Dom. 3. Quadrag.

Quæ ſunt conditiones conſulentis, & admonentis? c.10. n.190. & ſeq.

Qualis admonitio & adhortatio debeat eſſe, vt ſit vtilis? ibid. n.194. & ſeq.

Diſciplina ſine increpatione erronea eſt, ibidem, numero 238

Quare Doctor, ſeu Prædicator ſua verba temperare debet, & cum ſtultis aliquando deſipere, & quomodo aucupi ſimilis dicitur? c.18. n.7

Per inaures & monilia Doctor & auditor in ſcriptura ſignificatur, n.58. & ſeq.

Vtendum aliquando Euangelico Doctori auſteribus correptionibus, non ſemper dulci, ac blando ſermone, ibid. n.59

Exhortationes & admonitiones ſacræ, animi ſordes eluunt, ibid. n.111. & ſeq.

Grauis ac ſeria admonitio viri ſapientis, cum docili, ac beneuolo auditori exhibetur, ſimilis eſt vaſi, aut poculo pretioſo, ibid. n.61

Acerba & acris admonitio non ſemper facienda, ibid. n.115

De admonitionum varietate, vtilitate, modo, & vſu, ibid. n.109. 110. & 120

De hac re vide Dominica 2. Aduentus. Et Dominica prima poſt Epiph. & Dom. in Sexag.

Vita praua & pernicioſa doctrina hæc duo imprimis bonis moribus aduerſantur, capite 2. numero 100

Praui mores Doctoris omnem adimunt doctrinæ fidem, n.101

Quomodo mali conſiliarij mentes imperitas ad Syrtes perducant? ibid. n.105

Impij cum ſua doctrina praua, & doloſis conſiliis ſimiles ſunt Cancro, ibid. n.124. & ſeq.

Doctrina vitæ conformis, efficaciſſima eſt, cap. 3. n. 172

Quid interſit inter ſapientes pios, & ſapientes improbos? c.9 n.193

Prauitas libertatem loquendi, & licentiam adimit, c.10. n.192

Vita bona ornatus doctrinæ, c.15. n.8

Cur doctrina qua quis alios informat ad iuſtitiam, ſine bonis operibus mala, & pernicioſa ſit? ibid. n. 36 & ſeq. c.26. & n.128

Quare peritiſſimum quemque deceat audire alios? c.1. n.95

In quo poſita ſit celeritas ad audiendum alios? ibid. num. 97

Quare etiam ſenes non ſunt excipiendi ab audiendo? ibid. n.98

Neceſſarium eſt habere aures intentas ad audiendum, c.2. n.1

Verba Dei humilibus gratiora, & iucundiora, c. 4. num. 160

Quare humiles abſtruſa ſapientię faciliùs acquirant? c.17. n.104.

Auditor qualiter ad audiendum ſe pręparare debet, vt fructum percipiat? c.20. n.20

Auditoris quæ ſunt præcipua officia? ibid.

## Feria IV. poſt Dom. 2. Quadrag.

*Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur.* Matth. 20.

Vide Dominica in Quinquageſima.

## Feria V. poſt Dom. 2. Quadrag.

*Homo quidam erat diues & induebatur purpura, & byſſo.* Luc. 16.

Proponũtur in Theatro hodierni Euangelij duo viri, diues, & pauper, ille delitiis & voluptatibus affluens, iſte omni ſolatio mundario deſtitutus in miſeriis & calamitatibus vitam ducens: ille cum amaritudine vitam finit. ſepelitur in inferno; hic amaritudinibus finem imponens, locatur in ſinu Abrahæ, requie æterna potiturus; de quibus eſt diſſerendum.

Cur diuitię vitiis plerumque & non virtutibus patrocinantur? c.10. n.7. & ſeq.

Diuitiarum poſſeſſores nunquam quieſcunt, ibid. num. 10

Diuitię vincula ſunt auarorum, ibid. n.46.

Ex diuitiis ſuperbia & faſtus accidit, ibid. n. 60. & ſeqq. & 122

Diues nequaquam beatus appellari debet, ibidem num. 63

Auarus ſemper conuiuam diabolum habet, & quomodo illis diabolus victum eripit? ibidem, num. 65. & 66

Quot & quantis cateris diues ſit ligatus? ibidem, num. 176

In die iudicij nihil proderunt diuitię, c.11. n.17

Diuitię quomodo vincula dicuntur? ibid. n.18

Quàm ſit miſera ſeruitus diuitiarum? ibidem, numero 19

Diuitiæ vocantur redemptio animę, & etiam perditio illius, c.13. n.27

Qui ſpem ſuam in facultatibus mundi ponunt, ne oboli quidem Domini ſunt, c.17. n.26

Quæ ſunt diuitiis propugnacula? illaque fortia ſicut telę aranearum? c.18. n.43

Diues auarus non eſt homo verus, ſed pictus, ibid.

Omnes mundi diuitię non ſunt ſolidę, ſed pictæ, ibid. n.44

Quomodo diuitiis lucrantur amici & quales, cap. 19. n.11. & 12

Diuitem nullos habere amicos quomodo intelligitur? ibid. n. 44

Cum ſępe diuitias ſequatur auaritia, vide Dom. 1. Quadrag. & feria 3. poſt Dom. 1. Quadrag. & feria 6. poſt Dom. Paſſionis, & Dom. 1. & 20. poſt Trinit.

Quomodo pauper, & quomodo diues Deum alloquantur? n.17. c.21

In paupere neſcio quid ſacrificij omnium pręſtantiſſimi, videlicet Euchariſtiæ reperitur, ibid.

Pauper diuitias quærit non aliam ob cauſam, niſi quia hę vini adinſtar animum lętificant, & olei in modum eundem animum deliniuit, ibid. n.80.

Pauperem & diuitem fecit Deus, vt ſeſe mutuo iuuarent, c.22. n.9

Chriſtus non modo in pauperibus beneficiis afficitur, ſed etiam lęditur, & violatur, ibid. n.123

Pauper ſpiritus ſuos comprimere, neque diuiti ſuparem ſe exhibere debet, Deus enim pauperem ſuperbum odio habet, c.23. n.41. & 42

Solemnis conſuetudo antiquitus erat, vt pauperes multo mane ad diuitum fores conſalutatum conuenirent, c.27. n.74

Quare quoſdam Deus permittit in paupertate degere? c.28. n.54

Veri pauperes nulli adulantur, quia ſunt diuitiarum contemptores, ibid. n.55

Cętera vide feria 2. poſt Dom. 1. Quadrageſimę Et in feſto Omnium Sanctorum.

## Feria VI. poſt Dom. 2. Quadrag.

*Homo erat Paterfamilias qui plantauit vineam.* Matth. 21.

Boni Patrifamilias diligentiam circa culturam vineę Euangeliſta proponit: Occaſione cuius de officio boni ciuis, & Domini domus, inſtitutoribuſque ſuæ prolis ac familię agendum.

Boni ciuis ſeu Patrisfamilias officia; familiam ſuam ſolitè curare, filios rectè educare, Reipublicę fidem pręſtare, commune bonum propriis commodis anteponere, & Principibus deferre, cap. 30. num. 223. & ſeqq.

Qualis debeat eſſe inſtitutio puerorum, c.29. n.66

Pater qui filium tantum genuit, & aliis erudiendum tradidit, corporis tantummodo Pater extitit, qui autem ad generationem naturalem, vlterius eruditionem & informationem morum adhibet, eiuſdem filij parens corpore & animo eſſe incipit, ibidem, numero 75

Quę patremfamilias maximè angere ſolent, ibid. num. 42

Pręcipitur parentibus, vt filios ſuos ad pietatem, & honeſtatem informent, c.17. n.22

Plura vide de Dominis & ſeruis Dom. in Septuageſima, & feria 5. poſt Cineres. De educatione verò puerorum. Dom. 2. poſt Epiph.

## Dominica III. Quadrageſimæ.

*Erat Ieſus eiiciens domonium, & illud erat mutum.* Luc. 11.

Dæmoniacus iſte reprę ſentat peccatorem qui

multorum vitiorū vinculis irretitus,linguæ aliorumq; ſenſuum bonum vſum perdit, cuius eſt proprius vſus laudare Deum,confiteri peccata, ac de omni veritate rectè loqui: Dicendum igitur de bono & malo vſu linguæ. Si autem velis occaſione eiectionis & profligationis dæmonum, de pœnitente vero ſermonem facere vide feria 4. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ: ſub fine Euangelię ſunt illa verba. *Beati qui audiunt verbum Dei, &c.* Quærendum ergo vtrum per hæc verba diminuta ſit laus Virginis, vide in calce indicis hodiernæ diei.

Antequam ad linguoſos deſcendamus, de diabolo tanquam Patre illorum pauca prælibabimus.

Quibus telis iaculandum contra diabolum, cap. 18. num. 34

Belial quid ſignificat propriè, & quare pro diabolo vſurpatur? c. 19. n. 101

Cum homini attribuitur hoc nomen Belial, ſignificat hominem diabolo deuotum, ſummè ſceleratum, perditum, & deploratum; cum verò in abſtracto ſumitur, ſignificat nequitiam, & extremam improbitatem, ibidem.

Per gigantes, diaboli intelliguntur, c. 21. n. 75.

Intelliguntur etiam mortui & monſtra, ibid.

Vnde originem trahunt? & quare filij terræ dicuntur? ibid. n. 77. & 78

Quæ ſint linguæ bonæ & moderatæ laudes? cap. 10. n. 128. & ſeq.

Lingua bona, & ſpecifica fœdera & amicitias conſociat longè meliùs quàm epulæ, ibidem. numero 169

Lingua boni hominis aſſimilatur linguæ canis, maledici verò linguæ viperæ, n. 111

Lingua ſana, lenis & innocens hominem quodammodo immortalem reddit, c. 15. n. 12

Homo mitis, atque placidus ligno vitæ aſſimilatur, eiuſque cuſtodia linguæ laudatur, ibidem, numero 13. & ſeqq.

Quanta cuſtodia cuſtodienda ſunt labia? c. 13. n. 8. & ſeqq.

Qui linguam infrænat omnes actiones ſuas facili negotio temperat ac regit, c. 2. n. 77

Quid ſit digito loqui? c. 6. n. 103

Quomodo huiuſmodi loquela per digitos efformabatur? ibidem, n. 104. & ſeq.

Linguæ vitia ad tria reuocari poſſunt, falſitatem, maledicentiam, multiloquium, c. 10. n. 244

Quid ſit multiloquium, quomodo ſit peccatum, & cur ex multiloquio grauiora quæque peccata eueniant,& nihil magis animum ad peccata diſponat,charitatiſque ſeruorum remittat? ibidem, num. 253. & ſeq.

Lingua effrænis quæ mala adfert? n. 15. c. 17.

Quid meretur qui à multiloquio ſibi temperat? ibid. n. 101

In quibus parcitas loquendi conſiſtit? ibid. n. 103. & ſeq.

Lingua maledica crudelior clauis, ſpinis, lanceæ mucrone, quibus Chriſtus confoſſus erat, c. 18. n. 77

Quare linguæ manus tribuuntur in ſcriptura? ibid. num. 79

Lingua vltimo formatur, & prius vita priuatur. ibid. n. 81

Egyptij ſacrificantes quæ Epitheta linguæ dabant, ibidem.

Qui linguam optimè moderantur percipient ſuaues fructus, ibid.

Lingua quare ſimilis arbori, ibid. n. 87

Lingua mendax quatuor theſauros congregat, c. 21. num. 28

Moleſtias & dolores quos loquaces referunt? ibid. n. 101. & 102

Garulus ſimilis eſt vrbi vndequaque patenti, cap. 25. num. 169

Reliqua vide Dom. 3. poſt Epiph. & Dom. in Paſſione,& feria 3. poſt Dom. Paſſionis,& Dom. 10. poſt Trin.

## Feria II. poſt Dom. 3. Quadrag.

### *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Luc. 4.

Magnam indignationem Dei commemorat Chriſtus Dominus, quæ facta eſt temporibus Elię in Iſraël, quando clauſum erat cœlum annis tribus, & menſibus ſex, & facta eſt fames magna in omni terra; magnam quoque indignationis comminationem indicans, cum priuat aliquod Regnum, ſiue vrbem ſalutari doctrina, & ſapientia, cuius defectus omni fame corporali crudelior: Præſtantiam itaque & neceſſitatem ſalutaris doctrinæ commendabimus.

Duplex fames, & quomodo dicatur anima iuſti nunquam affligi fame, cum inter homines iuſtos etiam fames verſetur? c. 10. n. 25. & ſeq.

Chriſtus Dominus famem ſibi ipſi Magiſtram aptauit, n. 26. ibid.

Quali fame affligat Deus impios? ibidem, num. 28. & ſeqq.

Auarus ſemper fame vexatur, ibidem, num. 34. & ſeqq.

Auaritia fauces ſtringit, atque auarum comedere non ſinit, ibid. n. 35

Fames vocatur, luxuria, ſuperbia, & auaritia, ibid. n. 36 & ſeqq.

Doctrina omnium bonorum præſtantiſſimum quæ homini ab homine conferri poſſunt, capite 4 num. 6

Verba à ſapientibus audita, diligentiùs, quàm pecuniarum depoſita ſeruanda ſunt, ibid. n. 8

Quid magis ad ſpem percipiendæ ſapientiæ mentes erigit? ibidem, n. 12

Quid ſit poſſidere ſapientiam? n. 53. & ſeq.

Quid ſit ſapientiam ſibi coniugio adiungere? ibid. n. 56. & ſeq.

Quid ſit iter facere ſapientiæ? n. 64

Sapientibus olim dabantur coronæ, & alia inſignia, ibid. n. 74

Sapientia eos, qui eam amplectuntur, duplici corona coronat, & Reges facit, n. 77. & ſeq.

Vita animi in reſpiratione doctrinæ ſita eſt, ibid. n. 109. & ſeq.

Cur ſapientia tantopere extollat hominem, n 84

Sapientia dicitur theſaurus in corde defoſſus, & quomodo quęrendus, & quæ ſigna ad inueniendum eum? ibid. n. 208

Cur ſapientia diligenter inueſtiganda ſit? ibid. n. 213.

Vnde hoc nomen ſapientia originem ſumat, cap. 12. num. 2

Sapientia ditiſſimos reddit poſſeſſores, c. 3. n. 101. & ſeqq.

Cur cunctis Margaritis pretioſior ſit ſapientia? ibid. n. 105. & ſeq.

Veræ ſapientiæ finis, gloria apud Deum, ibidem, num. 113

Cur Cherubim, id eſt ſapientiæ cuſtodia paradiſi adſcribatur? ibid. n. 152

Cur ſapientia cum arbore vitæ, & non potiùs cum arbore ſcientiæ conferatur? ibid. n. 153

Doctrinæ puritas per profundam aquam ſignificatus, c. 20. n. 19

Quæ doctrina comprobari ſolet? n. 27

Doctrinæ affluentia in ore prudentis theſauro

comparatur, cap. 21. num. 93

Cætera quæ bene huc quadrare poſſunt, vide Dom. 2. Aduentus, & Dom. 1. poſt Epiph. & Dom. in ſexageſima. Et feria 3. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ.

## Feria III. poſt Dom. 5. Quadrageſ.

*Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.* Matth. 18.

Chriſtus Dominus, de correctione fraterna ritè inſtruenda & de vinculo Chriſtiano concordia confirmato, edocet, quo monentur fideles, vt ſe offendentibus veniam præſtent, de quibus diſſerendum eſt.

Correptio fraterna qualis debet eſſe? cap. 19. numero 72

Qui fratrem ſuum commonent; medicos imitentur, non hoſtes induant, ibid.

Tria ſunt quæ habent maximam vim ad morum correptionem, c. 20. n. 122

Quare iuuenes libenter correptioni & caſtigationi ſubeſſe debent? c. 19. n. 77

In diſſimiles mores, diſſimiliter animaduertendum, eſſe, ibid. n. 92

Etiamſi aliquis adeo obfirmatus & addictus ſit ſceleribus, vt nullis correptionibus erudiri poſſe ſperetur, non propterea impunis dimittendus erit, cap. 21. num. 53

In correptionibus quomodo procedendum? cap. 29. n. 3. & ſeq.

Qui correptiones reſpuit, facilè capitale ſcelus aliquod admittit, ibidem, n. 4

Vtilior longè eſt ea quæ ab hoſte procedit morum animaduerſio, quàm amici celantis delicta, cuiuſcumque familiariſſimi, c. 27. n. 24. & ſeq.

Correptiones quas amici dant emendationem morum ſuis familiaribus, vulnera debet eſſe fidelia, id eſt, non iniurioſa, c. 27. n. 34. & ſeq. Cætera vide feria 3. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ.

Qui memoriam iniuriarum ſæpiùs recolunt viam ad mortem ſibi ſternunt, c. 19. n. 31

Quare vulgus iudicat, æquo animo ferre iniurias, ſtultitiam? ibid. n. 29.

Occurrit dicendum contra quorumdam opinionem, qui turpe ſibi & ignominioſum putant, ſuſceptas lites, & contentiones, non vrgere, ac proſequi, cap. 20. num. 12

Acceptis iniuriis non iraſci, maximum ſapientiæ argumentum, c. 19. n. 3. & ſeq.

In vindicta non ſolùm externa, ſed etiam animi, decretum & propoſitum prohibetur, c. 20. n. 80

Illi qui malum nobis inferunt, beneficiis ſunt deuincendi, ibid.

Dum opprimeris ab aduerſario, expecta Dominum, & illum inſpice, non hominem à quo læſus eſt, ibidem, num. 81

Non poſtulanda, ſed expectanda vindicta à Deo, & quandiu? ibid.

Qui iniurias in aliquem iacit, ſemen fœcundum in terram vberem proiicit, c. 22. n. 39

Quomodo non contrariatur quod Paulus à Deo vindictam expectare iubet, Charitas verò expoſtulat, vt læſus de vindicta nihil cogitet? c. 24. n. 79. & 80.

Iniuriarum vindicta Deo relinquenda, nec per ſe, aut iudices humanos exquirenda, ibid. n. 87

Talionem hoſti reddere, non ſolùm charitati aduerſatur, ſed ipſi retalianti pernicioſum eſt, ibid. n. 117

Loco medicamenti, tormentum adducit conſcientiæ, qui ex hoſte vindictam ſumit, ibid. n. 118

Iniuria proximo illata, & expetita vindicta, quæ prius oblectabat primùm, poſt acceptam vehementer torquet animum, c. 25. n. 135



## Feria IV. poſt Dom. 3. Quadrag.

*Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum?* Matth. 15.

Vitioſos reprehenſores corripiens Chriſtus Dominus, ad mandatorum Dei debitam obſeruantiam nos admonet, & vt honorem Parentibus debitum exhibeamus præcipit, cordis infinitatem; vnde cogitationes malæ cæteraque crimina, quæ coinquinant hominem, conſcientiam commaculant, & ſcandalum pariunt, quo modo reprimendam oſtendit: De his ergo tractandum.

Præcepta Dei non ore, ſed corde conſideranda, voluntate amplectenda, memoria recolenda ſunt, cap. 2. n. 4. & ſeq.

Iubentur præcepta corde cuſtodiri, quia cor eſt fons vitæ, tam ſpiritualis, quàm corporalis, capite 3. num. 3

Qualem mercedem ob cuſtodiam præceptorum promittit Deus? ibid. n. 4. c. 19. n. 55

Præcepta debent inhærere cordi, & appendi ſupra pectus noſtrum, c. 3. n. 9. & ſeq.

Vt impleantur præcepta non eſt fidendum humanis viribus, ſed Diuinis auxiliis, ibid. n. 22.

Legum cuſtodia vitam animæ adfert, ibidem, numero 171

Quomodo cuſtodiendæ ſunt leges, atque præcepta Dei, ibidem? n. 174. & ſeq.

Deo inſeruire regnare eſt, ibidem, n. 177

Cur præcepta, & leges debeant dari compendioſè, & figuris ac parabolis inuolutæ, c. 6. n. 138

Præcepta debemus nobis præficere tanquam cuſtodias, ibid. n. 141

Cur præcepta Dei lucernæ comparentur? ibidem. n. 146

Cur oculis ſint ſimilia? c. 7. n. 6

Præcepta Dei vt pupilla oculi ſeruanda, ibid. n. 7. & ſeq.

Quid ſit præcepta digitis, aut manibus alligare? ibid. n. 17. & 18

Ex obſeruatione legis quidam annulus, qui eſt inſignæ nobilitatis, coaleſcit, c. 1. n. 26

Qui violant præcepta animam ſuam dehoneſtant, c. 5. n. 455

Qui mandata Dei obſeruat eſt tanquam murus fortiſſimus, c. 28. n. 33

Qui ex induſtria auertit aures ſuas, ne audiat Dei legem, & auditam impleat, huius orationem abominabilem ducet Deus, ibid. n. 44.

Duratio vitæ filiorum ex obſeruantia, & obſequio erga parentes pendet, c. 4. n. 41.

Non ſolùm præceptis, ſed etiam exemplis Ciconiarum inſtruuntur filij, vt parentes viribus effætos, more Ciconiarum alant, c. 17. n. 21

Magnum eſt nefas parentes contemptui habere, c. 30. n. 156

Filij nunquam poſſunt æqualem gratiam parentibus rependere, ibid. n. 156

Parentes Deorum ſimulachra, ac viuæ imagines dicuntur, ibid. n. 160

Pœna filiorum proteruorum, ibid. n. 161. & ſeq.

Cætera vide in hac materia Dom. 2. poſt Epiph. Et feria 6. poſt Dom. 2. Quadrag.

Cor noſtrum maiori diligentia debet aſſeruari, quàm aliquis theſaurus, c. 4. n. 177. & ſeq.

Cor noſtrum aſſimilatur Paradiſo, & ea cuſtodia aſſeruandum, qua Paradiſus à Cherubin, ibid. n. 181

Tribus modis præcipuè cor cuſtoditur: debet cuſtodiri, ſicut filius vnicus chariſſimus, debet ſeruari, ſicut reus in carcere, & quibus vinculis debeat ligari? ibid,

Cur duo habet oſtia, & quænam ſunt? ibid.
Virtutes ſunt cordis munitiones, ibid. n.184.
Cor vitæ fons & prima ſcaturigo, ibid. n. 134
Cordis ſinus duplex, & ab aliis triplex dicitur, & confertur cum fide, ſpe, & charitate, n.197
Ad interiora cordis penetrare, perdifficile eſt, c. 2. n. 85
Deus ipſe nouit ſimplicia, ac verſuta corda, cap.17. n. 14
Cordis cuſtodiam, ſeu murum, mulieris fabrica labefactauit, c.4. n.185
Quare cogitationes fluxæ in initio coercendæ, c.17. n. 66
Mala cogitans eſt ſicut lutum in manu figuli, ibid. n. 84
Radix malarum cogitationum vnde, & vnde etiam ſtrangulantur? c. 24. n.30
Quare cogitatio tanta vi hominem ad peccatum protrahit? ibid. n.31
Stulti quibus operis perpetrandi copia non eſt, ſola animi cogitatione delinquunt, ibid. n.32
Quarum cogitationum homo, Dominus dici poteſt? ibid. n.28
Differentia inter cogitationem, quæ ex Deo, aut ex diabolo, aut ex nobis quomodo cognoſcitur? ibidem.
Sicut matrimonium pactum ſolui difficile eſt, ita etiam homo peſſimæ cogitationi addictus à ſuſcepto conſilio reuocari vix poteſt, & ex mala vxore, cogitatione nimirum, infœlix partus oritur, ibidem, n. 29. & ſeq.
Omnis cogitatio cùm inſtabilis ſit, ideo neceſſe eſt, vt pluribus aliis conſultis decernatur, c.20. n.65

## Feria V. poſt Dom. 3. Quadrag.

*Surgens Ieſus de Synagoga, introiuit in domum Simonis.* Luc. IV.

Recenſet Euangeliſta benignam viſitationem domus Simonis, quæ plena erat anguſtiis ob febrim ſocrus, quam ſuo imperio Chriſtus abegit, aliorumque multorum, manus impoſitione, langores, & infirmitates curauit? Occurrit dicendum quid per manum in ſcriptura intelligatur.

Manus Dei extenſio, vel eleuatio in ſacris literis, multa ſignificare ſolet;
Aliquando indulgere, & vltro opem ferre, cap. 1. n.145. & ſeq.
Aliquando beneficia conferre, ibid. n.247
Aliquando prouocare ibid. n.250
Aliquando minas intendere, ibid. n.252
Aliquando punire, ibid. n.253
Aliquando iurare, aliquando pacem ferre, ibidem, n. 254
Aliquando orare, ſeu preces fundere, ibid.
Aliquando ſilentium impetrare, ibid. n.255
Aliquando ſumitur pro ſupplicio, c.11. n.1
Deus aliquando manu dextra, aliquando ſiniſtra, merita compenſat, c.3. n.129
Mos fuit in Eccleſia, & adhuc à multis obſeruatur, ſacerdotem, manu ſupra caput extenſa, abſolutionem peccatorum impartiri, c.1. n.246

## Feria VI. poſt Dom. 3. Quadrag.

*Venit Ieſus in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, Mulier da mihi bibere.* Ioan. 4.

Proponitur ſalutifera concertatio mulieris Samaritanæ cum Chriſto; Cuius rei gratia de mulierum proprietatibus, ſagacitate, curioſitate, tam ad bonum, quàm ad malum promptitudine diſſerendum.

Quare olim mulieres circulos aureos à fronte vſque ad naſum ſuſpendebant? c.11. n.106
Cur ad mulierem gubernandæ domus cura maximè pertineat? c. 15. n.5. & 6
Tota illarum Philoſophia eſt œconomia, ibidem, n.2. & ſeq.
Quantum fœminæ verba mollia, & blandimenta poſſint? c.2. n.140. & ſeq.
Riſus & immodeſti geſtus fœminæ ſunt quaſi venenum, ibid. n.142
Verba mulieris in cuius animam ſemel deſcenderint, difficilè ad modum inde extrahuntur, n.143. ibid.
Fœminæ eximiæ dolorum artifices, & architectæ, & nihil doloſius fœmina, c.5. n.9
Cur fœmina fallax ingenium, tot dolos moliri natum eſt, ibid. n.11.
Mulier impudens multis nominibus mala dicitur, c.6. n.149
Mulier impudica optimè igni aſſimilatur, ibidem, n.170. & ſeq.
Duplex conditio mulieris, altera ſublimis, infima altera, & ab vtraque cauendum, ibid. n.173
Mulier impudica ſui comparatur, c.11. n.102
Mulier quare ſepulchrum dicitur? c.23. n.115.
Cætera in hac materia vide Dominica 2. poſt Epiphaniam.

## Dominica IV. Quadrageſimæ.

*Sequebatur eum multitudo magna.* Ioan. 6.

Proponitur lætum & amœnum conuiuium, in quo Chriſtus de quinque panibus, & duobus piſcibus illam ingentem multitudinem, quæ illum etiam cum ſuo diſpendio corporali, ob amorem virtutis, ſecuta eſt; De cuius nobilitate agendum eſt.

Virtuti proprium eſt, vt his, qui eius deſiderio ardent ſe ſe amicè inſinuet, c.8. n.148
Virtus eſt origo omnium bonorum, ibidem, numero 199
Cur virtus ſeu ſapientia dicatur in fortioribus loqui, ibid. n. 7
Vbi virtus eſt quærenda? c.3. n.4.
Virtutis exordia cum aurora, profectus cum diei progreſſu, beatitudo cum meridie componuntur, c.4. n.134 & ſeq.
Virtus ab omni voluptate animum amouet, cap.7. n. 30
Quomodo amiſſa virtus debeat recuperari? cap.8. num. 4
Cur virtus illi, qui ipſam diu contempſit, ac deriſit, difficilis ſit ad inueniendum? c.14. n.26
Virtus ſmaragdo comparatur, c.24 n.95
Diuerſæ virtutes diuerſis margaritis & coloribus aſſimilantur, c.3. n.105. & ſeq.
Quanta ſit virtutis pulchritudo, & quomodo intus pulchritudinem ſuam abſcondat? cap. 2. num. 88. & ſeq.
Virtus pulchritudinis idea, & quantum ad honeſtatem ſectandam valeat illius pulchritudinem intueri? ibid. n.91. & ſeq
Quomodo viæ virtutis dicantur pacificæ, cum inter duo extrema ſibi oppoſita verſetur? c.3. n.140. & ſeq.
Quantæ irriſioni ſubiaceat virtus? to.1.p.27. n.247
Quis ſit ille currus, quo virtus in animam inferenda eſt? c. 4. n. 66
Quare currere & non pompaticè ingredi oporteat in via virtutis? n.95. & ſeq, ibidem.

Cur per viam virtutis currentes laſſitudinem non ſentiant? ibidem num. 93. 98. 99. & 100.

Prouentus virtutis alius ſine induſtria, alius cum induſtria, num. 200. cap. 8.

Seria exercitatione opus eſt, vt virtus animæ inſigatur, num. 20. cap. 15.

Quare virtutes continuandæ, cap. 18. num. 34.

Quæ gratiæ dicuntur Virgines, & quomodo fiunt meretrices, ibid. nu. 36.

Virtutes ſunt connexæ, & concatenatæ, ibidem. num. 60.

Virtus quælibet habet ſuam ſpeciem ſeu pulchritudinem diſtinctam ab alia, ibid. num. 86.

Quæ virtutes per profundum, altum, latum, & longum ſignificantur, cap. 19. num. 30.

Difficiles ſunt ad omnem diſciplinam aditus, ſed ad honeſtatem, & virtutem imprimis, cap. 23. num. 77. & 78.

In auribus ſunt quædam virtutis ſemina, nam quoſdam ſonus virtutis deterret, alios verò allicit, ibid. num. 79.

Anima ſaturata virtute & honeſtate, faſtidit etiam dulcia, ille verò quem fames probitatis vrget, etiam amara, aſpera, cum voluptate deuorat, cap. 27. nu. 40. & ſeq.

Qui ſuopte ingenio ad virtutem pendet, atque adeò quamlibet eius exercendi occaſionem arripit, beatus erit, omniaque illi ex animi ſententia cedent, cap. 22. num. 45.

Cætera vide Dominica 2. Quadrageſimæ.

## Feria II. poſt Dom. 4. Quadrag.

*Propè erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, & inuenit in templo vendentes.* Ioan. II.

Vide Dom. 1. Quadrageſimæ. Et feria 5. poſt Dom. 1. Quadrageſimæ. Et Dom. 13. poſt Trinit.

## Feria III. poſt Dom. 4 Quadrag.

*Iam die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat:* Ioan. VII.

Tanta eſt ſapientiæ excellentia atque dignitas, vt etiam hoſtes, qui ſua improbitate & peruicacia aduerſus Chriſtum inſurgebant, authoritatem doctrinæ illius mirentur; quorum multi crediderunt in eum, multi in ſua cæcitate permanentes, manus violentas in eum emittere tentarunt: ſapientiæ igitur dignitatem, & enormitatem cæcitatis animi, & prauæ conſcientiæ oſtendemus.

Sapientiæ multiplex acceptio, & deffinitio, c. 1. num. 57.

Sapientem eſſe Regium eſt, ibid. num. 58.

Quomodo ſapientia ſit aduocanda, cap. 2. num. 20. & ſeq.

Sapientia eſt quid remotum ab hominibus, qui ſunt expertes illius, eſt quid maximi pretij, ac demum arcanum & occultum, ibidem. num. 23.

Quales homines requirantur ad poſſidendam ſapientiam, ibid. num. 25.

Taliscura & ſolicitudo in paranda ſapientia adhiberi debet, qualem auarus homo in comparandis diuitiis ponere conſueuit, ibidem. num. 27. & ſeq.

Quomodo ad eundem modum veram ſapientiam exquirere oporteat, ſicut venas auri in viſceribus terræ, ibidem, num. 33. & 34. & ſeq.

Cur ſapientia, & quomodo celari debeat, c. 10. n. 213. Tom. 1.

Sapientia licet in animo ſit, tamen extra lucet, & ſe prodit, & ex facie dignoſcitur, cap. 17. num. 95. 96. & 101.

Sapienti omnia, id eſt totus mundus obedit ibidem. num. 23.

Qua ratione diuitiis ſapientia acquiritur, ibidem. num. 71.

Sapientia quæ moribus non exprimitur vmbra eſt, cap. 18. num. 6.

Sola ſapientia diuites facit, cap. 19. num. 2.

Sapientes à Platone multoculi appellantur, ibid. num. 4.

Sapientia Salomonis probata per Reginam Sabam, & Hyrcanum Regem Tyriæ quomodo, cap. 22. num. 116.

Sapientiæ parandæ gratia, Philoſophi facultates, & fortunas libenter dimiſerunt, cap. 23. num. 108.

Sapientia pro probitate & virtute in ſcriptura ſumitur, cap. 24. num. 3.

Prima ſapientia eſt, vita honeſta, cap. 28 num. 35.

Duplex hominum genus qui ad ſapientiam peruenire non poſſunt, cap. 24. num. 22.

Quæ vota potiora ſunt ſapientis, cap. 17. num. 94 & ſeq.

Cætera vide feria 2. poſt Dom. 3. Quadrag.

De enormitate cæcitatis animi, & prauæ conſcientiæ, vide Dom. in Quinquageſima. Et feria 6. poſt Dom. 1. Quadrag. & feria 2. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ.

## Feria IV. poſt Dom. 4. Quadrag.

*Prætериens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate.* Ioan. 9.

Illuſtre miraculum de cæco nato, & mendico quem Chriſtus viſu donauit Euangelium tractat, & modum, quo id fecerit exponit; videlicet expuit in terram & fecit lutum, & liniuit oculos eius, & vidit cæcus: Cæcus eſt omnis peccator, lutum eſt tribulatio, quæ aperit oculos & ad Chriſtum adducit: De qua materia vide Dom. 3. poſt Epiph. & Dom in Quinquageſima. Et feria 5. poſt Dom 1. Quadrageſimæ, & in feſto S. Iacobi Apoſtoli.

## Feria V. poſt Dom. 4. Quadrag.

*Ibat Ieſus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ.* Luc. 7.

Dux & author vitæ Chriſtus Dominus, qui ſolus poteſt viuificare, & ſaluare, prædicandus eſt, qui (ſicut Euangelium declarat) miſericordia motus, ſuper viduæ orbitatem verbo & nutu ſuo effecit, vt adoleſcens mortuus, matri ſuæ viuus & incolumis reſtituatur: Occaſione iſtius de flore iuuentutis, & adoleſcentum conditionibus tam bonis, quàm malis; ſecundo de morte tractandum.

Duo ſunt quæ adoleſcentes à perpetrandis flagitiis deterrent, cap. 1. n. 183.

Quare adoleſcentia æſtati conferatur, cap. 10. n. 91. & ſeq.

Pueritiæ exercitationes nonnunquam diſſident, & alienæ ſunt ab actibus poſterioris ætatis, capite. 20. num. 38.

Aliquando tamen futuræ vitæ ſemina in pueris demonſtrantur, ibid.

Quæ ſunt bonæ indolis ſpecimina in iuuene, ibid. num. 38. & ſeqq.

Pueri quomodo & quando inſtituendi, c. 3. n. 75. & ſeqq.
Cum pueris ſicut cum ſeruo ebrio agendum eſt, cap. 11. num. 86
Quare puer magis virgam, quàm lenia verba curat, ibid.
Ante maturitatem aliquem laudare vituperium eſt, cap. 27. num. 71.
Fieri, poteſt, vt iuuenes, qui intemperanter priùs vixerunt, poſtmodum in virili ætate, deterſis vitiis, vitam ſuam ita componant, vt nullum in illis priſtinæ improbitatis veſtigium relictum ſit, cap. 20. num. 110.
Duo ornamenta Reipublicæ, quæ ipſam decorant, iuuenile robur, & ſenum conſilium, & experientia, ibid. num. 115. & ſeqq.
Quantum tempori ſiuuenem in ludis, atque iocis ponere permittendum ſit, cap. 1. n. 138.
Prauos mores iuuenum cunctis corripere, & incuſare licet, ibid. num. 139.
Summæ laudi vertendum eſt adoleſcenti, cuius pater maturiùs deceſſit, ſi ſapiens & honeſtus euaſerit, cap. 4. num. 13.
Adoleſcens in iuuentute corruptus, nihil diſſidet à frumento vredine vitiato, cap. 10. num. 99.
Iuuenes ſemper indigent præceptore aſſiſtente, & quomodo hac ratione dicuntur cœlos imitari, cap 15. num. 135.
Quàm difficile ſit adoleſcentis mores cognoſcere, & aſſequi, cap. 30. num. 185.
Nihil mirabilius quàm mores maturi in procaci iuuenis ætate, ibidem. num. 186.
Nihil velociùs tranſit quàm vita adoleſcentis, ib. n. 187. & ſeq.
Iuuenum ſtudia & cupiditates, in vitia pronæ atque labiles, ibidem. num. 194. & ſeq.
Nemini amara & acerba mors magis eſſe ſolet, quam iuueni intemperanti, cap. 1. num. 190.
Mors iuſtorum cum ſomno iucundiſſimo comparatur, cap. 3. num. 192.
Mors iuſti ſomnus eſt temperatus, peccatoris verò obitus lethargus potiùs appellari debet, ibid. num. 194.
Differens mors iuſti & impij, cap. 10. num. 293.
Quænam ſint quæ homini ingratam, & amaram reddunt mortem, cap. 3. num. 195.
Mors homini malo nociua eſt, ſicut ſomnus febri laborantibus, ibid. num. 196.
In obitu iuſti cuncti dolent, cap. 11. num. 42.
Mors impiorum acerba, cap. 35. num. 5.
Diuitiæ morientibus multum obſunt, cap. 10. num. 13.
Quomodo diuites, & opulenti duplici morte moriantur, ibid. num. 14. & 15.
Nihil magis hominum mentibus diuitiarum contemptum ſuadet, quàm memoria, & certiſſima expectatio mortis, ibid. num. 18. & 19.
Qualis mors impij, ibidem. num. 293.
Impius ſimilis tempeſtati & frigido vento, ibid. nu. 295. 296. & 297.
Quantis pœnis Deus impios poſt mortem affligat, c. 11. num. 144.
Impij inuitè mortem obeunt, iuſti è contra, c. 2. n. 178. & ſeq.
Ex ſomni repræſentatione in cognitionem mortis venimus, cap. 5. num. 198.
Cur iuſti dicantur quietè & iucundè dormire, ibid. num. 188.
Quid ſit ſomnus ſanctorum, ſiue iuſtorum, ibid. n. 189. & ſeq.
Somnus aſſimilatur morti, contemplationi, ibid. num. 191.
Impiorum ſomnus dulcis eſt, poſtquam ſcelera perpetrauerint, cap. 4. num. 118.
Quare nouiſſimorum iugis debet eſſe memoria, c. 23. num. 95.
Solemne olim apud veteres fuit, cùm aliquid infauſtum acciderat, ſemetipſos lanceolis incidere, & præſertim in funeribus, cap. 26. num. 26.
Religioſum valde fuit olim arenam grauem, aut ſaxa ingentia cadaueribus non imponere, & quare, cap. 27. num. 17.
Mortis meditatio ad quid valet, cap. 17. num. 10.
Mors & vita in manibus linguæ, quomodo, cap. 18. num. 76.
Mors ſpiritualis ab intemperantia linguæ oritur, ibid. num. 82.
Morte præcoci rapiuntur filij, qui parentes offendunt, cap. 20. num. 73.
Per celerem aquilæ volatum in ſcripturis notatur breuitas vitæ, cap. 23. num. 53.
De morte iudicium facit Deus, ſicut Salomon inter duas matres, num. 85.
A morte liberare interceſſione, vt clementiori ſententia puniatur reus, de quibus intelligitur, cap. 24. num. 46.
In morte diues & pauper obuiant ſibi, cap. 22. n. 8.
Vermis conſcientiæ arcetur mortis ac funeris aſſidua meditatione, cap. 25. num. 130.
Contra aculeos peccati nullum præſentius remedium, ibid.
Per portam quid ſcriptura intelligit, cap. 24. nu. 23. & ſeq.

## Feria VI. poſt Dom. 4. Quadrag.

### *Erat quidam languens Lazarus in Bethania.* Ioan. 11.

Magnum miraculum, illúdque vnum omnium ferè præſtantiſſimum Chriſti Saluatoris, qui Lazarum iam quatriduò mortuum, & fœtere incipientem, verbo è ſepulchro euocat, & rediuiuum ſororibus reddit. Lazarus ſecundùm omnes repræſentat peccatorem, qui à peccato, tanquam à morte, per Dei gratiam reſuſcitatur: Ideo de propoſita materia vide Dom. in Quinquageſima. Et feria 6 poſt Dom. 1. Quadrageſimæ, & in feſto S. Mariæ Magdalenæ.

## Dominica in Paſſione.

### *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioan. 8.

Euangelium proponit Iudæos maleuolos, qui poſt tot accepta, ac tanta benefacta, perfractis animis, maledicis linguis, ac cruentis manibus contra Chriſtum ſe totos immaniter armare non verentur: iſti Iudæi repræſentant nobis maledicos homines, qui pro omni occaſione, tam bona, quàm mala in proximos ſuos, & in famam eorum linguas pernicioſas vibrant, ac illos in bono nomine vulnerant; de quibus agendum.
Chriſtus Dominus propter ſimplices, & innocentes mores cerui nomine exprimitur, quia his ſe mira ſimplicitate iungebat, à quibus ei parabantur inſidiæ, cap. 5. num. 119.
Quomodo Chriſtus dicatur petra, in qua ſerpens nulla veſtigia reliquit, quamuis multoties auſus ſit ipſam aggredi, c. 30. n. 196.
Chriſtus præſtantiſſimum virtutum exemplar ſeſe omnibus præbuit, cap. 8. num. 148.

Cur detractio dicatur peſtis, cap.4.num.201.
Detractio ſimilis ſerpenti, ibid.num.206.
Detractores vocantur Diotrephæ, cap.9.n.172.
Quomodo detractores famam aliorum lacerare ſoleant, cap.13.num.113.
Detractores dicuntur vomitu laborantes, cap. 15. num.121.
Detractio eſt ſignum certiſſimum maligni, cap.17. num.15.
Verba detractorum ad Manna, quod olim cœlitus defluebat, conferuntur, ibid.
Detractores aſſimilantur Lyræ & Citharæ, ibid. n. 85.& ſeq.
Quare Deus permittit puniri quoſdam lingua ſuſurronis, ibidem.n.17.
Detractores diſſociant amicos, ibidem.n.41.
Linguæ vitium ſordidum, ibid. num.64.
Quare verba detractoris non vulnera, ſed quaſi vulnera, nu. 29.cap.18.num.31.
Quam ſpeciem aſſumit detractor, vt fortiùs detrahat, ibid.num.32.
Detrahentes prælatis, Epiſcopis, &c. ſimiles ſunt ſpinis, quibus Chriſti caput milites confixerunt, ibid. num.32.
Quidquid homo procaci ore admiſerit, luet tandem, ibid.num.74.
Sicut acres fructus, & immaturi ventriculum onerant, ſic verba impia, adulatio, detractio, ſuſurratio conſcientiam, ibid.cap.20.num.45.
Qui malum oris rictum habent, ſunt loquaces, & ad canes referuntur, his duo eſſe vitia, arcana detegere, & ſemper aliquid addere, ibid.num.69.
Quem facilè ob leuitatem animi quæſtus mouet, vt modo hæc, modo illa pronuntiet, ex cors eſt, & ſine mente, cap.21 num.29.&32.
Æquum eſt, ne ore illo quo Chriſtum ſumpſiſti, verba obſcœna & detractoria effutiaris, cap.21.num. 19.
Qualem lætitiam obtrectatores maledici haurire ſolent? cap. 15. num.144.
Lingua detrahens cum nube imbrifera aptè confertur, ibid.num.148.
Detractiones non aliter alere rixas, iras, quàm ligna ignem, ita vt illis additis inflammari, eiſdem ſublatis, conſopiri diſcordias certum ſit, cap.26. nu.117. & ſeq.
Quæ ſint hominum ad crimina & calumnias imponendas procliuium conditiones, cap.30.num.9.
Cætera quæ huic materiæ ſeruire poſſunt vide quę annotauimus de lingua maledica, Dominica 3. Quadrageſimæ. Et feria 3. poſt Dom. Paſſionis. Et Dom. 10. poſt Trinit.

## Feria II. poſt Dom. Paſſionis.

*Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum, & quæretis me & non inuenietis.* Ioan. 7.

Oblatam temporis opportunitatem ad benefaciendum numquam dimittendam ſuadet Saluator, qui ſeſe offert Principibus & Phariſæis quærendum & inueniendum, ſub breui illo temporis ſpatio; illi contrarium præſtant, vt ipſi Chriſto de illis tam bene meraenti parent exitium, & perfidè obmurmurent, fontémque ipſum aquæ viuæ derelinquant: Occurrit materia de temporis pretioſitate, quod nobis offertur ad pœnitentiam, & de pœnitentia, quæ eſt ſalutaris aqua à Chriſto Domino profluens, tractanda.

Temporis opportunitas non omittenda, nam vana admodum præſumptio, de re valde incerta ac mobili, tanquam de certa conſtantique ſibi polliceri, c. 27.n.1.&2.
Dubium certè & anceps, an rei peragendæ nata, & accommodata occaſio ſeſe cras offerat, an potius accidentia impedimenta, omnem rei præſtandæ poteſtatem & copiam irreptura ſint, ibid. num.3.
Sicut in partu omnia ſunt incerta & ambigua, ſic de craſtino nullis argumentis certò deprehendere licet. ibid, num.4.
Tanta rerum eſt mobilitas, vt homo neſciat quæ in craſtinam diem pendent, proſpera ne futura ſint, an aduerſa, ibid.
Fruſtra in craſtinum aliquid inſipienter promittendum, cum neque illud nobis compertum ſit, quid demum vel hodie ſumus facturi, ibid.num.5.& ſeq.
Vita hominis nauiganti ſimilis eſt, cap. 30. num. 189.
Eadem, aquilæ volanti, & ſerpenti ſupra petram reptanti comparatur, ibid.nu.190.
Quanta breuitas humanæ vitæ oſtenditur, cap. 12. num.31.
Puræ pœnitentiæ ad animum extergendum vis & poteſtas; nam cùm mens humana ſuorum criminum ob nimium libidinis æſtum mirum in modum tenax ſit, illam ad reſpuenda ſponte peccata pœnitentiæ motus confirmat, cap.26.num.92.
Pœnitentiam agens erroris admiſſi, hæc membra punire debet, quæ detrimentum ei attulerunt, ibid. num.27.
Admiſſa plangere, confeſſa ſic proijcere debemus, ne ad eaſdem nequitias, quæ deprimebant mentem recurramus, ibid. num.89 90.& ſeq.
Confeſſionis ac pœnitudinis proprium, vt diuinæ indignationi vices eripiat, & dum homo in ſeipſum ſæuit, ac ſeipſum teſtimonio ſuo damnat, iram Dei præuertens, nihil huic iræ peragendum relinquit ca. 28.num.65.
Multi ſunt qui nullo arguente ſe, peccatores ſe confitentur; cùm verò de culpa ſua fortaſſe fuerint correpti, defenſionis patrocinium quærunt, ibid. n. 66.
Mos erat antiquorum poſt effuſionem ſanguinis, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, antequam ad aliorum conſortium venirent, vel quidpiam aliud facerent, manus aqua lauare: ſic Chriſtianus debet, &c. ibid.num.96.
Vnde efficaciam habeant lacrymæ pœnitentium, c. 20.nu.102.
Cætera quæ conducunt ad hanc materiam vide feria 4. poſt Dom. 1. Quadrag.

## Feria III. poſt Dom. Paſſionis.

*Ambulabat Ieſus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare.* Ioan. VII.

Quàm peruerſum eſt iudicium mundanorum vt de iuſtis ac piis hominibus, tum etiam de amicis aliquando ex remiſſione amicitiæ ſiniſtrè iudicare non vereantur? Offert ſe materia dicendi de iudicio malignorum, & de imperfecta amicitia amicorum.

Qui alienam culpam reprehendit, ab illa ſemper debet eſſe immunis, c.13.n.36.
Qui alium temerè iudicat, contemptibilem ſe reddit, ibid.n.58.
Iudicans temerè alios, ſpecialem legi iniuriam irrogat, ibid.n.59.
Quomodo illuſor ſolus dicatur portare mala, cum multos probris afficiat, c 9.n.207.
Quare fugiendum iudicium temerarium, c.17.n.70.

Qui virtutis vocabula vitiis tribuunt, & è contra, quibus aſſimilantur, ibid.

Qui aliorum delicta ſeuerè nimis ac rigidè capit ac inculat, cùm ipſe etiam culpa non vacet, vtique eadem virga qua alios quatit, ſeipſum percutit, cap 22. n.43.

Quare impius alios impios, & malos eſſe iudicat, c. 18.n.8.

Aliquando mali omnes malos, & iuſti ſæpius ſe ſolos bonos iudicant, ibid.n.9.

Qui labe aliqua aſperſi ſunt, alios ſimili labe infectos exiſtimant, ibid.n.8.

Cætera vide Dom. 3. Quadrageſimæ. Et Dominica Paſſionis.

Ex quibus capitibus tempus amicitias labefactare ſolet, c.17.n.76.

Amici & fratres debent eſſe ſicut lances in ſtatera, ibid.n.77.

Exemplum amoris fraterni de milite, qui ignorans fratrem ſuum occidit, ibid.

Fortuna ſecunda conciliat amicos, ibid.n.78.

Mos antiquorum amicitias confirmandi, ſciphum mixto vino plenum. inuicem ſibi dabant, cap.9.n.91. c.25.n.142.

Quomodo intelligendum, qui vult recedere ab amico, occaſiones quærit, cap.18.n.3.

Quod malum patitur qui fœdera amicitiæ rumpit, ibid.

Quare aliquis priſtinos amicos relinquit? Tom.ib. n.4.

Quomodo Chriſtus vitam noſtram prætulerit ſuæ, ibid.n.32.

Amicus frequenter re & opere maiorem gratiam exhibet amico ſuo quàm frater fratri, cap.18.n.94.

Quare firmius vinculum amicitiæ, quàm fraternitatis eſſe dicitur, ibid.

Qui ad amicitiam colendam inepti, c.19.n.16.

Ad vnitatem amoris adducuntur fideles, & quid diſſoluit hanc vnitatem, ibid.n.101.

Amicus fidelis eſt pes, manus, oculus &c. amico; infidus verò dens putridus, & pes laſſus, cap.25.n.92. & ſeq.

Præferenda amicitia illa, quæ amico ſuo errores manifeſtè obijcit, atque exprobrat; quàm illa, quæ diſſimulat, ac contegit delicta, cap.27.n.28.

Plagæ quas amantium obiurgatio infligit pulchrę ſunt; ita vt non tegi, aut diſſimulari, ſed oſtentari potius debeant, ibid.n.35.

Amici magno pretio habendi, quia eorum ſermones, conſilia, vnguentis pretioſiſſimis iucundiora, n.53.

Non ſolùm eorum amicorum, qui ſapientia & ingenio valent, ſed etiam eorum, qui inerudìti & ſine arte ſermones ſuos accommodant, conſilia ſeruanda, ibid.n.56.

Amicum cuius fides, & gratia probata arctiùs tibi obſtringe, ibid.n.58.& ſeq.

Amicus blanditijs & aſſentationibus cum amico vtens, non amicus, ſed hoſtis æſtimandus, c.29.n.23.

Cætera ad hanc materiam ſpectantia vide feria 6. poſt Cineres de bono & ſimulato amico.

## Feria IV. poſt Dom. Paſſionis.

*Facta ſunt Encenia Hieroſolymis, & hiems erat.* Ioan. 10.

Summo odio, & iniquiſſimo iudicio ad Chriſtum perſequendum impulſi, quid de Chriſto ſentiant, etiamſi veritatem certiſſimis operibus comprobare videant præ inuidia dicere nolunt, ſed ſuo more recedunt ad blaſphemias, paulò poſt etiam in Meſſiam ſuum apertè ſæuituri; Perſonam gerunt ſuperborum (qui & ſtulti in ſcriptura dicuntur) præ faſtu, & inflatione, reſpuentium ſalutarem doctrinam, de quibus diſſerendum.

Stultus peſſimus interpres operis alieni, cap. 14. n.35.

Quid nomine ſtulti ſcriptura intelligit, cap. 17. n. 28.& ſeqq.

Stultus ad quemlibet vitioſum hominem in ſcriptura aſſumitur, cap.18.n.5.

Quare in vrſum incidere ſatiùs, quàm in ſtultum, cap.17,n.45.47.& 49.

Quomodo vincitur ſtultus à ſapiente, ibid.n.49.

Qualiter ſtulti corripiendi, ibid.n.42.

Stultus minimè doctis eruditionibus per mouetur, ſed potiùs imperitis acquieſcit, cap.18.n.7.

Stultus & imprudens agro ſimilis dicitur, cap. 24. n.138.

Difficile eſt homini ſtolido inſipientiam excutere, & illum ad prudentiam informare, c.27.num.124. & ſeqq.

Stulto & ſcelerato nunquam fidendum eſſe, & quare infideles, & fidefragi cenſendi ſunt, cap.17.n.32.

Quare malum eſt ſtulto naſci, ibid.n.87. ibid.

In quibus deſideria & affectus ſuos collocant ſtulti ibid.n.94.

Stultitia ex facie dignoſcitur, ibid.n.96.

Qua ratione ſtultus ſapientiam comparare poſſit, ibid.n.71.

Diuitiæ quare ſtulto nociuæ, ibid.

Stulti volunt videri ſapientes, cap.18.n.2.

Stultus quo in loco & quali ſocietate ſæpiùs inuenitur, ibid.n.26.

Pœna ſtultorum qualis, ibid.n.28.

Stultus hominem improbum ſignificat, qui ante Dominum ſiſtendus erit, & conuictus racebit, c. 24, n.21.

Proprium eſt ſuperbis & infidis amicis, alios verbis ſuis de faſtigio deponere, vt inde ipſi ſupercilium attollant, c.20.n.45.

Superborum ingenium ad contumelias & probra ſemper promptum eſt.c.21.n.23.

Superbia & arrogantia quare peſtis dicitur, ibid. n.105.

Superbus quare ſimilis Philoſopho Aſtrorum ſpeculatori dicitur, cap.22.n.79.

Superbiæ comes contumelia, & exprobratio, cap.1. n.12.& ſeq.

Superbia & faſtus, ſuperciliorum elatione & motu proditur, c.30 n. 100.& ſeq.

Superbia nobilitati agnata eſt, ibid.n.103.

Ob generis claritatem, & progenitorum ſplendorem extolli, non leue filiorum vitium eſt, ibid. n.104.

Nobilitatem in virtute conſiſtere, præſentiſſimum remedium ad ſanandos ſuperbos animos, ibid. num. 105.

Plura de ſuperbia vide Dom. 1. Quadrag. Et Dom. 9. poſt Trinit.

## Feria V. poſt Dom. Paſſionis.

*Rogabat Ieſum quidam de Phariſæis, vt manducaret cum illo.* Luc. 7.

Proponitur in Euangelio conuiuium duplex ad quod Chriſtus inuitatus erat; vnum Phariſæi ſuperbi forinſecùs laudandum, ſed intrinſecùs deteſtandum; nam porrigit panem foris, & in corde ſiniſtrè iudicat Chriſtum innocentem, & mulierem pœnitentem: Alterum peccatricis intùs & extra ſpeciem

vere pœnitentis gerentem, ad pedeſque Chriſti iacentem, oſcula, lacrymas, & alia pietatis munera exhibentem, quod conuiuium Chriſto erat multò carius ac iucundius: Et cum dupliciter depingitur, Primò in forma peccatricis, ſecundò in forma pœnitentis; ideo primò de ſtatu damnabili peccatricum, & cum ipſis familiaritatem habentium; ſecundò de pœnitentia ab exemplari pœnitentiæ agendum.

Et cum de oſculis mentio fiat in Euangelio, breuiter præmittendum, quid per oſculum ſcriptura ſignificet & vnde ortum ſumpſerit, cap.24.n.110.&111.

Mos erat Regum aliis deoſculandas manus deferre, tamen Regni proceres, ac ſupremos Magiſtratus labiorum oſculis excipiebant, ibid.n.114.

Signum gratiæ & beneuolentiæ oſculum apud Reges, ibid.n.116.

Oſcula ſummæ beneuolentiæ ſigna ſolent nonnumquam ex fraude libari, c.27.n.36.

Quælibet meretrix poteſt appellari extranea, quia olim apud Hebræos extra vrbem degebant, cap. 2. n.140.

Ratio viuendi meretricis ad amorem deducit æternum & temporalem, ibid.n.153.&ſeqq.

Nullus animi tantus rigor, quem meretricis vox non emolliat, & quàm breui tempore dulcedo iſta accepta fugit, c.5.n.18.&ſeqq.&c.8.n.74.

Colloquia fœminea præſentiſſimam mortem afferunt, c.5.n.25.

Oſcula meretricum venenum, illiuſque oſculi ictus lethalis, meretrix veneno lethalior, ſimilis gladio bicipiti, & vocatur Scylla, ibid.n.29.30.33.37.39.&67

Quanta ſit feritas meretricum, & quomodo plagæ quas infligunt ſunt inſanabiles, ibid.n.58.&60.

Quantis malis propinquitas fœminarum expoſita ſit, & quanta dedecora ex illarum illicito congreſſu eueniant, ibid.n.51.&53.c.21.n.49.&50.&c.

Pulchritudinis mulieris quantum ſit robur & quibus modis vincendum atque ſuperandum ſit, c. 6. n. 151.& ſeq.

Quàm fortes rigidaſque mentes vis pulchritudinis mulieris domauit, ibid.n.156

Cur oculi in oculos intuentes luxuriam excitare ſolent, ibid.n.157.

Quomodo fœminæ laſciuo intuitu animos iuuenum demulcere ſoleant, & quàm mira vis in oculis ſcorti, ibid.n.160.&161.

Non tantùm actus, ſed commercia & colloquia cum mulieribus vitanda, ibid.n.179.

Pulchritudo laſciuæ mulieris aureo monili naſo ſuis pendenti ſimilis dicitur, c.11.n.104.&ſeq.

Meretrices & ſcortatores, publici peccatores appellantur, c.5.n.85.

Quid inter ſit inter meretricem & adulteram, c. 6. n.162.&ſeq.

Meretricibus in pretium turpitudinis panes dare apud veteres in vſu erat, ibid.n.167.168.&ſeq.

Meretrices habitu & veſtitu à nuptis & virginibus diſcerni debent, c.7.n.38.&39.

Quali habitu meretrices, aut nuptas in adulterio comprehenſas Romani induebant, ibid.n.40.

Cur meretrix cani aſſimiletur, ibid.n.50.

Nihil robuſtius vultu fœminæ impudentis, ib.n.54.

Quomodo meretrix lupæ, iuuenis verò ſequens illam, agno laſciuienti comparatur, ibid.n.81.&ſeq.

Acquieſcere ſermonibus vel precibus meretricis, vulnus inſanabile atque mortiferum, ibid.n.79.

In aliis congreſſibus victores, in concertatione libidinis victi, ibid.n.98.&ſeq.

Rapido fluuio ſimilis eſſe dicitur meretrix, c. 9. n. 21&ſeq.

Meretricis ars aucupio ſimilis dicit. ib.n.228.&ſeq.

Cur hominibus laſciuis illicita venus iucundior ſit, ibid.n.235.&ſeq.

Meretrix vna manu panem oſtendit, altera ſcorpionem, ibid.n.141.

Domus meretricum officina diaboli, conſolatio illius arma, & ſimilia, c.9.c.5.n.41.c.9.n.246.c.23.n.115.

Libidinoſi homines cadaueribus ſimiles dicuntur, c.9.n.251.&ſeq.

Quomodo apud meretricem dicantur ſerpentes habitare, ibid.n.261.&ſeqq.&n.265.

Libido hæreſeos parens, atque filia appellatur, ib. n.270.

Meretrix foſſa, puteus, carcer, cuius quadruplex ærumna, nimirum cuſtodia tutiſſima, cęcæ tenebræ, corporis lues, & deſtinatio ad certam mortem, c. 23. n.119.

Inferno ſimilis dicitur, & fera peſſima appellatur, inde lupanaria dicta, c.23.n.271.&128.

De muliere ſi aliqua addere cupis, vide Dom.1.poſt Epiph.

De pœnitentia vide feria 5. poſt Dom. primam Quadrag. Et feria 2. poſt Dominicam Paſſionis.

## Feria VI. poſt Dom. Paſſionis.

*Collegerunt Pontifices, & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum.* Ioan. 11.

Euangelium hoc Chriſti hoſtes, atque eorum conſpirationem ſceleratam exprimit, qui timentes perdere temporalia, neci Chriſtum adiudicauere, vitam æternam non cogitantes, & ſic vtramque amiſerunt; figurant mundi alumnos, qui etiamſi mundi & diuitiarum inſtabilitatem agnoſcant, malunt tamen conſcientiam ſuam maculare, Chriſtum perdere, quàm temporalibus bonis carere. Agendum ergo eſt qualiter delitiæ & diuitiæ mundi ſunt inſtabiles.

Proprietates mellis, & gloriæ mundi ſeu fœlicitatis humanæ, optimè conueniunt, & conſimiles ſunt, c.25.n.163.&164.

Fœlicitatem temporalem ſiue delitias antiqui cum luna pingebant, c.20.n.76.

Ea eſt fortunæ inconſtantia, vt pauper & diues, per vices quaſdam ſibi ipſis in decliui rerum humanarum præcipitio obuiam veniant, c.22.n.5.

Diuitiæ ventos fugacitate ſua ſuperant. c.10 n.57.

Fortunæ globus volubilis. c.1. n.118.

Fortuna bonis coniunx, malis verò pellex dicitur, ibid. n.300.

Diuitiæ ſunt quaſi curſor, peregrinus, hoſpes, c.21. 527.n.38.

Diuitiarum inconſtantia ſicut aquilæ volatus, & quare aſſimilantur pennis aquilæ, c.23.n.45.47.52.

Diuitiis non fidendum quia fallaces ſunt, è manibus noſtris elabuntur, ibid.n.50.

Aquilæ nullis popyſmis cicurari poſſunt, ſemel enim euolantes, numquam iterum in manus ſeſe referunt; ita diuitiæ numquam cicures fiunt. ibid.n.52.

Diuitiæ vt ſint ſtabiles, quid neceſſarium, c.24. n.3. & 5.

Diuitiæ mundi quàm ſint incertæ, & inſtabiles, c. 28.n.51.

Cætera vide de diuitiis feria 5. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ. Et Dom.1.&20.poſt Trinit.

## Dominica Palmarum.

*Cùm appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, & veniſſet Betphage.* Matth. 21.

Celebratur ab Euangeliſta & illuſtratur hic dies Chriſti ingreſſu in ciuitatem Hieroſolymitanam, quando communi Iudæorum applauſu aſinę inſidens

Hieroſolymam venit, ad opus ſacratiſſimæ Paſſionis ſuæ, quod per totam hanc hebdomadam conſummauit, vt ſalutem noſtram in medio terræ operaretur. Occaſione iſtius ingreſſus Saluatoris, de magnanimo viro, & magnanimitate, parùm de triumpho, honore, cui ſit exhibendus, & quàm nomen bonum præponatur multis opibus, agendum.

Magnanimus vnde cognoſcitur, cap. 18. num. 50. & ſeqq.

Quid nomine viri ſcriptura ſignificet, c.20.n.19.

Quis magnanimus dicitur, ibid.n.12.

Comparatur magnanimi animus & patientis, puſillanimi, & impatientis, c.18.n.52.

Quid per longitudinem narium ſcriptura intelligit, c.19.n.28.& ſeqq.

Extollentia oculorum ad animi magnitudinem refertur, quæ ad ſublimia ſemper aſpirat, & veluti ex alto perturbationes deſpicit, c.21.n.25.

Animus magnanimi inconcuſſus etiam calamitatibus redditur, c.24.n.65.&68.

Quod diſcrimen inter parui & puſilli animi homines, c.18.n.50.

Corda prudentum ipſiſmet comperta ſunt, illi enim ad ſua corda & conſcientias, mentis oculos intendunt, & ſuos deffectus agnoſcunt, ibid.

Mos Hebræorum in triumpho, c.20.n.97.

Quibus modis homo maiorem honorem acquirere poteſt, ibid.n.12.

Honores, gloria mundi, dignitates, tanquam mel ſumendæ, c.25.n.163.&164.

Honor inſipienti exhibitus, ſiue indigno, eſt perperàm impenſus, cap.26.n.37. & ſequentibus.

Honor indigno oblatus, ſiue dignitas, aut Magiſtratus, funda illi præbetur, qua lapides fortiùs in obuios adigere poſſit, ibid.n.45.

Qui hominem ſtultum honore afficit, damna non leuia in caput ſuum accerſere conſueuit, ibid.

Stolidus homo digniori aliquo munere, ſeu Magiſtratu honoratus, eſt ſimilis calculo cuipiam ex his, quos in rationibus adhibere ſolemus, c.26.n.47.&48

Qui homini ſtulto aut indigno Magiſtratum tribuit, aut docendi munus accommodat, non minùs delinquit, quàm hi, qui falſis idolis comportatis lapidibus delubra conſtruunt, ibid.n.61.62.& ſeq.

Princeps qui inſipientem, aut indignum hominem, inſigni aliquo honore, aut Magiſtratu decorat, perinde facit ac ſi rudem lapidem purpura inuoluat, ibid. n.38.

Duabus rationibus conuincitur nomen bonum melius eſſe quàm diuitiæ, c.22.n.2.

Melior longè boni nominis ac famæ exigua quædam pars, quàm copioſæ admodum diuitiæ, ibid.

Famæ fons limpidiſſimus ex integritate vitæ conſeruatur, etiamſi aliquando turbetur, c.25.n.157.

Præſtat nomen alicuius in libro vitæ exceptum eſſe, quàm diuitiarum immenſam vim obtinere; dignius prætereà gratiam Dei inire, quàm auri, argentique cumulos glomerare, c.22.n.1.

## In Cœna Domini.

*Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit iam hora eius.* Ioan. 13.

Percelebris hic dies rectè cenſetur, cuius magna & reuerenda Myſteria, quæ in extrema Cœna Domini per Chriſtum acta ſunt, recenſentur; Cum Chriſtus Pontifex, idem & hoſtia, vt finem imponeret ſacerdotio veteri, demum poſt eſum Agni typici, ſeipſum qui verus Agnus eſt, Deo Patri ſuis obtulit manibus, noui teſtamenti nouam docuit oblationem. Cuius quidem ſacramenti primam inſtitutionem commemorat Eccleſia, verumque ſumendi vſum, demùm & graue ſubiungens periculum indignè accedentibus ab Apoſtolo præſcriptum recitat, admirabilemque humilitatem filij Dei ad pedes ſuorum diſcipulorum, imò & proditoris, procumbentis oſtendit. Quapropter primùm de excellentia ſacramenti altaris, vſuque illius & modo ritè communicandi, poſtremò de humilitate ab exemplo Chriſti diſſerendum.

Diuinum Sacramentum quomodo dicitur conuiuium, c.23.n.17.

Antiquorum mos erat in cœnis, ſeu conuiuijs difficultates reſoluere, & modum viuendi edocere: Chriſtus Dominus eodem modo poſt cœnam longum ſermonem ad diſcipulos habuit, c.9.n.14.15.&18.

Cur in cœnaculis ordines columnarum obſeruabantur, ibid.n.20.& ſeq.

Eccleſia dicitur cœnaculum ſeu triclinium, in quo Euchariſtiæ conuiuium lautiſſimum quotidie celebratur, ibid.n.25.

Cur anima rectè communicantis appelletur triclinium, ibid.n.28.

Omnes victimæ & libamina veteris teſtamenti erant vmbræ & imagines noſtri ſacrificij, ib.n.61.& ſeq.

Cur Euchariſtia non cum meraci vino, ſed cum mixto comparatur, ibid.n.64.& ſeq.

Ara ſeu altare vocatur menſa, ibid.n.72.& ſeq.

Menſa propoſitionis cum aliis menſis tricliniaribus confertur, ibid.n.84.

Olim in vſu erant conuiuia militaria, quibus Imperator Duces ſuos proximè ante congreſſum excipiebat, vt eos ſibi ampliùs deuinciret: Eodem modo Chriſtus fecit &c.c.9.n.104.& c.23.n.11.

Morem antiquorum in poſtrema cœna ſeruauit Chriſtus, qui quoſdam inter cœnandum obiecit diſcipulis gryphos, & qui gryphi, c.24.n.62.

Quàm ſalutare ſit pane Euchariſtiæ aſſiduò veſci, & quanta cum auiditate cibus eſt quærendus. c. 9. n. 130.133.& ſeq.

Chriſtus in Euchariſtia contentus, eſt legiſlator, ib. n.136.

Excellentia ſacramenti altaris declaratur, poteſtas, ac virtus illius, c.23.n.26.

Qui Chriſtum ſumit Chriſtum repræſentare debet in moribus ſuis, ibid.n. 15. & 16.

Qualiter accedendum ad ſacroſanctam ſynaxim, ibid.n.30.

Ad menſam Potentis ſedens, quid facere, & conſiderare debet, ibid.n.15 16,&17

Si indignè accepiſti, præſentiſſimam mortem accerſiſti, ibid.n.18.

Vſum ſcriptura ſuadet, non frequentiùs quàm deuotionis, & charitatis ardor patiatur, ibid.n.21.

Priùs ſacer iſte cibus in manus accipiendus, id eſt in operibus bonis, per morum imitationem priùs ſit Chriſtus, deinde è manibus ad os tranſeat, ibid.n.22.

Lex conuiuij eſt, vt qui ab altero lautè exceptus eſt, pari ſplendore, apparatu conuiuium exhibens gratiam reddat: ita quemadmodum Chriſtus pro te vitam profudit, ſic & tu pro Chriſto, ibid.n.23.

Modus deſcribitur communicandi ad imitationem Chriſti, ibid.n.26.

Sicut poſt conſecrationem panis apparet & iam non eſt: ſic homo poſt communionem, ſpeciem humanam gerere debet, & totus eſſe Chriſti, ibid.

Et non ſolùm in anima hæc mutatio fieri debet, ſed & in carne, neceſſe enim eſt vt caro Adami cadat, & Chriſtus induatur, ibid.n.27.

Sicut totus Chriſtus eſt in toto, & in qualibet parte: ſic communicans ſe temperare debet, vt nihil illum in partes diſſecet, aut in fruſtra diuidat, vt integrum ſe Chriſto reſtituat, ibid.n.29.& 31.

De humilitate vide feria 5. poſt Cineres.

## Feria VI. in paraſceue.

### De amaræ Paſſionis Dominicæ

memoria, quæ extant in hoc volumine, annotauimus nonnulla Dominica in Quinquageſima, & quæ etiam ſeruire poſſunt hîc annotantur.

*Tollamus memoriam eius de terra, &c.* Cur potius de medio tollendum, & non potius vulneribus à ſe confodiendum dicant, c.1.n.189.&190.

Quomodo mali inſidiantur ſanguini innocenti, ib. n.184.&ſeqq.

Amor Chriſti ab æterno præſcita, & præordinata fuit, & quare, c.8 n.291.

Ioſeph figuram geſſit Chriſti, ibid.n.292.

Chriſtus pendens in Cruce magna argumenta ad euincendam veram maternitatem, propoſuit; & eidem aſſiſtens Beata Virgo, filij ſui amantiſſimam ſe exhibuit, c.8.n.391.& ſeq.

Cur Chriſtus in Cruce pendens Beatam Mariam, non matrem, ſed mulierem appellauit, ibid.n.349.

Quantam Beata Virgo oſtendit fortitudinem & conſtantiam tempore paſſionis Chriſti, quantoſque pertulit dolores, ibid.n.75.& ſeq.

Plus paſſa eſt quàm aliquis Martyrum, ibid. n. 78. & ſeqq.

Quomodo dolores Beatæ Virginis comparantur doloribus Chriſti Domini, ibid.n.82.& ſeq.

Virgo in doloribus ſuis comparatur militi ſtationario, c.31.n.95.

Quomodo intelligitur Chriſtum Dominum in ſua paſſione cælos creare, & B. Virginem ipſi aſſiſtere, ac cum ipſo cuncta componere, c.8.n.347.

## In die ſancto Paſchæ.

### *Maria Magdalene & Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.* Marc. 16.

Verè ſancta & incomparabilis planè huius diei, Paſchaliſque feſti, in reſurgente Chriſto celebritas, ideo glorioſæ laudis triumphos lætabunda hodie canit Eccleſia, quia honorificatus eſt Chriſtus reſurgens à mortuis, victor mortis, ſpolians inferos, & educens captiuos, huc vſque per humilitatis gradus aſcendens, modò gloria & honore coronatus, impaſſibilitatis, & immortalitatis nos donauit gloria, & reſurgentes in Beatitudine conſtituit ſempiterna, quæ bonis, ac piis operibus acquiritur: Et vt maiori celebritate hæc feſta abſoluamus cum piis mulieribus, bonis operibus, miſericordiæ videlicet in pauperes, & eleemoſynarum effuſæ largitioni, neceſſe eſt vt vacemus; de quibus tractandum.

Colentes miſericordiam quam mercedem recipiant, c.3.n.20.

Miſericordia ſeu dilectio erga proximos non ſolùm ſuadetur, ſed lege præſcribitur, ibid.n.132.&133.

Miſericordibus Deus erogat opes caducas in pignus futurarum, c.10.n.106.& ſeq.

Cur miſericors ficulneæ comparetur, c.11.n.112.

Cur Deus ipſe non dat ſufficientem abundantiam omnibus, ſed vult vt diuites dent pauperibus, ibid.n. 113.& ſeq.

Miſericordia oleo, quo lampas alitur, aſſimilatur, c.13.n.36.

Triplex corona ſanctorum, Virginitatis videlicet, Martyrij, & Doctorum, abſque miſericordia non poteſt haberi, c.14.n.101.



Inter reliquas bene viuendi artes, principem locum obtinet miſericordia, c.16.n.22.

Magis quodammodo miſericordiæ, & eleemoſynis deferri vult Chriſtus, quàm ſui corporis & ſanguinis venerabiliſſimo ſacrificio, ibid.n.23.& ſeq.

Triplex Martyrium ſine ſanguine ex ſcriptura elicitur, caſtitas in iuuentute, parcitas in vbertate, largitas in paupertate, c.23.n.24.&25.

Quali prærogatiua donantur eleemoſynarum largitores, c.17.n.27.

Eleemoſynarum fructus enumerantur, ibid.n.71.

Miſericors Magni nomen acquirit, quomodo, & miſericors non homo, ſed potius Deus dicitur; per oppoſitum qui humanitate caret, fera potiùs quàm homo eſt, c.20.n.24.

Miſericordia & veritas ſunt ſymbola, primum beneficentiæ & clementiæ erga probos, ſecundum iuſtitiæ & ſeueritatis erga improbos, ibid.n.108.

Miſericordia præfertur victimis, & dicitur ſacrificium, & hoſtia, & quomodo nomen hoſtiæ, & martyrij acquirit, ibid.n.15.&16.

Quemadmodum reus munere oblato iudicis ſeueritatem flectit; ita etiam Deus eleemoſynam in paupere accipiens indignationem, & furorem aduerſis grauiſſima ſcelera omninò exuit, & lenitatem induit, ibid.n.65.& 67.

Rationes propter quas eleemoſyna occulta Deo placet, ibid.n.68.

Plura vide de eleemoſyna feria 6. poſt Cineres. Et feria ſecunda poſt Dom.1. Quadrag. & Dom. 7. & 18. poſt Trinit.

## Dominica I. poſt Paſcha.

### *Cùm eſſet ſero, die vna Sabbatorum, & fores eſſent clauſæ.* Ioan. 20.

Sator & amator pacis Redemptor mundi, debellaturus mundum, naſcens pacem obtulit, nunc vincens mundum, pacem diſcipulis offert: Occaſione cuius, quàm pernicioſi ac peruerſi ſint, pacem, amicitias, concordias ſoluentes, & oppoſita, rixas, lites, & odia ſeminantes, dicendum eſt.

Qui ſunt ſtudioſi amicitiæ & pacis, c.17.n.40.

Quibus modis pax ſoluitur, ibid.

Qui potius amicos diſſociant, ibid.n.41.

Diſcordiarum ſeminator meritò apoſtata appellari debet, c.6.n.88.

Iurgiorum excitator vir diabolicus eſt, ibid.n.89.

Adulterni amici ſunt, qui iurgiis vnanimes diſſociant, ibid.n.95.

Quanta ſit prauitatis cordis ſeminantium diſcordias, c.6.n.111.

Repentina ruina tales ſequitur, ibid.n.112.

Cur molitor diſcordiarum dicatur fodere malum, c.16.n.110.

Dicitur ignem accendere, ibid.n.112.

Quomodo ſimulatio illius deſcribatur, ibid. n. 113. & 114.

Quomodo dignoſcantur qui ſeditiones excitant. c. 17 n.43.

Verba impoſtoris ac verſipellis Chamæleontis ſputo ſimilia ſunt, c.16.n.115.

Quanta mala verboſus, ſeu ſuſurro inter Principes faciat, ibid.n.116.

Qui rixas & contentiones orditur, ſimilis illi, qui fluuij exundantis alueum aperit, c.17.n.66.&ſeq.

Qui ad diſcordias componendas ſunt aptiores, & quibus modis, & mediis vti debet, pacificans læſas partes, c.18.n.26.

Fratrum concordia quæ bona parit, ibid. num. 70. & 72.

Quomodo Deus in contentioſos animaduertit, c. 17.n.45.

Laus præſtantiſſima eorum, qui in cauſis, ac litibus primi cedunt, & aduerſariis ſuis vltro pacem offerunt, c.20.n.13.

Fratrum odium aſſimilatur duabus auiculis, quarum cruor etiam poſt mortem nulla arte permiſceri poteſt, c.18.n.69.&ſeqq.

Lites inter fratres ſunt implacabiliores, ibid.

Amicorum odia ægerrimè conciliantur, c. 6.n.113.

Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma, tam in bonam, quàm in malam partem quomodo intelligitur, c.18.n.68.&ſeq.

Duplici modo expugnari poteſt ciuitas, ſic & fratrum concordia, ibid.n.69.

Sors eſt perpetuarum litium & contentionum ſolutio, ibid.n.66.

Extra ſortem quis aptior modus ad componendas lites, ibid.n.67.

Stulti dicuntur, qu cùm lites facilè componere poſſent, illas vrgere, & proſequi malunt, c.20.n.14.

Litem ſine conſilio contra amicum ſuſcipere non eſt decens, c.25.n.28.

Si aliquando contentio, vt fieri ſolet, oborta fuerit tibi cum amico, ne ſubitò incenſus furore, ea exprobres illi, quæ cum illo amicè conuerſans, obſeruaſti, ibid.n.29.

Inter impios nulla pax, c.26.n.83.

Cætera quæ ad hanc materiam ſeruire poſſunt, vide feria 3. poſt Dominicam Paſſionis.

## Dominica II. poſt Paſcha.

### *Ego ſum paſtor bonus.* Ioan. 10.

Summus Paſtor & ſummè bonus Chriſtus Ieſus, qui nos paſcit verbo doctrinæ, & exemplo vitæ ſanctiſſimæ, docens imitandam ſuam manſuetudinem, patientiam, innocentiam, iuſtitiam, ſicut Petrus in Epiſtola eiuſdem diei oſtendit; paſcit itidem nos ſacramento corporis & ſanguinis ſui, quod in altaris ſacroſancto ſacrificio reliquit, quæ doctrina tam Paſtores quoſcumque, ſiue Reges, Principes, Prælatos, Doctores, quàm oues, ſubditos nimirum, ſeruos, auditores, ligat, de quibus agendum. Et occaſione verborum, cognoſco oues meas, &c. poteſt aliquid inſeri de Prædeſtinatione.

Prælati honorandi ſunt, etiamſi ſint mali, quia perſonam Dei gerunt, c.26.n.63.

Differentia inter Paſtorem, & pecuarium, ſic inter Reges bonos & improbos, Dominos, Principes &c. c.27.n.155.

Prælatus non ſemper debet arguere, aut minari, ſed etiam rogare, c.6.n.16.

Quare Rex ſoli comparetur, & clementia Regis verni pluuiæ, c.16.n.64.&97.

Iucunda Regum facies mœrorem ac metum ex animis pellit, ibid.n.63.

Quanta debet eſſe Magiſtratus temperantia, & pudicitia, c.5.n.55.

Neceſſarium eſt Principibus, Rectoribus, magno conſilio vti, c.8.n.94.&ſeq.

Cor regis non vnius tantùm maris ſinum imitari, ſed omnium æſtus, vndas & turbas in ſe exprimere debet, c.21.n.3.

In gratiam Principum qui & quales admittendi, c.22.n.61.&ſeqq.&ibid.&n.144.

Per amicum Regis qui intelliguntur, ibid.n.61.

Nihil ſolemnius Principibus quàm adulatores admittere, c.16.n.55

Principibus nihil antiquius eſſe debet quàm populis, tribubuſque probari, & vt hoc retineant, adulatores longiùs à ſe arcere, operæ pretium eſt, c.24.n.104.

Conſiliarij Regis ſcoria quare dicuntur, c.25.n.21.

Quantam perniciem aſſentatio, & adulatio Regibus afferat, c.16.n.55.

Princeps ſuarum cupiditatum ſeruus, iuſtè Rempublicam adminiſtrare non poteſt, c.30.n.205.

Quomodo gallus Regem optimè exprimat, ibid. n. 236.& ſeq.

Manſuetudo & ſuauitas morum, Reges maximè decet, ibid.n.240.

Apud Reges & principes, non debet eſſe acceptio perſonarum, c.31.n.37.

Si plura vis de Regibus adiungere, vide Dom. 4. Aduentus, & in die Epiphaniæ, & feria 5. poſt Cineres. Et Dom.20.&21 poſt Trinit.

Cur Prælati, Doctores, Prædicatores, bobus indefeſſis aſſimilantur, c.13.n.21.&ſeq.

Prælati, Doctores, Prædicatores agricolis ſimiles, c.15,n.25.& ſeq.

Paſtoris officiũ quod, & quale eſſe debet. c.27.n.134.

Paſtoris boni munus, diſcrimenque Paſtoris & mercenarij, ibid.n.136.

Paſtor in curando ſuo grege nihil induſtriæ prætermittere debet, & labori nequaquam parcere, quia labor iſte diuturnus non erit, ſed ocyus depoſito imperio ad Principem Paſtorum delatus, immarceſcibili corona donabitur, ibid.n.138.

De Doctorum qualitatibus, Rectorum, ſubditorum, & auditorum, vide Dom.2. Aduentus, & Dom.1. poſt Epiph. & Dom. in Sexageſima. Et feria 3. poſt Dom.2. Quadrageſimæ.

## Dominica III. poſt Paſcha.

### *Modicum & iam non videbitis me.* Ioan. 16.

Breuis & inſtantanea in hac ſcæna mundi colluctatio, æternum gaudium per Chriſtum conſequitur, quod, liquet ex verbis Saluatoris præparantis corda diſcipulorum, & prænuntiantis perferenda odia, ſpe futuri ſucceſſus & gaudij, dicentis, tranſitorium eſſe odium mundi, tribulationem, & triſtitiam, quæ cum immenſa & æterna cœli lætitia comparata, nihil ſunt: Primò itaque de inſtabilitate ac fluxibilitate huius mundi, & eorum quæ illius ſunt, ſecundò de gaudio, & triſtitia agendum duxi.

De primo puncto vide Dom.1. Quadrageſimæ. Et feria 6. poſt Dom. Paſſionis.

Gaudium & lætitia ſecundùm Deum permanens, prophana verò fluens, & inſtabilis, cap. 14.num. 45. & ſeq.

Gaudium mundi non habet incolas, ſed hoſpites; gaudium vero ſecundum Deum è contra, ibid.

Lætitia externa ſæpiùs ad celandum mœrorem aſſumitur, ibid.n.57.&ſeq.

Impij quò maiora facinora commiſerint, tantò magis lætantur, ac rident, & eorum riſus dicitur Sardonicus, c.2.n.113 per tot.

Deus læta mixtis temperare ſolet, c.14.n.60.

Effuſa gaudia recordatione triſtium temperantur, ibid.d.n.60.&61.

Effuſa peccatorum lætitia omninò fugienda eſt, ibid. n.63.

Qui per riſum operantur ſcelera, ſeriò punientur, c.19.n.122.

Triſtitiam, & lætitiam moderari magnæ prudentiæ eſt, c.14.n.42.

Cur humanæ delitiæ ac voluptates, cùm primùm guſtatæ ſunt, tædium ac nauſeam mouent, ibid.n.65.

Mœtor omni ſtudio ab animo tollendus, cum multa mala menti afferat, cap. 15. num. 51. num. 52. & ſequentibus.

Quare triſtitia & mœrore confectis, ſpirituale medicamentum non prodeſt, c.17.n.88.

Quomodo morbi ſpirituales difficulter curantur, quia animi lætitia & triſtitia ad ſimilitudinem corporis defectuum refertur, & quid adfert ſpiritus triſtis, ib.n.89.90.& 91.

Anima quæ edaciſſimis conſcientię morſibus deuoratur inutilis eſt.c.25.n.122.

Triſtitia graue tormentum animorum, ſiquidem peſtiferum vermem imitatur, non carnem duntaxat, ſed animam quoque perſtringens, c.25.n.122.

Homo triſtitia confectus, eſt ſicuti veſtimentum tinea exeſum, & lignum vermibus pertuſum, ibid.n.123.

Duæ ſunt radices triſtitiæ & mærorıs, otium & amor ſui ipſius, ibid.n.124.

Duplex triſtitia, alia vtilis, alia nociua, ibid.n.125.

Malitia huius vitij peſſima, vt ſe parientem priùs offendat, ibid.n.127.

Mœrentibus & triſtibus quando & quomodo medela adhibenda, ibid.n.139.

## Dominica IV. poſt Paſcha.

*Vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis?* Ioan. 16.

Perturbationem animi, quæ orta erat ex diſceſſu Chriſti, quem prædixerat illis, ita vt ad audiendum Euangelium minus idonei videbantur, ſuſtulit Chriſtus, promiſſo illis Paracleto, qui per ipſos de mundo & ſathana triumphaturus, & crucifixi Meſſiæ Maieſtatem, ac innocentiam aſſerturus eſſet; arguens videlicet mundum de peccato, de iuſtitia, & de iudicio De vltimo nobis eſt agendum; & cum conforme iudicium redditur, per teſtium approbationem, de teſtibus quoque mentionem faciendam duxi.

Iudicium variè accipitur, quandoque pro lege Dei, quandoque pro extrema Dei ſententia, aliquando pro ciuili iudicio, c.19 n.102.

Iuſtitia, iudicium, æquitas pro eodem ſumi ſolent, & in quo conſiſtunt, c.1.n.74.&ſeq.

Iuſtitia reſpectu Dei, reſpectu ſui ipſius iudicium, & æquitas reſpectu proximi dicitur, c.2.n.39.

Iuſtitia ſtateræ ſimilis eſſe dicitur.c.11.n.9.&10.

Duæ ſunt iudiciorum corruptelæ, c.10.n.103.

Iudicium ſimile manducationi, nam ibi teſtes dentes ſunt, iudices palati & linguæ vices gerunt, ibid. n.103.

Quomodo dignoſcitur cauſa litigantis iniuſta, c.17. n.92.

Differentia eorum qui ad iudicem accedunt, vnus cum cauſa iuſta, alter cum iniuſta, cap.18.num.63. & 64.

In hac materia vide plura Dom.1. Aduentus. Et feria 2. poſt Dom.1. Quadrageſimæ.

Teſtimonium apud iudicem deponendo, ea tantùm dicenda ſunt, quæ oculis viſa, nec & hoc celeriter, c.25.n.30.

Nulla vi, aut ratione, ſiue nullis artibus debet cedere, vt quis dicat falſum teſtimonium, etiam pro amico, c.24.n.123.&ſeqq.

Teſtes iuramento conſtricti, qui ob metum, ſcelera, & delicta manifeſtare non audent, labuntur & peccant, c.29.n.108.110.

Cur teſtis fraudulentus & vacillans in iudicium fidem non faciat, n.86.

Homicidium admittit qui falſo teſtimonio inſontem morti addicit, c.12.n.88.

Cur falſus teſtis hæſitet ac titubet, ibid.n.90.



Quomodo exploranda fides falſorum teſtium, & vnde cognoſcatur falſus teſtis, ibid.n.94.&16.

Qui ſemel mendacij conuictus eſt, fidelis impoſterum haberi non poteſt, c.14.n.23.&ſeq.

Falſus teſtis quod præmium habet, c.19.n.13.21.&22.

Quare falſi teſtes dicantur viri diabolici in ſcriptura, ibid.n.104.

Falſidicus vnitatem capitis à corpore Eccleſiæ excludit, & in corpus diaboli tranſit, ibid.n.107.

Teſtis mendax quomodo peribit, c.21.n.118.&120.

## Dominica V. poſt Paſcha.

*Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* Ioan. 16.

Præſentiſſimum remedium eorum, quæ ſperamus vel appetimus, conſequendi, & eorum, quę veremur & deteſtamur fugiendi, eſt oratio, cuius virtutem ac vim Chriſtus commendat, ſi in nomine illius Patrem cœleſtem implorare velimus, omnia pro voto ſuccedenda promittit. De qua vide Dominica infra Octauam Natiuitatis Domini.

## In die Aſcenſionis Domini.

*Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus.* Marc. 6.

Reportaturus ad patriam cœleſtem, & collocaturus, coronaturuſque ſuos athletas dux & Magiſter noſter filius Dei, præcedit, paraturus nobis ſedes, ipſemet ab æterno ſibi ſedem præparatam ad dexteram patris poſſedit, pignoráque deſcendens ſuis fidelibus reliquit, quod in ſuo nomine toti creaturæ dominaturi erant. De Dominio itaque Chriſti primò, & ſecundò de iuſtorum Dominio nonnulla prælibabimus.

An Chriſtus Dominus habuerit ſupremam Regni poteſtatem in mortes Reges atque principes, quod ſpectat ad regimen temporale ſeu Politicum, & ſi habuit, vnde habuit.c.8.n.99.&ſeq.

Quid interſit inter Dominium & Regnum: &, An Chriſtus omnium creaturarum Dominus fuerit, ib. n.103.

Chriſti Domini aſcenſus in cœlum ſimilis viæ aquilæ volantis dicitur, & quàm difficile ſit cognoſcere ipſum, c.30.n.195.&200.

Modus Aſcenſionis Chriſti in cœlum, ibid.n.35.

Quomodo Chriſtus dicatur initium viarum Domini, c.8.n.249.

Fideles quomodo totius mundi dicuntur Dominum habere, c.17.n.25.

Libentiùs Deus facturus huius mundi iacturam, quàm vt aliquid contra ſeruorum ſuorum fiduciam permittat.ibid.n.26.

Leges mundi, & conſtans ordo ſæpiſſimè violatur, vt Deus amicis ſuis neceſſaria ſuppeditet, & ſaluti eorum tam animæ quàm corpori ſubueniat, ibid. n. 26.

Cætera de encomiis iuſtorum vide in die Cinerum. Et in feſto S. Ioannis Baptiſtæ, & in feſto S. Dominici.

## In die S. Penteceſtes.

*Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit.* Ioan. 14.

Ignis conſumens qui Deus æternus eſt, in linguis igneis apparuit, continens ſymbolum charitatis, cuius dator, & ſeminator eſt Spiritus ſanctus, ſicut & aliorum donorum fons & origo cognoſcitur. Implorando iſtius ignis in corda noſtra aduentum, de

dilectione Dei qualiter ſuos fideles diligat, & fidelium erga Deum amor in quo conſiſtat, agendum.

Quanto amore Deus diligat diligentes ſe? c. 8. n. 150. & ſeq.

Nulla creatura plus delectatur Deus quàm homine, ibid. n. 409.

Quomodo Deus delectatur in operibus ſuis, & quod nihil eorum quæ creauit, refutauit, ibid n. 403. & ſeq

Quid Deo placeat in creatione rerum, an res ipſæ productæ, an ſua attri buta in condendis creaturis, ibid. n. 408.

Spiritus ſanctus cur aquæ comparetur in ſcripturis, c. 5. n. 91.

Charitas nomine ſtatetæ ſignificatur, quæ veluti duo vnius libræ brachia, Dei, & proximi dilectionem habet, c. 11. n. 6. & 7.

Charitatis eſt delicta proximi tegere, cap. 10. num. 201.

Vita hominis & non verba, obſequium ac pietatem erga Deum teſtantur, cap. 14. n. 11.

Corda non opera, intentiones non officia Deus reſpicit, c. 15. n. 33.

Hebræis mos erat, vt ea quæ adamabant, in bullis, quæ ſupra cor appendebantur, & in annulorum palis incidere, c. 4. n. 161.

In hac materia de præceptorum obſeruantia, vide feria 4. poſt Dom. 3. Quadrageſimæ.

## In feſto SS. Trinitatis.

*Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Matth. 28.

De hac materia vide in feſto Aſcenſionis Chriſti, & quæ hic genuinè ſeruire poſſunt, adduntur.

Perſonarum diſcretio in Trinitate, & Trinitatis ipſius in veteri lege, qualis fuit cognitio, communicationiſque ipſius ad extra ac miſſionis? c. 30. n. 42. 43. & 44.

Quomodo Beata Virgo toti Trinitati dicatur eſſe deuincta: & cur Patris filia, filij mater, & ſponſa Spiritus ſancti vocetur, n. 384. & ſeqq.

Quomodo Beata Virgo complementum Trinitatis fuiſſe dicatur, ibid. n. 300. & ſeq.

## In Die Corporis Chriſti.

*Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Ioan. 6.

De excellentia auguſtiſſimi ſacramenti Euchariſtiæ, & de vſu illius, vide in Cœna Domini.

## Dominica I. poſt Trinit.

*Homo quidam facit cœnam magnam, & vocauit multos.* Luc. 14.

Hoc Euangelium commemorat inuitatos diuerſi ſtatus, ac conditionis ad cœnam, & culpam in hominem refundit, impedimētumque ſalutis, non tantum in craſſis vitiis, fœdiſque criminibus, vt vulgus hominum putat, verſari; ſed etiam ea complectitur, quæ ad honorum, opum, & voluptatum ſtudium ſub ſpecie quadam boni, & animo non peſſimo inſtituuntur; anguſta profectò via, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam, vocati enim negligimus, otiamur, & nos excuſamus, nec Dei cauſā, nec ſalutē noſtrā curamus: De his igitur tribus ſe excuſantibus agendum putaui.

Opes ſeu diuitiæ ſapientia & virtute comparatæ, ſtabiles atque durabiles ſunt, c. 1. n. 160.

Cur diuitiæ iuſtè partæ cupiditatem explere ſolent, c. 8. n. 232.

Quomodo ſubſtantiæ diuitis, qui ſecundum Deum diues eſt, vrbs fortitudinis eius dicantur, c. 10. n. 218. & ſeqq.

Diuitiæ non tam induſtria, & labore, quàm oratione & meritis à Deo obtinendæ ſunt, ibid. n. 274.

Nulla augendarum opum ars decentior, & ab omni fraude immunior, quàm agricultura, ibid. n. 89.

Agricultura mercaturæ præfertur, c. 12. n. 50.

Diuites præ ſaturitate bonorum temporalium, ſpernunt dulcedinem Regni cœleſtis, c. 27. n. 38.

Diuitiæ cum ad improbos poſſeſſores deueniunt, ſcelerum, ac plurimorum peccatorum materiam illis ſubminiſtrant, c. 29. n. 70.

Non ſunt appetendæ diuitiæ, quia hominem in ſuperbiam extollunt, capite 30. numero 60. & n. 61.

Superbia ex diuitiis proueniens eſt Dei abnegatio, ibid. n. 68.

Ex diuitiis gula & intemperantia prouenit, quæ idololatriam ſuadent, ibid. n. 69.

Quomodo opes & diuitiæ ad idolorum cultum animos tranferant, ac inclinent, ibid. n. 82.

Auaritia eſt idololatria, & auarus pecuniarum idololatra eſt, ibid. n. 73. & ſeq.

Auaritia morti & inferno ſimilis dicitur, c. 30. n. 135. & ſeq.

Auarus meretrici ſimilis, ibid. n. 143.

Auaritia terræ, quę non ſatiatur aqua, aſſimilatur, & quanta ſiti auari laborent, declaratur, ibid. num. 146. & 147.

Matrimonium preſentiſſimum libidinis remedium, c. 5. n. 96.

Coniunx pudica gloriam affert viro ſuo, capite 11. n. 77.

Quomodo vxor pudica & ſedula dicatur corona viri domus, c. 12. n. 15.

Pulchritudo mulieris ad inſtar magnæ dotis accipi ſolet, & pudicitia illius, viri honor eſt, c. 11. n. 72. & 74.

Cur vxor a domi porta appellatur? c. 7. n. 51.

Cur vxor ceruæ, filius hinnulo comparetur, c. 1. n. 121. & ſeqq.

Quare vxor ſit cuſtodienda, ibid. n. 110.

Matrimonium non tantùm eſt naturale libidinis remedium, ſed etiam cœleſte ſolatium, ibid. n. 100.

Qui coniugium ſanctè purèque colunt, multa beneficia experiuntur, c. 5. n. 115. & ſeqq.

Nihil magis fœminam impellit ad redamandum, quàm viri teſtatus amor, ibid. n. 137. & ſeq.

Virgo tenella nuptui danda eſt, ibid. n. 126.

Cur ciſternæ vxor comparetur, ibidem. num. 99. & ſeqq.

Quid inter pudicam mulierem & impudicam intercedat, c. 11. n. 78.

Ignominia in turpi, & improba fœmina ceu in throno ſedere dicitur. ibid. n. 79.

Zelotypia multos dolores congerit, & peſtis lætaliſſima dicitur, c. 10. n. 152. & c. 12. n. 19.

Cætera quæ tibi inſeruire poſſunt in eadem materia, vide Dominica 2. poſt Epiphan. Et feria quinta poſt Dom. Paſſionis.

## Dominica II. poſt Trinitatem.

*Erant appropinquantes ad Ieſum publicani & peccatores, vt audirent illum.* Luc. 15.

Materia occurrit de detractoribus, ſuſurronibus, qui lingua ſua mordaci nemini parcūt, & de verè pœnitentibus accedentibus ad Chriſtum, tractanda. De prima vide Dom. 3. Quadrageſimæ. Et Dom. in

Paſſione. Et feria 3. poſt Dom Paſſionis: de ſecunda verò, vide feria 4. poſt Dom. 1. Quadrageſimæ. Et feria 2. poſt Domin. Paſſionis.

## Dominica III. poſt Trinit.

### *Cùm turbæ irruerent in Ieſum vt audirent verbum Dei.* Luc. 5.

Euangelium multitudinem in Chriſtum irruentem, ob amorem verbi, ſermoniſque dulcedinem, quem hauriebant ex ore Chriſti, commemorat, ſucceſſumque piſcationis Petri cum vberrimo prouentu recenſet, nec-non illius pronam reuerentiam, qui territus, propter capturam piſcium, procidit ad genua Ieſu dicens. *Exi à me Domine quia homo peccator ſum.* De auditione verbi Dei, vide Dominica 2. Aduentus. Et Dom. 1. poſt Epiphan. Et Dom. in Sexageſima. Et feria 3. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ.

de ſecundo, id eſt, timore, parum attingemus.

Duplex eſt timor, alter nobilis; alter ignobilis, c. 8.n.44.

Timor filialis naturæ maximè eſt conſentaneus, ib. n.45.

Tantùm intereſt inter timorem filialem, & ſeruilem, ſicut inter vinum & aquam, ibid.n.47.

Quid ſit timor nobilis atque filialis, ibid.n.48.

Nulla eſt tam ardua difficultas, quam vir timens Deum, impauidus non inuadat, c.14.n.108.

Timor, eloquiorum Dei tribunal & thronus appellatur, c.1.n.131.

Timor cautos reddit atque prudentes viros, ibid. n.145.

Cur timor etiam ſeruilis dicatur initium & caput virtutum, & aſſimilatur carbonibus, qui erant indicationes theſauri in terra latentis, c.2.n.39.

Nihil eſt quod magis iactantiam mentis deprimat, quàm timor, c 3.n.37.

Timorem Dei debemus excipere tanquam equus ſeſſorem, vel tanquam nauis Nauclerum, vel tanquam turris excubitorem, ibid.n.38.&ſeq.

Timor Dei eſt amicorum Pædagogus, ibid.n. 52.

Timentes Deum, omnibus affluunt bonis, c.14.n. 110.&ſeq.

Timor Dei concupiſcentias omnes conſtringit, ac moderatur, c.15.n.66.&ſeq.

Natura timoris Domini diuerſa à timore naturali, c.22.n.18.

Nobilior ſpecies timoris, quando quis non tam pœnas delictis inflictas, quàm delicta ipſa, quatenus pietatem violant, ac Dei Maieſtatem lædunt, timet, c. 28.n.69

Cætera vide Domin. 1. Aduentus. Et Dominica quarta poſt Epiphan.

## Dominica IV. poſt Trinit.

### *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum.* Matth. 5.

Euangelium de Chriſtiana iuſtitia, non fide tantùm, ſed etiam bonis operibus comprobanda tractat; & præterquam quod malum iracundiæ tollit, pacis & charitatis fraternæ bonum ſtatuit, iubens vt iniuriarum immemores fratribus reconciliemur: Quod ſi dixiſſe, fatue, damnat, ſi vnum iræ peccatum, iram Diuinam promeretur, cur vanè nobis blandimur de miſericordia Dei, qua non ceſſamus interim abuti? Inprimis ergo contra arrogantes hæreticos ſecundò de ira maledicta, Tertiò de vindicta non ſumenda, diſſerendum.

Quantum ad primum, confutanda hæreticorum confidētia, imò cæca temeritas, qua ſe iuſtificatos corā Deo, & ſanctificatos (abutentes vltra modū miſericordia Diuina, ſcelera tanquā aquam bibentes, contra Deum, ſanctos, blaſphemias euomentes, Sacramenta conculcantes, pauperes opprimentes, in adulteriis, fornicationibus, & peſſimo peccato, imò in ſanguine vitam ducentes) per fiduciam effici aſſeuerant: Nā ſi beatus ille, qui ſemper eſt pauidus, quomodo Sāctus ac fœlix ille, qui depoſito timore, Sanctū ſe ac iuſtum eſſe apud ſe ſtatuit ac putat? Atqui dices, miſerum eſt ſemper timere. Soluitur, ib.c.28.v.14.n.70.&ſeq.

Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, quomodo intelligitur, c.12 n.76.&ſeq.

Cur ille qui iram & furorem alit, luce iſta indignus eſt. ibid.n.78.&ſeq.

Vnde iracundus & furioſus cognoſcatur, c.14.n.75.

Cur iracundus ſtultus appelletur? Et quantam inſaniam & dementiam furor in mentem adducat, ibid.n. 78.&122.

Ira grauiſſimus morbus omnium, imò virus atque venenum. ibid.n.129.

Ira ſimilis fumo dicitur, c.10.n.304.

Ira rationem & prudentiam adimit, c.12.n.72.

Furore corripi humanæ conditionis eſt, vltra diem autem extendere iram, ſtultitiæ eſt, ibid. num. 74.& ſeqq.

Qui ex indignatione & ira furit, in multa pericula incidit, c.19.n.74.

Ab vſu & amicitia hominis iracundi abſtinendum, quia iræ inter amicos ſunt ſubitæ & graues, imò periculoſæ, c.22.n.130.&132.

Ira non ſolùm mutat animum, ſed etiam corpus, & quæ ſit iræ ſæuitia, & immanitas, ibid.n.130.

De tertio puncto vide feria 3. poſt Dominicam. 3. Quadrageſimæ.

## Dominica V. poſt Trinit.

### *Cùm turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quid manducarent.* Marc. 8.

In Euangelio narratur miraculum de turba ſeptem millium, per Chriſtum ſaturata, vbi ſuam Dominus virtutem & miſericordiam declarat, cùm vltro, & abundè paſcit famelicos, nemine id beneficij expectante. De hac materia vide Dom. 4. Quadrageſimæ.

## Dominica VI. poſt Trinit.

### *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium.* Matth. 7.

Monſtroſam ſpeciem falſidicorum, & eorum, qui ſuam & non Dei quærunt gloriam, nec-non, & illorum, qui forinſecus iuſtam, ſanctam, & Doctoris veri doctrinam oſtendunt, Chriſtus Dominus fugiendam, & Chriſtianam iuſtitiam amplectendam eſſe docet. De his itaque pauca perſtringemus.

Hæreticus ſicut Iudas Iſariotes, & idem ipſe ſui, & reus eſt ſceleris, & iudex vltionis, c.29.n.28.

Chimera triformis ignem ſpirans, & Cerberus triceps, hæc monſtra hæreticorum, & multiformes ſententias optimè demonſtrant, c.21.n.78.

Horrenda proles hæreticorum, tanquam Hydra vulneribus ſuis creuit, & dum ſæpè reciditur pullulauit, ibid.n.78.

Hæretici ſunt gigantes & dicuntur mortuij filij, non ſolùm quia mors illos manet æterna, ſed quia in hac vita inter viuos mortui ſunt, ibid.n.76.

Falſorum dogmatum aſſertores, non ſolum apud gehennam cum dæmonibus torquendi erunt, ſed

etiam in hac vita dæmones ſocios, amicos, & parentes habent, ibid.

Qui tranſit ad hæreticos dupliciter fit filius gehennæ, ibid.

Hæretici meretricibus ſimiles, c.7.n.66.

Hæreſis conditio, ab vno aliquo errore initium capere, in plures ſectas ſcindi, c.14.n.53.

Veritas ſemper vna eſt, mendacium verò multiplex, ſic inter hæreticos tot ſunt ſectæ, quot ſunt capita, c.15.n.30.&ſeq.

Hæretici dum prædicationem ſanctæ Eccleſiæ contemnunt, deſpiciunt pattum matris ſuæ, c.30.n.155.

Qui à falſis dogmatibus hæreticorum, hominem ſana ſua doctrina eripit, à morte, & ſupplicio, imò à diaboli captiuitate illum vendicat, & libertati Chriſtianæ donat. c.24.n.48.

Hæreticorum dogmata Deus è ſublimi contemplans, ocyus euertit, c.22.n.71.

Plura vide de malo doctore, & doctrina pernicioſa feria 3. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ. Et de hereticorum confidentia Dom. 4. poſt Trinit.

Deus omnia è ſublimi videns, Catholicorum vera dogmata doctrinamque incorruptam ſeruat, & ad poſteritatem tranſmittit, c.22.n.71.

Falſa dogmata non ſunt audienda, c.19.n.97.

Qui floribus, & phaleratis verbis vtuntur, folia non fructus percipient, c.18.n.73.

Chriſtianus fidem ſuam & profeſſionem celare non debet, ſed magis publicè in hominum frequentia, & oculis prædicare, c.22.n.12.

Non tantùm ſecundis, fauſtiſque rebus, fidem, aut honeſtatem celebrare debet, ſed etiam fortuna reflante, & perſecutionis hieme ingruente, eandem profiteri, non imitando ſerpentis aſtutiam, ibid.

Imitanda eſt Chriſtiano aſtutia ſerpentis in hoc, quando recipit ictus. ibid.n.13.

Non imitandus Gyges Lydiorum Rex cum ſuo annulo, ibid.n.12.&13.

Chriſtianus non audens fidem foris profiteri, ne perſecutor illum perimat, ſimilis eſt pigro dicenti; leo eſt foris, non ibo, ibid.n.77.

## Dominica VII. poſt Trinit.

*Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſsipaſſet bona illius.* Luc. 16.

Laudatur villicus licet iniquus ob prudentiam, qua vſus eſt vt fugiat iram Domini ſui; diſſipando enim, & prodigaliter dilapidando bona ſuæ diſpenſationi commiſſa, reus factus eſt: cautè procedendo in ſuis calculis, & Dominum reddidit ſibi clementem, & miſericordem, ac famæ priſtinæ reſtitutus eſt: Duplicem præſefert iſte villicus imaginem, & prodigi, & liberalis; de prodigalitatis vitio, vt deteſtetur, & liberalitatis virtute, quæ in eleemoſynis conſiſtit, vt amplectatur. agendum.

Quæ differentia inter prodigum, & liberalem, c.18. num.36.

Prodigus obſcurus, inglorius, & mendicans, aliiſque ſeruiens ſemper erit, ac denique ignominia & pudor patris eſſe dicitur, c.28.n.39.

Prodigus eſt infamis, viuens moritur, vitiis creſcit, manet turpitudini, ſepelitur famæ, c.29.n.9.&ſeq.

Prodigus furioſus, mente captus, inſanus dicitur, ibid.n.11.

Dilapidans, & diſſipans bona ſua, ignominioſus eſt, c.19.n.94.

Prodigus & ignauus in quibus ſimiles, ibid.n.36.

Prodigus ſimilis dicitur dolio, quod ab inferiori parte pertuſum eſt, c.13.n.43.

Collatio pecuniarum in prauos vſus prohibetur, & punitur, c.1.n.197.

Cur mali homines ad inanes ſumptus ſunt liberaliores, quàm ad eleemoſynas faciendas, c.14.n.98.

Liberalitas magnum remedium contra inuidiam. c.3.n.14.

Deus præcipuam ſuarum copiarum gloriam in diuitum miſericordia poſuit, ibid.n.58.

Inſignis Dei erga diuites liberalitas, quod pauperes voluit eſſe in mundo, ibid.n.59.

Cur diuites omnium rerum abundantiam habeant, licet liberales & profuſi ſint erga pauperes, ibid.n.61.

Quomodo pauper dicatur Dominus bonorum, quibus diues affluit, ibid.n.209.

Ille ſolus bonorum ſuorum Dominus appellandus eſt, qui nũquam beneficentiam intermittit, ib.n.210.

Qui pauperi dat, eorum quæ dat, nouo quodam iure Dominus efficitur, ibid.n.212.&ſeq.

Tam dignis, quam indignis beneficia impendenda ſunt; conſultiùs tamen facit, qui dignis impendit; qui autem multa largiuntur indignis, quæ abſurda committunt, ibid.n.214.

Quomodo dona parua efficiuntur magnis æqualia, ibid.n.222.

Qui infirmos ac debiles alit, incolumitatem ac valetudinem firmam ſibi meretur, c.7.n.2.

Quomodo eleemoſyna liberat hominem à morte, c.10.n.21.

Eleemoſyna & miſericordia augentur diuitiæ, & vices Naucleri agit, optimumque medicamentum pro peccatis dicitur, ibid.n.98.&ſeq.

Tanta eſt vis eleemoſynæ, vt eius, quem ſuis aluerit impenſis, actiones perinde illi adſcribantur ac ſi illa ipſe ſuis operis perfeciſſet, ibid. n.104.

De liberalitate cætera vide in Die Epiphaniæ. Et Dom. in Septuageſima.

Et de eleemoſyna, feria 6. poſt Cineres, & feria 2. poſt Dom.1. Quadrageſimæ. Et in feſto S. Paſchæ.

## Dominica VIII. poſt. Trinit.

*Cùm appropinquaret Ieſus Hieruſalem, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam.* Luc. 19.

Euangelium habet triſte vaticinium Chriſti de Hieruſalem deuaſtanda, & eius deuaſtationis cauſam exprimit, videlicet cæcitatem Iudæorum, & ingratitudinem eorum; cæcitas quia non cognouerunt tempus viſitationis ſuæ, id eſt, præſentem Meſſiam; ingratitudo, quia loci ſanctitatem propter auaritiam minimè curabant, inde zelus Chriſto acceſſit, vt templum repurget, eiectis inde negotiatoribus: Commune cum Iudæis nobis periculum erit, ſi non cognouerimus tempus viſitationis noſtræ; Repurgemus ergo Chriſto mentes per pœnitentiam, vt eius pura templa reddamur, contemplantes futuræ diei incertitudinem, Diuino cultui ſemper dediti, & ab inſanis mundi ſtudiis liberi, vt grati Chriſto inueniamur.

Dicendum ergo quomodo nouiſſima hominis repurgant hominem, vt dignum habitaculum Dei inueniatur: & quæ mala ſequuntur ſpiritualem cæcitatem, ingratitudiniſque vitium quare fugiendum.

Cum nouiſſima hominis ſint extra terminos humanę poteſtatis, Dei tantùm ſubiiciuntur voluntati, ideo ſunt incerta & timenda. c.24.n.86.

Vide quæ annotata ſunt feria 5. poſt Dom. 4.

Quadrag. Et de Cæcitate mentis, vide Dom. in Quinquageſima. Et feria 6. poſt Dom. 1. Quadrag. & feria 2. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ.

Deus ſeuerè in ingratos animaduertit, & quibus pœnis puniuntur? c.17. n.60

Quæ mala ſequuntur inde, qui beneficiorum acceptorum non recordatur? ibid.

Ingratitudo ruſticitati & inſipientiæ tribuitur, & multa ſimilia ibi de ingratitudine tractantur, capite 24. numero 134. & 135

## Dominica IX. poſt Trinit.

*Dixit Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti.* Luc. 18.

Euangelium verſatur in Parabola de Phariſæo & Publicano, & reuocat nos ab hypocriſi, arrogantia, & fiducia ſui, præſertim vbi homini cum Deo agendum eſt, excitat itidem ad humilitatis & pœnitentiæ, tum exterioris, tum interioris ſtudium, commendatque cæremonias, quæ ex animi pietate & humilitate proficiſcuntur; peccata enim non nocent pœnitentibus, ſuperbis verò nec benefacta proſunt. Dicendum itaque quàm exitioſa ſit ſuperbia, & proficua humilitas, nec non de largitione decimarum, quid mirentur perſoluentes decimas, & de myſtico ſenſu Parabolarum.

Ambitio optimam ignis ſimilitudinem præ ſe fert, c.30. n.151

Iactantia & elatio multis ruinæ cauſa extitit, ibidem, num. 246

Voluntas propria dicitur ſanguiſuga, auaritia verò & ambitio filiæ eius, ibid. n. 116

Cætera vide de ſuperbia, Dom. 1. Quadrag. Et feria 4. poſt Dominicam Paſſionis. De humilitate verò feria 5. poſt Cineres.

Decimæ ſunt perſoluendæ atque reddendæ, cap. 3. numero 62

Deus nullam à nobis ex decimis exquirit vtilitatem, ſed tantùm honorem ſibi vendicat, ibidem, numero 63

Quomodo decimæ ad honorem Dei pertineant? ibid. n, 12. & ſeq.

Cur tum decimas, tum primitias ſibi reſtitui vult Deus? ibid. n.65

Decimæ debent reddi ex optimis & primis fructibus, n.66

Qui exactè Deo decimas pendit, quid meretur? ibid. num.67

Qui decimas ſoluit, longam valetudinem meretur, c.7. n 3

Vicinæ ſunt diuitiæ ei, qui exactè decimas ſoluit, c. 10. n.48

Quid ſit parabola? Vide in Præfatione ad Lectorem.

Quare Parabola à Dominio & Principatu nomen traxiſſe dicatur? c.1. n.3. 4. 6. & 7

Parabola idem quod ſimilitudo, ibidem, num. 11. & ſeq.

Parabolæ ſeu prouerbia præſtant cæteris dictis, ibid. n. 37, & ſeq.

Parabolarum ſeu Prouerbiorum doctrinam Hebræi habebant pro Logica, c.1. n. 41

Reges olim decertabant Parabolis, ibid. n.47

Hebræi ad inſtruendos rudes intellectus ad ſacrarum litterarum intelligentiam ſtrophis, vel ſymbolis vtebantur, ibid. n.72

Ad gloriam Dei ſpectat, ſermones ſuos obſcuris quibuſdam allegoriarum inuolucris contegere, c. 25. n.6 & 7

Deus præcepta ſua ſic intimare, & inſinuare ſolet, vt tamen rationes præcipiendi, prorſus occultet, glorioſum enim ducit, hominum non modo voluntates, ſed etiam mentes, iudiciaque ſibi ſubſterni, & ad nutum obſequi, ibidem, num. 9.

## Dominica X. poſt Trinitatem.

*Exiens Ieſus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ.* Marc. 7.

Euangelium tractat miraculum de ſurdo, & muto, quem Chriſtus pro ſua omnipotenti gratia curauit: Locus de iactantia atque vana gloria fugienda, de recto linguæ vſu, & de prouidentia Dei omnia ritè ac ſuauiter diſponente, occurrit. De iactantia vide Dom. 1. Quadrag. Et feria 4. poſt Dom. Paſſionis.

Lingua maledica acutior & fortior gladio, cap. 30. c.107. & ſeq.

Maledicentiæ duæ filiæ, detractio & contumelia, ibid. n.114

Cętera vide Dom. 3. Quadrageſimæ. Et Dom. Paſſionis, & feria 3. poſt Dom. Paſſionis.

Nullus colendus niſi ſolus Deus, c.7. n.4

Quomodo Deus ſine iniuria ſuæ prouidentię fœlicitatem, atque gaudia, inter probos, & improbos partitur? c.3. n.233

Deum ſemper in omnibus rebus pręſentem cogitare debemus, ibid. n.28. & ſeq.

Dei pręſentis cogitatio magnam vim habet ad vitam, & mores informandos, ibid. n.30

Quomodo Deus ſimul doleat, & rideat in interitu impiorum? c 1. n.265. 266. 268. & ſeq.

Deus ſtatim infligendo pœnas propter culpas, & non differendo, miſericorditer facit, c.3. n.203

Quomodo Deus dicatur impium hominem facere? c.16. n.17. & ſeq.

Quid ſit in Deo potentia executiua? c.7. n.4.

## Dominica XI. poſt Trinit.

*Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* Luc. 10.

Laudantur oculi Apoſtolorum, cęterique fideles conſolantur à Chriſto, illi beati dicuntur quia vident, hi verò quia aliquando viſuri, ſi ſe pręparauerint, & corda ſua mundauerint, oculoſque perſpicaces, lucidos, per charitatem, & obſeruationem mandatorum Dei reddiderint, miſericordiamque exemplo iſtius Samaritani alligando vulnera proximi, & miſeriam illius, ac deffectum ſubleuando, pręſtiterint: De charitate igitur primò; ſecundò de obſeruatione mandatorum Dei, Tertiò de miſericordia erga pauperes, tractandum.

Quę reſtant de amore in genere, annotantur. Quare amor cum ſagittis, arcu, pharetra depingitur? cap.1. num. 157

Cur amicitia ceruo tribuatur, ſeu comparetur? c. 5. num. 120

Inſigne amoris documentum eſt, alicuius nomen aut formam in annulis impreſſam geſtare, capite 7. num. 20

Cur annulus in digito auriculari proximo inſeritur? ibid. num.22

Charitas iter rectum ad Deum, & illius donum facit & dilatat, c.18. n.58. Plura de Charitate vide in feſto Pentecoſtes.

De mandatorum obſeruatione vide feria 4. poſt Dominicam 3. Quadrag. Et in feſto Pentecoſtes.

De miſericordia verò erga pauperes, vide feria 6. poſt Cineres. Et feria 2. poſt Dom. 1. Quadrageſimę. Et in feſto S. Paſchę, & Dom. 7. poſt Trinit.

## Dominica XII. poſt Trinit.

### *Dum iret Ieſus in Ieruſalem tranſibat per mediam Samariam.* Luc. 17.

Adfertur Chriſti miraculum de curatis decem leproſis, quos tranſmiſit ad ſacerdotes, vt ſe illis offerant. Leproſi iſti quid nobis repreſentant, vide Dom. 3. poſt Epiph. Sacerdotum verò dignitas paucis demonſtrabitur.

Quare ſacerdotibus ex victimis pectuſculum, id eſt, armus dabatur, nimirum vt illum Deus ſibi eſſe in pectore, & amoribus ſignificaret, c.23. n.15

Sacerdos cum ſit Dei conuiua, conſiderare attentè debet, quæ appoſita ſunt ſibi, ibid. n.21

Inter peccata ſacerdotum quod eſt maius? n.24

Labia ſacerdotis auro, & gemmis aſſimilantur, cap. 20. num.51. & ſequentibus.

## Dominica XIII. poſt Trinitatem.

### *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire.* Matth. 6.

Nimia cura, & ſolicitudo vitæ huius prohibetur, & vt ſpiritualia ſupra temporalia & mundana præponantur, ſuadetur: Nonnulla igitur de mundo annotanda ſunt, & quibus angariis premuntur, qui mundo ſeruiunt, ac denique quàm ſordidi ſint, qui pecuniis, lucro, & opibus inhiant.

Quare mundus contemnendus, illiuſque vanitates? c.17. n.11

Magnus labor in mundo, & paruum premium, c.23. num. 120

Diuino ſpiraculo perficitur hominis ſpiratio, nimirum, vt ſpretis caducis & terrenis ad ſuperiora anhelet, c.20. n.102. & ſeq.

Mundo qui ſeruiunt, pro præmio in priſtinum detruduntur ad commolenda pilis frumenta, capite 26. num. 129

Qui terrenis rebus, ac ſordibus humanis implicantur, munditiam habere non poſſunt, capite 24. numero 21

Cur mundana eſt tanquam tinea, quæ cuiuſuis generis veſtes, ſed maximè purpùreas arrodit; ita etiam curæ mundanæ priuatos angunt, ſed maximè Principes, ac Magnates, c.25. n 126

Facilius eſt ex bonis propriis liberaliter impendere, quàm aliena non accipere, c.20. n.24

Lucra & quæſtus; quantumque ampliſſimi, qui mendacio, & artificiis linguæ parantur, ocyùs dilabuntur, c.21. n.30. & ſeq.

Qui fraudulentis lucris ſtudent, honeſtas acquirendi rationes relinquunt, c. 10. n.80. & ſeq.

Cur valdè inuiſus ſit Deo, qui per fraudem aliquid agit, c. 12. n.103

Appetitus auri continua bella, & contentiones ac anguſtias excitat in homine, c.28. n.130

Auari ſordidi appellantur, qui contra ius, faſque diuitias congerunt, c.21. n. 85

Auarus omnis habet malos oculos, & ſemper mendicus, c.28. n.111. & 113

Auarus res ſibi noxias, hoc eſt fortunas, & opes nociuas impensè cupit, c. 21. n.108

Qui pauperem per vim & fraudem ſpoliat, ipſe viciſſim ab alio ditiore ſe, per ſimilem vim, & iniuriam opprimetur, c.21. n 88. 90. & ſeq.

Modus auaritiæ ponendus, neceſſariis tantùm ad vitam conquiſitis, c. 17. n.39

Concupiſcentia ea intentione, ac velocitate poſt diuitias non eſt mouenda, qua aues ad prædam volant, cum eas non obtinueris, ibid. n.45

Homo auarus maximam, ac nobilem partem ſapientiæ putat, ob augendarum opum induſtriam, cap. 28. n.56. & ſeq.

Auarus pecuniis parcit, verbis liberalis eſt, cap. 19. num. 18

Auarus celans bona ſua, nec in proprios vſus audebit expendere, ibid. n.89

Quæ auarè & contrà fas obſeruantur, malè plerumque pereunt, c.11. n.115

Annonæ flagellatores, aliquando compelluntur à Deo, vt ſuos theſauros aperiant, ibidem, numero 126

Cur omnium malorum radix dicatur cupiditas? ibid. n.134

Auari crudeliores ſunt dando, quàm ſi non dent, c.12. n.48

Cupiditas habendi qua impij ardent, inexplebilis eſt, c.13. n.101

Quid homines reddat parcos, liberales, & auaros? c.14 n.91

Qui iniuſta lucra perſequuntur, ſordidi ſunt, c. 10. n.109. & ſeq.

Cætera vide de auaritia, Dom. 1. Quadrag. Et feria 3. poſt Dom. 1. Quadrageſimæ.

## Dominica XIV. poſt Trinit.

### *Ibat Ieſus in ciuitate, quæ vocatur Naim.* Luc. 7.

Quæ pro hoc Euangelio Concionatoriè diſſerendo afferri poſſunt, ea repete ex ſuprà collectis in feria 5. poſt Dominicam 4. Quadrageſimæ.

## Dominica XV. poſt Trinit.

### *Cùm intraret Ieſus in domum cuiuſdam Principis Phariſæorum, & ipſi obſeruabant eum.* Luc. 14.

Volens deprimere Phariſæorum extollentiam, & ambitionem, qui primos accubitus appetebant in conuiuiis, & nos docere humilitatem, Parabolam de infimo loco, in conuiuiis deligendo, propoſuit, vt humilitas tanquam vera via ad gloriam commendetur. De conuiuiis igitur ponendum putaui primo loco; ſecundò de ſuperbia & humilitate.

Ad conuiuia inuitatio, & ceremoniæ inuitantium deſcribuntur, c.22. n.117

In conuiuiis quomodo procedendum? cap. 23. n. 5. & ſeq.

Veteres conuiuia in lectulis ſeu toris diſcumbentes abſoluebant, tamen & ſedendo certis temporibus celebrabant, & quare? datur ratio, ibidem, numero 9. & ſeq.

Præcipua occupatio in conuiuiis apud veteres, ibid. n.9. & 66

Mos in conuiuiis apud antiquos, vt cibi quibus conuiuæ in menſis lautiſſimis honeſtabantur, myſtici eſſent, ibid. n.15

Comeſſatores non ad neceſſitatem naturę, ſed ad delectationem & voluptatem carnis inuitabantur, ibid. n.98

Munera myſtica in conuiuiis deſtinabantur, ibid. num. 100

Luxus conuiuiorum tollendus, ibid. & 101

Ad quid in conuiuiis Sympoſiarchę, ſeu cœnarum moderatores? ibid.

In conuiuiis non vulgaris amoris erat ſignum, inciſas, ex ſibi propoſitis ferculis partes, aliquando etiam

admorſas, & prǫguſtatas amicis offerre, capite 25. num. 142

In conuiuio bonum eſt, locum inferiorem, quem dignitas Perſonæ illius poſtulat, ab initio occupare; ea enim animi demiſſio, in cauſa erit, vt à Sympoſiarcha euocetur ſuperiùs, ibidem, numero 25. & 27

Finis conuiuiorum præſtantiſſimus, abolere diſcordias, & gratiam comparare, c.15. n.19

Non tam parandis, multis, ſplendidiſque cibis ſtudere debemus, quàm vt beneuolè & iucundè cum amicis degamus, ibid. n.80

Et cùm conuiuia ſemper cum luxu finiantur, vino, & ebrietate aliquid ponemus.

Vini effectus qui? & quare vinum dicitur deriſor, peſtilentia, luxurioſum, & ſimilia? n.1. c.20. n.2. & ſeq.

Qui indulgent vino & conuiuiis, prodigi ſunt, facultates, & patrimonium ſimul cum vino exhauriunt, & non tantùm corporalia, ſed etiam vitam, ſapientiam, conſilium, & alias animi dotes profundunt, ibid. n.3

Quid eſt vinum caſtigare apud Græcos? ibid.

Vinum merum adinſtar tyranni, & vinum inuictum, quare dicitur? ibid. n.4.

Quomodo aqua eſt frænum vini? ibidem, numero 5

Quare vinum dicitur res tumultuoſa, & qui vino delectatur non erit ſapiens, ibidem, numero 6

Cultrum potiùs immergere gutturi ſuadet ſcriptura, quam per crapulam, & ebrietatem à menſa excidere, c.23. n.4. & ſeq.

Cui væ? cui rixæ? Ebrio; ab ebrietate enim egeſtas & indigentia, lites, & contentiones proficiſcuntur, ibid. n.125. & 127

Vinum iram nutrit, ſicut lucernam oleum, ibid.

Incommoda ex ebrietate prouenientia enumerantur, ibid. n.128. & ſeq.

Viuax vini color haud contemplandus eſt, quia illa viuacitas coloris ad bibacitatem protrahet te, ibidem, n.134

Vinum ex homine viperam facit, & mordet vt coluber, & vinum veneno virulentius, nam alia venena corpus petunt, animam relinquunt, vinum vtrumque perdit, ibidem, numero 139. & 140. & ſeq.

Vinum inſtar baſiliſci qui aſpectu occidit, eamdem vino vim tribuunt, quam Creaſti, & ſimile aſpidi dicitur, nam aſpis cùm iram concipit, homini in caput & faciem incidit: ſic vinum, ibid. n.141. & 143

Intemperantia vini facit, quod omnia extranea & aliena videntur, nec vxor, nec filius agnoſcitur, ibid. num. 144

Temulentus belluino quodam impetu æſtuat, & aſſimilatur ſtellæ, quæ Acephalus dicitur, ibidem, numero 145

Ebrietatis præcipua ærumna, rationis naufragium, quia in potatore ſimul omnia bona demerguntur, & dedecus ac contumelia ſequuntur, ibidem, num.147. & ſeq.

Quanta mala afferat ebrietas in Principibus, Ducibus, militibus, quorum fidei Reſpublicæ ſunt commiſſæ? c.12. n.55

Quanta cum temperantia vinum bibendum? cap.31. num. 35

Quàm longè abeſt Deus ab ebriis? ibid. n.21

Ebrietas omnis ſecreti, & arcani violatrix, & memoria in ebriis penitus perimitur, ac emoritur? ibid. n.22. & ſeq. & n.25

Quodnam ſit vinum damnatorum, & cur ſic appellatur? ibid. n.30

De ſuperbia vide Dom. 1. Quadrageſimæ. Et feria 4. poſt Dom. Paſſionis. Et Dom.9. poſt Trinit. & de humilitate, feria 5. poſt Cineres.

## Dominica XVI. poſt Trinit.

### *Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi, & interrogauit illum vnus ex eis legis doctor tentans eum.* Matth. 22.

Pro hac Dominica de Obſeruantia præceptorum Dei, vide feria 4. poſt Dom. 3. Quadrageſimæ. Et in die S. Pentecoſtes.

## Dominica XVII. poſt Trinit.

### *Aſcendens Ieſus in nauiculam tranſfretauit.* Matth. 9.

Chriſti poteſtas magna declaratur in hodierno Euangelio in paralytici curatione, & peccatorum remiſſione, ordoque admirandus, priùs enim animæ, quàm corpori remedium adhibuit: Talis poteſtas agnoſcitur in nauicula Chriſti, quæ eſt Eccleſia, de qua aliquid annotabimus.

Quomodo Chriſtus dicatur nauis omnium credentium? c.30. n.199

Quare & qualiter Eccleſia naui comparetur? ibid. num. 197

Quomodo Eccleſiæ & animæ iuſti ſemitæ, viæ nauis in mari aſſimilentur? ibid. n.178

In quo Eccleſia aſſimiletur areæ? capite 18. num.8. & ſeq.

In quo meretrici? ibid. n. 198

Tam pro bonis, quàm pro malis ſumitur, capite 5. num. 85

Duo in Eccleſia ſtatus, continentium videlicet, & coniugatorum, contemplari poſſunt, capite 10. num. 94

Quantam curam, & ſolicitudinem habuerit Beata Virgo de Eccleſia, vt meritò de ipſa dicatur; *Mulierem fortem quis inueniet?* c.31. n.45

Lex prima ſocietatis, quæ in Eccleſia maximè obſeruatur, vt ſociorum omnia ſint communia, capite 1. num. 197. 198

Præſtantiſſimum pietatis munus, ſocietates ſtabilire, & ad illas roborandas pecuniarum collationes ſuadere, ibid. n.198

Conuerſatio ſeu ſocietas bona, ad mores inſtruendos multùm confert, mala verò ad corrumpendos, capite 13. numero 81. capite 27. numero 100. & ſequent.

Cur conſortia ſtultorum vitanda ſint? cap.14. num. 31. & 32

Quàm periculoſum à communi viuendi & conuerſandi ratione diſcedere? c.18. n.2

## Dominica XVIII. poſt Trinit.

### *Simile eſt Regnuum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Matth. 22.

Euangelium in Parabola verſatur de inuitatis ad nuptias, oſtendens meritò illos eſſe damnatos, qui vocati venire contempſerunt, & illos qui aderant iuſtè eiectos, qui per fidem ingreſſi, veſte nuptiali, id eſt Charitate Dei, & proximi carentes, profeſſionem ſuam non ornarunt, neque bonis operibus ſuam vocationem comprobarunt: Meritò igitur de charitate Dei tanquam veſte nuptiali, & de miſericordia erga proximum, conſequente ipſam, agendum eſt.

De primo puncto, vide in feſto Pentecoſtes. Et Dom.11. poſt Trinit.

Quomodo duo miſericordiæ fontes miro ordine

inter ſe cohærent, humanæ erga pauperes, & Diuinæ erga eum, qui in pauperes liberalis eſt, capite 10. numero 185

Eleemoſynæ in die iudicij multum proderunt, c. 11. n. 18. & ſeq.

Cur eleemoſyna dicatur ſemen vitæ, & quomodo nomen benedictionis infert? ibid. n. 88. & 120. & c. 13. num. 88

Miſericordia comparatur fonti ad irrigandum idoneo, c. 11. n. 123

Quomodo eleemoſyna dicatur emundare animos & peccata redimere? c. 14. n. 89

Eam diei partem fœlicem exiſtimat liberalis, quam benefaciendo exterit, eam verò nigro calculo ſignat, in qua nihil beneficij præſtitit, capite 21. numero 108

Si pauperi eleemoſynæ titulo aliquid datur ex malè acquiſitis, inuiſum eſt Deo, ac deteſtabile, ibidem, n. 114

Qui miſericordiæ opera exercendi occaſionem non omittit, beatus erit, & in omnibus fortunabitur, cap. 22. n. 45

Iuſto Dei iudicio, qui auxilium temporale non impendit proximo, auxiliis ſpiritualibus deſtituitur, c. 24. n. 38

Excutienda mira duritia Chriſtianorum, ad quorum aures non peruenit clamor eorum, quorum ſalutatio vrbem concutit, & fletibus eorum, ac eiulatibus plateæ implentur, capite 27. numero 74

Qui beneficium largitur aut eleemoſynam proximo ſuo, & verbo eum lædit ſuperbo beneficium exprobrans, beneficium amittit, ibidem, numero 80

De hac materia plura vide feria 6. poſt Cineres, & feria 2. poſt Dominicam 1. Quadrageſimæ. Et in feſto S. Paſchæ, & Dominica 7. poſt Trinit.

## Dominica XIX. poſt Trinit.

*Erat quidam Regulus.* Ioan. 4.

Demonſtratur ingens dolor Reguli iſtius, ex diligentia, & cura quam habuit circa ſalutem filij ſui; currit ad Chriſtum tanquam ad vitæ datorem, deponit faſtum Maieſtatis, corde & corpore humiliter petens, vt ſaltem verbo ſuo, reſtituat filio, & mœrorem anxietatemque quam conceperat ex morbo illius, abigat; & meritò cùm in filiis conſeruetur, ſicut poſteritas, ita familiæ honeſtas; de qua diſſerendum.

Rex vitam ſuam & mores in filium transferre debet, c. 16. n. 70. & ſeq.

Dignitas filij redundat in dignitatem parentis, c. 8. 125. & ſeq.

Quare multùm debeant filij parentibus? c. 4. n. 37. & ſeq.

Parentum probitas filiis pro virtutis imagine eſſe debet, c. 13. n. 2

Ob præclara merita parentum, multa bona confert Deus filiis, c. 1. n. 54

Cur Deus tantum detulit parentibus, vt eorum benedictiones filiis fœlicitatem afferant, & maledictiones perditionem? c. 4. n. 42

Opes, vitam, & honorem filiorum ex parentum precibus & benedictionibus pendere voluit Deus, c. 15. n. 90

Sicut ſtatua aut imago arte facta in laudem ſunt opificum? ſic filij moroſi & diſciplinari in laudem parentum, c. 17. n. 20

Parentum ſtemmata ad filios deferuntur, & gloria filiorum ac nepotum ad auos, & atauos redit, ibidem, n. 20. & 21. & c. 19. n. 95

De præcipuis generibus bonorum, quæ Patrum integritas liberis à Deo obtinet, vide, capite 20. num. 27

Filij lucernæ in ſcriptura apppellantur, & quare? ibid. n. 72

Qui parentibus bonis ſatus, non bonus euaſit, naturæ aduerſatur, & monſtro ſimilis eſt, c. 17. n. 22. & c. 20. n. 27

Filius proteruus & inobediens poſtponitur ſeruis, c. 13. n. 61

Filij offendentes parentes præcoci morte rapiuntur, & lumen illorum extinguitur, cap. 20. num. 72. & ſeq.

Aliquando Deus adiudicat vniuerſæ matri, id eſt, terræ, filium, & eripit illum matri peculiari, morte matura, c. 23. n. 85

Plura vide Dominica 2. poſt Epiphan. Et feria 6. poſt Dom. 2. Quadrag. Et feria 4. poſt Dom. 3. Quadrageſimæ.

## Dominica XX. poſt Trinit.

*Simile eſt Regnum cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.* Matth. 18.

Euangelium verſatur in Parabola de Rege rationem à ſeruis ſuis depoſcente, iuſtamque ſeueritatem in ſeruum crudelem, & inhumanum exercente; Materiam nobis præbet de Regum clementia, & ſeueritate, quæ duo hic Rex Parabolicus demonſtrat, facilè enim remittit roganti, quia benignus eſt, facilè etiam eundem condemnat, quia auſterus. Et ne talem experiamur Dei erga nos acerbitatem, debemus alter alteri etiam nobis iniuriam inferenti ex corde remittere: De clementia igitur Regum ac ſeueritate, & quomodo opes ſint materia alios opprimendi, nonnulla notabimus.

Diuinitatem quandam vultu præfefert Rex, quando Regiam grauitatem hilaritate, & clementia, detracta ſeueritate, oſtendit, c. 25. n. 16

Hilaritas Regis rori matutino aſſimilatur, cap. 19. num. 40

Indignatio & ira Principum, non debet eſſe rigida, ſed lenta, c. 25. n. 74

Principes ſunt tanquam fontes & aquæductus, ibid. n. 158. & 159

Princeps iuſtitia & æquitate præditus, tanquam leo, qui aliarum beſtiarum dux, & imperator creditur, intrepidus perſtat, c. 28. n. 7

Quemadmodum cœli nunquam eadem facies eſt, ita etiam Regum mens nunquam eadem, ſed varia, à ſeipſa paſſim diſcrepans; ideo ſcrutari conſilia motuſque Regum, res impoſſibilis, vana, & inutilis, cap. 25. n. 12. 13. & 14

Magiſtratus ſeueritate in ſceleratos procedens, populo vtique dulcis, ac iucundus erit, capite 24. numero 106

Cur Reges vocantur leones? capite 30. num. 233. & ſeq.

Regibus ob plurima mala emergentia multum cauenda eſt ira, c. 16. n. 59. & ſeq.

Principum ira magna, crebra, ac facilis, vnde? c. 19. n. 35. & ſeq.

Ira ex Regibus leones facit, ibid. n. 38

Ira Regis nimbo & turbini comparatur, ibidem, num. 40

Rex leonem imitatur, quapropter quiſquis illi cedit, ac ſupplicem ſe præbet, facilem illum ac beneuolum experitur, qui autem illum ſtimulat, atque in ſe prouocat, necem ſibi accerſit, c. 20. n. 8

Cætera vide Dom. 4. Aduentus. Et in die Epiph. & feria 5. poſt Cineres. Et Dom. 2. poſt Paſcha.

Diuites aliquando durum imperium in pauperes exercere conſueuerunt, eoſque ſibi velut famulos, ſeruoſque ſubſternunt, c.22. n.37

Maximè dedecet, vt homines qui opibus ipſis degeneri admodum obſequio inſeruiunt, earumque mancipia ſunt, in homines ingenuos, & liberales poteſtatem habeant, imò potiùs pauperibus imperium conferendum eſt, qui cùm diuitiis imperare norint, idonei certè videntur, ibid. verſ. 7. n.37

Plura vide de diuitiis feria 4. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ. Et feria 6. poſt Dom. Paſſionis, & Dom. 1. poſt Trinit.

## Dominica XXI. poſt Trinit.

### *Abeuntes Phariſæi concilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone.* Matth. 22.

Perfidum, genus ſimulatorum doloſè accedit ad Chriſtum, non vt ædificetur, vel pietatis aliquam lucem capiat à ſole iuſtitiæ, ſed vt carpat, rideat, & capiat; ſed victum, confuſum recedit, tributum iuſque debitum ſoluere cogitur: De vitio igitur hoc deteſtabili, ac tributis notandum.

Fraudulenti homines ſeu irriſores ſunt ſimiles vulpibus, c.3. n.245

Qui vocentur deriſores? ibid. n.246

Simulatorem & doloſum Deus inuiſum habet. c. 6. n.129

Quantum dolorem adulator afferre ſoleat his, quibus aſſentatur, & quare ſimilis coruo? cap. 10. n.159 & ſeq.

Qui adulatores audiunt, ſtulti ſunt, ibidem, numero 161

Quam debilis ſit libertas adulatorum? ibid. n.169. n.130

Quid interſit inter ſermones hominis calidi, & viri candidi? ibid. n.188

Adulatorum ingenium eſt, eorum quorum gratiam iniri cupiunt, vitiis virtutum ſpeciem obtendere, ibid. n.194

Proprium adulatorum eſt, præſentibus blandiri, & abſentibus detrahere, ibid. n.240

Lingua ſeu guttur adulatorum ſepulchrum optimè dicitur, c.11. n.37

Quinam maximè adulationibus capiantur? cap. 19. num. 71

Adulatoris qualis eſt effigies? capite 18. num. 29. & ſeq.

Adulator in aula plus valet quam iuſtus, capite 17. num. 14

Vir calidus nunquam ſibi ſimilis eſt, ſed à ſeipſo paſſim diſſidet, ac ſecum pugnat, cuius ſymbolum eſt Protheus, c.20. n.40. & ſeq.

Qui honeſtè viuentem à via ſua per aſtutiam, aut caliditatem in diuerſum agit, Ethnicus vocatur, ibid. n.41. & c.28. verſ. 10. n.48

Adulator ſcoria vocatur, nam ſicut ſcoria auro adhæret, ſic illi Principibus, c.25. n.23

Nummis adulterinis ſunt ſimiles, & quos fugiunt, vel deuitant? c.26. n.129. & 146

Nomine inimici adulator in ſcriptura inſignitur, & qui ſunt illius ſeptem ſpiritus nequam? ibidem, n.133. & ſeq.

Principes tributa moderata debent à ſubditis exigere, & quare? c.27. n.149. & c.29. n.19. & ſeq.

Princeps & Reges nec faciles nimium, nec ſeueri valde erga ſubditos debent eſſe, c.30. n.248

Principum erga ſubditos ſeueritas in duobus verſatur, in exigendis tributis, & in puniendis delictis, ibid. n.255

Subditos benigniùs coercere vtile eſt, eoſdem opprimere pernicioſum eſt, ibid. n.256. & ſeq.

Probitate Principis vulgus etiam ad grauia onera ſponte ducitur, c.29. n.1

Adulatores ſuis lenociniis, & adulationibus Principis gratiam inire ſolent, & tyrannidem in ſubditos ſuadent, Principis gratiam habent, ſed Reipublicæ odium ſibi accerſunt, ibidem, n.102. Plura de Regibus ac Principibus vide Dom. 4. Aduentus. Et in die Epiphaniæ. Et feria 5. poſt Cineres, & Dom. 2. poſt Paſcha, & Dom. 20. poſt Trinit.

## Dominica XXII. poſt Trinit.

### *Loquente Ieſu ad turbas, ecce Princeps vnus acceſſit, & adorauit eum.* Matth. 9.

Vbique diffundens radios ſuæ bonitatis ſol iuſtitiæ, omnibus ritè accedentibus, votis adeſt; accedit Hæmoroiſſa, tangit veſtimentum, recipit ſalutem; accedit Chriſtus ad puellam mortuam, tangitur à Chriſto, & ſurgit: Iſte ſexus muliebris infirmus ac debilis, repræſentat nobis infirmitatem animarum noſtrarum, quas Chriſtus videns, miſertus deſcendit, tetigit & curauit: De dignitate igitur animæ notabimus.

Homo non vna tantùm vita, ſed triplici præditus eſt, c.5. n.440

Quomodo anima dicatur moueri triplici motu, circulari, per quem in ſeipſam redit, recto, per quem ad proximos prodit, reflexo, per quem ab externis ad Deum reuocatur, c.2. n.82

Quæ animi profunditas, ſublimitas, latitudo, altitudo, & quomodo animus indiuiſibilis has diuiſiones capere poteſt? c.19. n.29. & ſeq.

Qui dignitatem animæ ſuæ ignorat, perinde eſt ac ſi non haberet illam, ibid. n.5

Animus hominis vnde cognoſcitur? capite 17. numero 95

Animus eſt ſimilis equo, qui antequam in certamen cum forti aliqua tentatione ruat, equi in modum comparari, inſtrui, inſterni & expediri debet, vt ſeſſorem, id eſt rationem, excipiat, hæc enim manus cum hoſte conſerit, victoriamque ex Dei beneficio, & gratia reportat, c.21. n.127. & ſeq.

Anima varias ſignificationes habet in ſcriptura, c.29. n.107

Ægry animi ſymbolum, continua mutatio, cap.27. num. 49

Animus curis maximis & ſolicitudinibus tanquam feris conſcinditur, c.21. n.38.

## Dominica XXIII. poſt Trinit.

### *Cùm videritis abominationem deſolationis.* Matth. 24.

Euangelium horrenda proponit atque ſtupenda, non ſolùm de illa abominatione, quæ facta fuit in templo ſancto multis vicibus ab abſurda gentilitate, ſed etiam in deſtructione vltima Hieruſalem; proponit etiam abominationem illam, quæ excedet impiiſſimos quoſqué & quæ ſe extollet ſupra omne id, quod eſt Deus, videlicet Antichriſtum (prout omnes Doctores explicant) eiuſque præcurſores; tam præcedentes, quàm præſentes, ac futuros nouiſſimis temporibus; demum de extremi iudicij die horribili, ac tre-

mendo aduentu edocet. Et cum iam de extremo iudicio annotauerimus Dom. 1. Aduentu, & de Hæreticis Dom. 4. & 6. poſt Trinit. Nunc de Antichriſto & illius Anteſignanis, qui illum ſua impietate repræſentant, paucis attingemus.

Antichriſtus aſſimilatur vrſo, c. 17. n. 46

Vrſi natura, proprietas, dolus, voracitas, fraus, aſtutia ipſi conueniunt. Lupi natura, proprietas, eluries, ferocitas, inſidiæ deſcribuntur, quæ non inconcinnè Antichriſti vitia depingunt, c. 28. n. 74. & 75

Immanitas Antichriſti optimè delineatur, frauſque illius & dolus, ibid. n. 76. 77. & ſeq.

Impij cum ſint imago diaboli, & principalis eius inſtrumenti, videlicet, Antichriſti, optimè ipſum repræſentant in ſuis ſceleribus, Nimirum, ambitione, auaritia, libidine, fraude, de quibus ſuo loco, hæc tamen annotanda duxi.

Cur diabolus dicatur ſanguiſuga, filiæ eius, libido, auaritia, ambitio, c. 30. n. 117

Concupiſcentia cur dicatur ſanguiſuga, filiæ illius, luxuria, & auaritia, ibid. n. 118

Cur libido ac luxus dicatur ſanguiſuga, ſimiliter & auaritia? ibid. n. 121. 124. & ſeq.

Quomodo hæc tria, luxuria, ira, auaritia dicantur ſanguiſugæ inſaturabiles, & quartum, nempe ambitio, quæ numquam dicit, ſufficit? ibid. n. 127. & ſeq.

Superbus qui eſt filius diaboli, punitur per luxuriæ vitium, c. 22. n. 79. & 80

Tribus modis Deus gladium contra ſceleratos vibrat, & tribus modis gladio percutere ſolet, capite 20. n. 123

In via hominis peruerſi duo ſunt, quæ homines probos ab ea deterrent, tribuli, & laquei, c. 22. n. 22

Impij ſcoria in ſcriptura dicuntur, & quare? c. 25. num. 18

Sceleſti homines ob iniurias innocentibus illatas, ſeueriſſimè puniuntur, c. 1. n. 294

Luxurioſi, etiam repræſentant impudicum parentem ſuum; ideo gentiles, veri cultores diaboli, impudicam Venerem, & Priapum, aliaque proſtituta pro Diis adorabant, c. 2. n. 134

Venus, Dea & Regina, à ſordida gentilitate appellatur, ibid. n. 137

Luxuria triplicis vitæ diſpendia affert, vitæ, ſcilicet, gratiæ, temporalis, & æternæ, ibid. n. 166

Amor laſciuus omni fera truculentior, ac omni tyranno immanior eſt, c. 5. n. 61

Scortator etiam viuus, quodammodo inter dæmones agit, & in inferno depreſſus eſt, ibidem, num. 84.

Libido, luxuries, ebrietas quædam eſt, c. 7. n. 68.

Vide de ſuperbia Dominica 1. Quadrag. & feria 4. poſt Dom. Paſſionis. Et Dom. 9. poſt Trinitatem.

De auaritia vide Dom. 1. Quadrageſimæ & feria 3. poſt Dom. 1. Quadrag. Et Dominica 13. poſt. Trinit.

De malis ac impiis hominibus, vide Dominica 5. poſt Epiph.

De meretricibus verò vide feria 5. poſt Dominicam Paſſionis.

# DE FESTIS SANCTORVM.

## In feſto S. Andreæ.

### *Ambulans Ieſus iuxta mare Galilaæ.* Matth. 4.

Narrat Euangelium admirandam, vim & energiam Verbi Diuini, cuius tanta efficacia in Sanctis Petro, & Andræa fratre eius, claret, vt continuò relictis ſuis occupationibus, audito verbo, *Venite*, ſecuti ſunt eum: Cum igitur Chriſtus ſit Dux & Rector noſter, eum ſequi ſine cunctatione debemus, modo de viis, quæ ducunt ad cœlum aliquid ſignauerimus.

Regia via in cœlum eſt miſericordia, & iuſtitia, qui ſe, ac ſua omnia huic vitæ committit, ipſa illum in cæleſtem aulam adducit, c. 21. n. 94

Quomodo via vitæ, & via mortis liberandæ & libero arbitrio eligendæ ſunt? c. 40. n. 220. & ſeq.

In libero arbitrio duplex indifferentia, ad bonam ſcilicet viam, & ad malam, quaſi duplex vnius libræ brachium; c. 2. n. 15. & c. 41. n. 219. 220. & 221

Obedientia eſt iter rectum, licet ſtrictum in cœlum, c. 21. n. 121

Obedientiæ præmium quale receperit Abraham? c. 1. n. 28. & ſeq.

Quanta verò ſit vis Verbi Dei, vide Dominica in Sexageſima.

## In feſto S. Nicolai.

### *Homo quidam peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos.* Matth. 25.

Euangelium legitur de ſeruis, qui inſtar S. Nicolai, caſti & compoſiti, ac vigilantes ad primam Domini vocem & pulſum præſto ſunt: De libertate igitur ſeu libera actione tam Diuina quam humana, & quomodo ſeruorum ſeruitus in filiationem mutatur, explicandum, atque etiam ab exemplo viri caſtiſſimi, qui proſtituendas filias, pauperis parentis inopiam ſua liberalitate ſubleuando, & illas ab infami, impudicaque vita liberando, in ſua honeſtate conſeruauit, quanta, & quæ mala, calamitates, & infamiæ, ex libidinoſa illecebraque vita eueniant, notandum.

Quis liber & in quo libertas conſiſtit & ingenuitas? c. 17. n. 6. & 7

Sola ſapientia facit hominem liberum, & ex ſeruo Dominum, c. 17. n. 76. & 77

Prædicanda ſapientiæ & prudentiæ humanæ excellentia, quæ ex humili conſurgit in altum, ita vt ſeruis dominium in filios præbeat, & quandoque loco filiorum hæredes faciat, ibidem.

Seruus ingenuus & prudens dignus eſt vt in filium recipiatur, probatur authoritate, & exemplis, ibidem, num. 8

Seruus qua ratione dicitur liber? ibid.

Fidelis ſeruus ſapiens dicitur, ibid. n. 23.

Adoptio ſeruorum in filios antiquitus obſeruabatur, ibid. n. 8

In myſtico ſenſu, gentiles tanquam ſerui ſolertes & ſenſati, filios ſtultos, id eſt Hebræos, hæreditario iure priuarunt, ibid. n. 9

Libido maximè ſenſibus ſanguini, vitæ, facultatibus, honori nocet, mentiſque robur infringit, cap. 2. n. 137. & 138. & c. 5. n. 54. 65

Per libidines iuuenilis decor deperditur, capite 5. num. 56

Luxus & turpiudo obcæcat hominem, ibidem, num. 82

Nihil hominem cunctis malis cumulare ſolet, quàm ſcortatio, ibid. n. 84

Libido inſania quædam eſt, c. 2. n. 137. & ſeq.

Venus equis furtiuis comparatur, c. 9. num. 235. & ſeq.

Qui cum muliere impudica conuerſatur, viam agit biuiis innumeris diſſectam, c. 7. n. 97

Plura vide feria 5. poſt Dom. Paſſionis. Et Dominica 23. poſt Trinit.

In

## In feſto immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

### *Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham.* Matth. 1.

Glorioſam ac ſplendidam iacturus domum, habitaculumque omnibus numeris perfectum filio ſuo vnigenito, Pater æternus, glorioſiſsimam ſcilicet Virginem Mariam in matrem à ſæculo prælegit, eamque honoratiorem Cherubim, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphim; incontaminatam creans, à labe originali preſeruans; cunctorum Sanctorum ordinem omnem, quantumuis eximium, & illuſtrem præueniens, reddidit, effecit; plus enim gratiæ illi, (ſecundum omnes Orthodoxos) quàm Sanctis reliquis collatum fuit, ad vincendum omni ex parte peccatum: In cuius laudem meritò Eccleſia vtitur illis verbis, quæ in perſona ſummæ ęterneque Sapientię dicta ſunt, quę primò explicanda erunt; Secundò per authoritates, rationes, exempla, ſimilitudines, probabitur illius illibata Conceptio.

Quo ſenſu Eccleſia, verba, quę increatę ſapientię conueniunt, accommodet Beatę Virgini, & quàm impudenter Lutherus, & alij heretici ob hanc cauſam inſurgant contra Eccleſiam? cap. 8. num. 9

Cur vtriuſque ſapientię tam createę, quàm increatę elogia, Beatę Virgini meritò adaptentur? ibidem, num. 11. & 12

Quomodo Beata Virgo ab ęterno dicatur preſcita & preordinata fuiſſe, cum certum ſit quantumlibet minimas creaturas ab ęterno preſcitas fuiſſe; & quę ſit cauſa huius pręuiſionis & preſcientię? ibidem, n. 293. & ſeq.

Cur Conceptio Beatę Virginis Marię, ex matre Anna dicatur à Deo pręuiſa ante abyſſos & fontes? ibid. n. 318

Plura de laudibus Beatiſſimæ Virginis Mariæ, vide in feſto Natiuitatis, Viſitationis, & Aſſumptionis eiuſdem.

## In feſto S. Thomæ Apoſtoli.

### *Thomas enim, qui dicitur didymus, non erat cum eis, quando venit Ieſus.* Ioan. 20.

Materia tractanda, quæ occurrit ſuper præſens Euangelium, bene quadrat cum Euangelio Dom. 1. poſt Paſcha, vide ibidem.

## In feſto S. Stephani Protomartyris.

### *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & ſcribas.* Matth. 23.

Prodit Euangelium inuiſibilem Iudæorum, peruicaciam atque crudelitatem in eos, qui diuinitus miſſi ad corrigendam gentem illam, tyrannicè prorſus ab eadem excepti, & miſerabiliter trucidati ſunt; Monet vt deteſtemur hanc ingratitudinem, ni cum illis quoque perditum iri velimus: Tractandum occurrit de laudibus Martyrij & patientia illorum.

Quanta pulchritudo & formoſitas virtutis, quæſic deuicit Martyres, vt etiam crudeliſſima quæque pro ipſa pati non dubitarint, c. 2. n. 88. & ſeq. & 91

Virtus eſt fons, & origo omnium bonorum, c. 8. n. 199

Sceleſti homines, qui innocentes iudicabant, & crudeliter trucidabant, ab illis iudicabuntur, c. 1. n. 294.

De laudibus Martyrij, vide, cap. 17. num. 10. & ſeq.

De tribulationibus, vide Dom. 3. poſt Epiph. & Dom. in Quinquageſima, & feria 5. poſt Dom. 1. Quadrageſimæ, & in feſto S. Iacobi Apoſtoli.

## In feſto S. Ioannis Euangeliſtæ.

### *Dixit Ieſu Petro, ſequere me.* Ioan. 21.

Cæleſtis planè illa Aquila occurrit nobis laudanda, atqui plus laudari non poteſt, nec quidquam addi laudibus quæ continentur in Euangelio: appellatur enim diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, in quibus verbis totum Encomium, laus, & gloria ſanctiſſimi Euangeliſtæ, Apoſtoli, Prophetæ, & Virginis extitit. Magnus campus ſe ſe offert, ſed quoniam ſpecialis locus in hoc commentario reperitur qui poſſet applicari, ad communem materiam te remittimus, ingenuus enim erat prædicator charitatis, & feruenter amabat Chriſtum, ideo vide materiam de charitate, in feſto Pentecoſtes.

## In feſto Purificationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

### *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, ſecundùm legem Moyſi, tulerunt Ieſum in Ieruſalem.* Luc. 7.

Conſolaturus aliquando anxiam ac mœſtam Synagogam Deus clementiſſimus, ac deterſurus lacrymas ſanctorum Patrum conſolatur illos per Malachiam, promittens aduentum, non iam prophetæ alicuius, non iterum Heliæ, aut ſimilis zelatoris, ſed tamdiu exoptati Meſſiæ, qui ſuum ipſe templum erat inuiſurus, & admirabilia operaturus. Id exhibet Maria, quo die (Solem iuſtitiæ pro nobis præſentans in templo ac offerens) luſtratur, ſeu purificatur puerpera, licet immunis à lege: Hoc Simeon excipit, cum glorianter ſui voti compos, baiulans lumen promiſſum in vlnis ſuis, in Chriſto totus exultat. Notandum igitur qualiter Beatiſſima Virgo Maria, Chriſtum hodie in templo ſiſtens, ac præſentans, pretium noſtræ ſalutis obtuliſſe dicatur, & quomodo hæc mater, purior cælis, ſanctior Angelis, immundarum fœminarum lege non conſtricta, legis onera ſubit? ac demum de ſacrificio, & votis.

Beatiſſima Virgo Maria voluntariè Chriſtum offerens, ſalutem noſtram operata eſt, & quomodo? c. 8. n. 202 & 203

Hæreſis Copronymi de hac difficultate, ibidem, num. 203

Non erat cauſa principalis noſtræ ſalutis, ſed impetratoria, ibid. n. 206

Modus proprius impetrationis ſalutis humanæ Beatæ Virgini adſcribi debet, ibid. n. 207

Si per impoſſibile voluntas Chriſti Domini expreſſa non fuiſſet ſe offerendi pro ſalute humana, voluntas Beatæ Virginis ſufficeret, ibid. n. 216

Quomodo ſponte & gaudens Beata Virgo filium obtulit, cum maximam lacrymarum vim profudit, moriturum contemplans, capite [illegible] numero 219

Quid ipſam ad oblationem filij impulit? ibidem num. 220

Hæc oblatio ex parte rei oblatæ, quodammodo infinita fuit, ibid. n. 221

Hæc inſignis oblatio Beatæ Virginis, in primis manifeſtata eſt in Purificatione, ibid. n. 217

Duas victimas Beata Virgo immolauit Deo pro ſalute humani generis, c.9.n.88.& 89

Virgo Maria triplici virginitatis prærogatiua inſignita erat, ibid. n.98

Tanti ſemper B. Virgo legem duxit, vt legis implendæ initium aliis extiterit, capite 9. num. 281. & ſeq.

Cur vitæ idea & ſpeculum appelletur? ibidem. numero 11. & 12

Quantam humilitatem & paupertatem oſtendit in purificatione, ibid. n.58. & ſeq.

Triplici charitatis corona ornata fuit, capite 9. numero 100

Propter hanc charitatem omnes inuitat ad Euchariſtiæ panem, qui dicitur Chriſtus; & cur donatio iſtius panis ipſi adſcribatur? capite 9. numero 142. 143. & ſeq.

Quænam ſint ancillæ Beatæ Virginis, miſſæ ad inuitandos conuiuas? ibid. n.115. & ſeq.

Cur appelletur vinum mixtum? ibidem, num. 90. & ſeq.

Cur menſa propoſitionis? ibidem, numero 96. & ſeq.

Septem columnis, quas ſapientia exciderat, virtutes Beatæ Virginis accommodantur, ibid. num. 46. & ſeq.

Plura de virtutibus, ac laudibus ipſius vide in feſto Natiuitatis, Viſitationis, & Aſſumptionis eiuſdem.

Qui imprudentem, aut fatuum Deo offert, aliis prudentioribus & ſanioribus ſibi ſeruatis, contumelia afficit Deum, c.19. n. 110

Quare Cain ſacrificium Deus reſpuit? ibid. Quare Deo optima danda? ibid.

Qui puerum ſuum ſenſus & rationis expertem Deo deuouet, non expectato illius conſenſu, contumeliæ exponit oblationem ſuam, n.111

Ex alienis bonis iniuſtè ablatis, non eſt gratum Deo ſacrificium, c.20. n.24

Magnum piaculum eſt, rem Deo conſecratam, in vſus prophanos conuertere, & decimas, primitias, & alia ſacerdotibus debita munera, deuorare, & inſumere, ibid. n.88.89. & 90

Animal in honorem Dei mactando, Deum ipſum viuere, & fontem totius vitæ identidem exiſtere profitemur, nam perempto ad ipſius cultum animali, vita illi conſecratur, vel potiùs quodammodo reſtituitur, & accepta refertur, c.21. n.15

Hoſtiis impiorum duo deſunt, perſonæ offerentis iuſtitia, & probitas, eiuſdemque recta intentio, ibid. n.112. & 113

Siue Deo aliquid ſacrificij nomine, ſiue pauperi eleemoſynæ titulo offeratur, id certè, ſi ex ſceleratè, & iniuſtè acquiſitis impendatur, illi iniuſtum ac deteſtabile eſt, ibidem, numero 114. & ratio ibi datur.

Dona iniquorum non probat Altiſſimus, ibidem, num. 115

Qui pauperis bona auferens, Deo ſacrificium offert, mactare illum dicitur, ibid. n.115

Lapſus grauis & ingens piaculum, viros ſanctos & iuſtos minimè repugnantes ſpoliare bonis ſuis, & poſtea ex his vota Deo nuncupare, capite 20. numero 91

Quare mel in ſacrificiis non offerebatur? cap. 25. num. 82

Homini non ſolum integrum non eſſe vota reſcindere, ſed etiam commutare, poſtquam fidem ſuam Deo adſtrinxit, ibid. n.90.

Laqueus eſt, ſine præuia diſcuſſione, ac præmeditatione, temerè aggredi, & ſine conſilio, vota Deo nuncupare, ibid. n.91.

## In feſto S. Matthiæ Apoſt.

*Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus.* Matth. 12.

Commendat Euangelium charitatem, quæ verè virtus eſt Apoſtolica, & quæ factis, fidiſque erga Deum, & homines officiis, vult declarari: Eadem flagrans D. Matth. tam præclara executus, vberes, & durabiles fructus, quos promittit Euangelium, attulit Eccleſiæ, ſed quoniam multa loca hæc nobiliſſima virtus meritò ſibi vendicauit, quæ iam annotauimus, ideo in præſenti ſupra Euangelium, de ſapientia & prudentia, quæ reuelata eſt paruulis, pauca annotabimus.

Familiare eſt ſcripturæ, vt aliquid pretioſiſſimum eſſe oſtendatur, gemmis æquare, aut etiam præferre, c.17. n.37

Antiquis ſolemnis vſus fuit doctrinam tegere, capite 1. num. 40

Tam grandæuus, quàm iuuenis, ex ſapientia documenta ſalubria trahere poteſt, ibid. v.2. n.65

Prudentia in duobus conſiſtit, ibidem, numero 69

Quid prudens, & quid intelligens, & quod diſcrimen ſit inter illos? ibid. n.68

Quid induſtrius, & quod ſit induſtriæ munus, & quæ differentia inter induſtriam & ingenium? ibid. n.91. & ſeq.

Sapientia vbique locum habet, ibidem, numero 233

Sapientia, non pecunia, ſed tempore, & labore emitur, c.2. n.2

Quid ſit huius mundi ſapientia? c.1 n.92

Duplex prudentia, alia carnis, alia ſpiritus, cap. 19. num. 6

Quæ differentia inter prudentem, & imprudentem? ibid. n.19

Quæ ſunt proprietates hominis prudentis? cap. 27. num. 65

Quis dicendus eſt ſtultus, licet ſapiens videatur? c.30. n.25. & 26. & c.24. n.26

Duplex hominum genus, qui ad ſapientiam peruenire non poſſunt, c.24. n.22

Plura de ſapientia vide feria 2. poſt Dom. 3. Quadrageſimæ, & feria 3. poſt Dom. 4. Quadrag. & in feſto S. Thomæ Aquinatis.

An verò S. Matthias ſit electus per ſortem, vel precibus aliorum Apoſtolorum, & vtrum ſortes, & quando ſint licitæ? vide in die Epiphaniæ.

## In feſto S. Thomæ de Aquino Doctoris Angelici.

*Vos eſtis ſal terræ.* Matth. 5.

Sanctiſſimum decus, & ſplendidiſſimum lumen Eccleſiæ Beatus Thomas Angelicus Doctor, ſua ſaliberrima, ac planè diuina doctrina, refulſit in Eccleſia, omnes tenebras quæ offundere poſſunt lumen illius, abegit, nequitiam, & prauam inſultantiam peruerſorum hæreticorum compeſcuit, ac vim illorum eneruauit; Morum etiam honeſtatem, ſua integerrima vita, exemplum præbens ſanctitatis, & pietatis, tàquam ſale à putredine, & corruptione conſeruat: Dicendum ergo, quomodo ſapientia, ſicut in aliis Doctoribus Eccleſiæ, in S. Thoma, ſicut in monte ſancto extitit, tum deni quequid per lumen lucernamque in ſcriptura accipiatur, & quæ ſit lucerna piorum, & quæ impiorum.

Sapientia quare eſſe dicatur in Doctoribus Eccleſiæ, ſicut in montibus ſanctis? c. 2. n. 34

Quibus liceat labyrinthos ænigmatum adire; c. 1. num. 21

Interpretationes, ſiue explicationes ſcripturæ debere inter eximia ſapientum monimenta numerari, ibid. num. 121

Intellectus inter alias hominis potentias eſt Princeps, c. 8. n. 35

Fauus mellis ſignificat ſcripturam, & intelligentiam ipſius, mel, quod tunc ſufficienter comeditur, quando noſtra intelligentia, iuxtra menſuram ſenſus, ſub moderamine tenetur, c. 25. n. 79

Doctor Euangelicus à ſublimitate ſermonis abſtinere debet, ibid. n. 161. & 162

Speculatio immodica & inueſtigatio ſecretorum Dei obeſt, & quibus? ibid. n. 162

Quare Doctores appellentur Patres ſpirituales, & vehementius diligantur à ſuis filiis ſpiritualibus, & vnde conſurgit iſta vehementia? capite 1. numero 150. & ſeq.

Propter Chriſti doctrinæ magnitudinem ſancti in nouo teſtamento magni vocantur, c. 8. n. 23

Sapientia viri docti, ac pij, aquæ fluenti aſſimilatur, c. 18. n. 18

Doctrina magnam auctoritatem trahit ex dignitate Perſonæ, c. 1. n. 51

Cur Monachos veros deceat eſſe philoſophos? c. 1. num. 59

Quod ſit munus veri Philoſophi? ibid. n. 61

Sapientia ſumitur pro virtute, & eſt rectrix aliarum virtutum, c. 2. n. 86. & 97

Sapientia ſeu virtus nunquam deſerenda, capite 4. num. 50

Quomodo ſapientia poſſit dici naturalis homini? c. 7. n. 2

Conſilium, æquitas, & prudentia, proles ſunt ſapientiæ, c. 8. n. 70

Cur ſapientia antiquitatem ſuam volens oſtendere, non potiùs rebus incorruptibilibus, ſed his caducis ſeſe prætulit? ibid. n. 327

Sapiens cuius corpus Domino mancipatum eſt, animo, & mente eidem imperat, c. 10. n. 84

Doctrina pij viri, clariſſima & ſplendidiſſima lux eſt, c. 20. n. 100

Cur meritorum alienorum, atque bonorum operum contemplatio, & intuitus cum viſione lucis comparatur? c. 15. n. 127. & ſeq.

Lucerna & lumen in ſcriptura quid ſignificant? c. 20. n. 71. & 77. c. 24. n. 81

Vſus lucernarum inter curſores obſeruabatur, ibid.

Duplex lumen homini datum eſt, ſupernaturale, quod ſoli, naturale, quod lunæ comparatur, ibid.

Lucerna hominis eſt gratia Dei, c. 20. n. 102

Lucerna impiorum quæ? c. 21. n. 18. & 20

Duo ſunt vitia, quæ appoſitiſſima lucerna ſunt impiorum, ibid. n. 23

Plura de ſapientia vide feria 2. poſt Dom. 3. Quadrag. & feria 3. poſt Dom. 4. Quadrageſimæ & in feſto S. Mathiæ.

## In feſto S. Ioſeph ſponſi B. M. V.

### *Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph.* Matth. 1.

Nobiliſſimus theſaurus verbum Dei tanquam aurum puriſſimum, per Spiritum ſanctum in viſceribus Virginis pudiciſſimis reconditum, dum ſuperueniente virtute ex alto, ex puriſſimis guttis ſanguinis Virginis caſtiſſimæ, conceptus Deus & homo, fideliſſimo cuſtodi iuſtiſſimo viro, ſanctiſſimo Patriarchæ Ioſeph, Patri putatiuo Chriſti, & piiſſimo ſponſo, mundiſſimæ Virginis cuſtodiæ commendatus: Occaſione cuius, quis ſit verus ſponſus Beatæ Virginis, an Ioſeph, vel Spiritus Sanctus, & de ſenectute veneranda dicendum.

Beata Virgo duplicem habuit ſponſum, Ioſeph, & Spiritum ſanctum, & an vterque à Zelotypia omnino immunis erat? c. 31. n. 54. & ſeq.

In quo Ioſeph zelotem ſe exhibuit erga Spiritum ſanctum? ibid. n. 56

Spiritus ſancti erga Ioſeph in quo æmulatio? ibid. n. 57. & 59

Quomodo Ioſeph Virginis Mariæ pudorem ſeruauerit, ibid. n. 59

In Ioſeph, ab ipſo die initi cum Maria coniugij, ob reuerentiam tantæ Virginis, omnis libidinis fomes, & ſenſus extinctus fuit, ibidem, n. 60 & 66

Quanta ſit dignitas ſenectutis? capite 16. numero 127

Canities corona populea dicitur, ibiem, numero 128

Coronæ ex oliua factæ, ſimilis eſſe dicitur, ibidem, n. 129

Quorum ſenectus dicitur honorabilis, ac decora? ibid. n. 130

Senex duplici nomine dicitur Rex, cap. 20. n. 116. & ſeq.

Cur iuuenes quantumuis nobiles, aſſurgere debeant ſenibus? c. 30. n. 93

Senes magno præteritorum vſu, de futuris certiſſimè coniecturari poſſunt, c. 20. n. 117

Indecore agunt ſenes illi, qui naturalem illius ætatis pulchritudinem, inductis alis coloribus adhoneſtant, ibid. n. 118

Senes aliquando ſenio confecti, quos deliciarum faſtidium iam cepit, iucundiſſimas etiam voluptates præ tedio aſpernantur; iunior verò in quo exæſtuat libido, ea certè, quæ nec iucunda nec volupia ſunt, ſed potiùs amara, maxima cum auiditate amplectitur, c. 27. n. 34

Cur peccatores in ſenectute non exaudiantur; & quare etiamſi pœnitentiam egerint eo tempore, non ſunt ſecuri, c. 1. n. 286. & ſeq.

Vide, de iuſto, Dominica infra Octauam Natiuitatis.

## In feſto Annuntiationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

### *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ.* Luc. 1.

Exordium redemptionis noſtræ ſacroſanctum diem celebrans mater Eccleſia, Verbi Dei Incarnationem nuntiat, & ex Euangelio, quomodo, vbi, & quàm admirabiliter in Virgine matre facta ſit (quæ ad modum Dialogi pudiciſſimi inter Paranymphum & Deiparam recitatur) haud obſcurè conſtat. De admirabili igitur ac ineffabili ſponſalitio, & coniugali hoc vinculo, quod inter Verbum diuinum, & caſtiſſimam Virginem Mariam intercedit, ac de veſte eius nuptiali, gratia nimirum, quali & quanta ornata fuerit, vt digna ſponſa (ſimul & mater) talis ſponſi inueniretur, ſermocinandum.

Cur potius filius & non Pater, vel Spiritus Sanctus aſſumpſerit carnem de Beata Virgine? cap. 8. n. 387. & 388

Mater ſimul & ſponſa fuit verbi diuini, ibid. n. 388. & ſeq.

Verbum diuinum vocatur centrum Trinitatis, ſeu centrum Magnitudinis, Beata verò Virgo centrum

 

grauitatis, & quomodo ex vnione horum centrorum, facta eſt pax & quies in natura humana? capite 8. numero 376

Quomodo Beata Virgo dicatur habitaculum, ſiue domus Dei ab ipſo ædificata? capite 9. numero 31. & ſeq.

Cur dicatur cœnatio, ſiue triclinium Dei? ibidem, numero 39. & ſeq.

### *Aue gratia plena, &c.*

Flumen immenſum, imò omnium fluminum, id eſt, gratiarum, & aliorum donorum Spiritus ſancti verax eſſe dicitur, c.31. n.135

### *Ecce ancilla Domini, &c.*

Beatiſſima virgo ſuperbiam, & arrogantiam ſemper deteſtata eſt, c.8. n.52. & ſeq.

Centrum terræ appellatur, ac ea ſimilitudine, maxima eius humilitas declaratur, ibid. n.334. & ſeq.

Cur tam humilem parentem Deus elegerit? ibidem, n.64. & ſeq.

Cum in Beata Virgine, virtutes humilitati ſubſeruiebant, & vectigales erant? ibid. n.68. plura de virtutibus ac laudibus vide in aliis feſtis ipſius.

## In feſto S. Marci.

### *Deſignauit Dominus & alios Septuaginta duos.* Luc. 7.

Inter animalia, quæ Ezechiel in ſua contemplatione vidit, fuit leo, qui ſancto Marco ob myſterium Euangelij ab omnibus Doctoribus Eccleſiæ tribuitur, cuius proprietates commodè ſancto Marco à quouis poſſunt applicari, quædam tamen cum grano ſalis.

Generoſitas leonis, quod niſi irritatus eſt ſtimulatus, homini ſemper mitis, ac placidus occurrat, c.20. num. 8

Ira leonis dignoſcitur vultu, cauda, fremitu, ac rugitu, & eſt magna, prompta, facilis, crebra, & familiaris, non occulta, ſed aperta, c.19. n.34. & 35

Leo moribundus gemitus, & lacrymas emittit, ibid. num.39

Diſcrimen inter leonem, & canem, canis ſedentibus parcit, leo è contra, & leones fame incitati, vrbes intrarunt, c.22. n 76

Leonis robur, audacia, animoſitas, fortitudo, cap. 20. n 7

Leo ad Chriſtum, ad iuſtum, ad Principem applicatur, ibid. n.9. & ſeq.

## In feſto Apoſtolorum Philippi & Iacobi.

### *Non turbetur cor veſtrum, creditis in Deum, & in me credite.* Ioan. 14.

Magna temporum, & rerum viciſſitudo, ac varietas apparet, ſi quis hujus & futuræ vitæ, humani & Diuini iudicij rationes conferas, nam qui hic bonos contemnunt, iuſtos deprimunt, fideles opprimunt, Martyres ſuppliciis afficiunt, florent, letantur, & exultant, ſed eo deuenient, quod ſe infelices apud inferos perpetuo deplorabunt: iuſti è contra afflicti, anguſtiati, omnibus angariis expoſiti, flent, dolent, ſed ſtabunt in futura vita in magna conſtantia triumphantes in ſedibus, quas à Chriſto ſibi paratas, æterna viſione gaudentes, poſſidebunt. Hac promiſſione, quaſi certo præmio allecti, in tyrannos tanquam fortiſſimi athletæ, irruebant, ſpe, & fiducia in Deum ſuffulti: qua de re primò, ſecundò de promiſſionibus aliquid annotabimus.

Spei firmitas in quo conſiſtit? cap. 24. num. 92. 93. & 94

Spei catena non laborum pondo, ſed peccatorum ac ſcelerum onere interciditur, ibid.

In fluctu huius pelagi, ſpe ſtabiles, & firmi ſumus, ibidem.

Spes & amor gratior eſt Deo, quàm timor, cap.29. n.112. & ſeq.

Bonus non confidit in ſuis cogitationibus, cap. 12. num. 6. & 7

Spes in rebus caducis collocata, cordis morbus appellatur, c.13. n.42

Spes æternorum non affligit animum, ſed erigit, ac ſolatur, ibid. n.49

Spes æternorum ſimilis arbori virenti, ibidem, num. 50

Diuturna ſpe animus ſeneſcit, ibid. num.51.

Fiducia, quæ in homine collocatur, adumbratur per dentem putridum, & pedem luxatum, c. 25. v.19. n.91. & ſeq.

Qui in perfidum amicum ſpem contulit, denti exceſſo ſimilis eſt, nam eiuſmodi dens cœlo ſereno bene habet, nubido dolet. Sic etiam, &c. ibidem, num. 96. & ſeq.

Cætera vide Dominica 2. Quadrageſimæ.

Sicut venti validè perflantes, & ſicut nubes in ſublimiores aëris plagas nimium erectæ, etſi pluuiam ſpondere videantur, nunquam tamen pluunt: ſic qui gloriantur in domo mendacij, & illi qui ſe daturos arroganter & ſuperbè iactant, nihil tamen vnquam donant, c.25. n.69. & ſeq.

Nubes, ventus, & pluuiæ ſunt promiſſæ res largi, nihil tamen porrigentes, ſcilicet nubes prætereuntes, ventus inſtabilis, pluuiæ parcè admodum perſtillantes, nubes ſunt tenues illi, qui non ſtant promiſſis, quia facultas deeſt, ventus inſtabilis illi, qui ex leuitate animi fidem violant, pluuiæ ſunt illi, qui magna ſpondentes, parua reddunt. ibid. n.73

Qui promiſſis non ſtant, odium ſibi parant, c.30. n.58. & 59

## In feſto Inuentionis ſanctæ Crucis.

### *Erat homo ex Phariſæis Nicodemus nomine Princeps Iudæorum.* Ioan. 3.

Recolitur memoria ſalutaris pretioſæ ac viuificæ Crucis, in qua Chriſtus operatus eſt ſalutem noſtram, trahens ad ſe omnia, vitam præbens ſuis cultoribus, exaltatus enim in cruce velut ſerpens ille ſalutifer, ſanat ægros, miſeroſque mortales vera, & verfecta vita donat. Pauca igitur de Cruce, ſimiliter & de aqua, (occaſione ex Euangelio aſſumpta, & de aſtutia ſerpentis, quomodo conueniat Chriſti fidelibus, annotandum.

Cur Crux Chriſti aucupio accommodetur? cap. 8. num.413

Crux malum, & mala res dici conſueuit, capite 1. num. 208

An aqua maris altior ſit terra, & an ex natura ſua intra terræ cauernas ſubſiſtere dicatur, vel potiùs diuina potentia coerceri? capite 8. numero 365

An aquæ ſunt ſuper cœlos, & quomodo ibi ſubſiſtant? ibid. num.345. & ſeq.

Aſtutia quid ſignificet, & quomodo in bonam

partem, & mala capi ſoleat? capite 1. numero 76. & ſeq.

Quænam eſt illa aſtutia, ſeu prudentia ſerpentis, quam Chriſtus imitandam proponit? ibid. num. 79. & 80

Quomodo aſtutia ſerpentis applicetur adoleſcentibus, & ſit ipſis valde neceſſaria? ibidem, num. 82. 83. & 84

Qualiter cum ſimplicitate columbina, ſerpentis aſtus copuletur? ibidem. n. 85. & ſeq.

Quomodo in viro, qui laudabili, & honeſta pollet aſtutia, tanquam in throno ſedet ratio, & prudentia? ibid. n.88

Aſtutia quàm ſit neceſſaria? c.14 n.33

Imitanda eſt Chriſtiano aſtutia ſerpentis, & etiam aliquando deteſtanda, ibid. n 13

Quid ſit aſtutia mala, & quæ differentia ſit inter aſtutiam doloſam, & laudabilem? capite 10. numero 146. c.14. n.34.

## In feſto S. Ioannis Baptiſtæ.

### *Elizabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium.* Luc. 1.

Euangelium rationem oſtendit hodierni feſti, meritò ſcilicet eius pueri natalem celebrari, qui tam admirabiliter conceptus, Angelo prædicante, parentibus ſterilibus, & infœcundis, quique ſanctificatus, priuſquam natus, ſe prophetam in vtero materno prodidit, natus, communem omnibus lætitiam attulit, in deſertum ſeceſſit, iuſtè, ſanctè, & piè vixit, & pro iuſtitia mortem oppetiit: Occaſione huius ſancti, de filiis qui propter orationes dantur parentibus, & de iuſtis, boniſque viris pauca dicemus.

In antiqua lege fœcunditas ſummæ gloriæ, ſterilitas dedecori immenſo ducebatur, c.17. n.20

Deus miris modis protegit iuſtos, ac ſimpliciter gradientes, c.2. n.62. & ſeq.

Hi modi protectionis externæ, à ſcholaſticis gratia antecedens, & ſubſequens appellari ſolent, ibid.

Protectio hæc Diuinè non ſolùm affert iuſtis gloriam, ſeu coronam, ſed etiam ſecuritatem, ibid.

Iuſtorum via anguſta, & difficilis, ibidem, numero 171

Quare via iuſtorum dicatur lenis, & in quo diſſideat à via malorum? ibid, n.172

Deus præſentiſſimus eſt iuſtis, capite 3. numero 204

Quantam gratiam apud Deum, & apud homines vir manſuetus nanciſcatur? ibid. n.20

Quomodo dicatur Deus cognoſcere vias iuſtorum? c.4. n.231

Plura vide de iuſtis ac piis hominibus, Dominica 2. & 3. Aduentus, & Dom. infra Octauam Natiuitatis. Et Dom. 5. poſt Epiph. Et in die Cinerum.

## In feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli.

### *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Matth. 16.

Vno communiq; feſto celebrantur præcipui Apoſtoli, quos vnus idemque dies, tum in ſanctæ mortis agone, tum in cœleſtis vitæ fœlicitate coniunxit; Hoc die admirandam Diuinæ ſapientiæ rationem indagari licet, dum contemplamur fundamentum Eccleſiæ, & ianitorem æterni aditus, Diuum videlicet Petrum inſtitutum eſſe; vicariamque poteſtatem Diuinæ Maieſtatis illi collatam eſſe, vt quæ in terris ligata, vel ſoluta ſint ab eo, ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant in cœlo: De Diuinæ igitur ſapientiæ laudibus agendum.

Diuinæ ſapientiæ laudes enarrantur, cap.3. num.154. & ſeq.

Sapientia Diuina rerum omnium architectatrix dicitur, c 8. n.239

Sapientia Diuina ſumitur pro ſecunda Perſona, quæ dicitur filius hominis; & cur potius filius, qui dicitur ſapientia, rebus condendis deputatus dicitur? ibidem, num. 242

Chriſtus Dominus toties de ſeipſo pronuntiauit, filius hominis, vt ſuam nobis intimaret humilitatem, ibid. n.17

Sapientia incarnata Chriſtus Dominus appellatur, ibid. n. 8

Quare Chriſtus Dominus dicatur ſapientia clamitans? ibid. n.19. & ſeq.

Sapientia noſtra eſt participatio quædam, ſeu ſimilitudo Diuinæ ſapientię, c.3. n.159

## In feſto Viſitationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

### *Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda.* Luc. 1.

Nobiliſſima non tantùm donis naturę, & fortunæ, quia ſpecioſa inter filias, & ſanguini Regio iuncta ſtemmatibus Auorum, Proauorum nobilitata, ſed etiam donis gratię, Regina Angelorum creata, & quid dicam? Mater Dei facta, non dedignatur ad cognatam ſalutandam, & adiuuandam vltrò, properanter, longè, & difficili itinere proficiſci! O ſalutiferum aduentum! O prędicandam dignitatem! O admirandam humilitatem! Agnoſce caſti pectoris, ſanctique amoris vim, in quo gratia Spiritus ſancti non eſt otioſa; nam ad eius veluti pręſentis numinis fœlicem occurſum exclamat admirabunda, & ſpiritu prophetico repletur, infantem ſentit in vtero ſuo ſubſilientem; De principali igitur Beatę Virginis Marię prerogatiua, maternitate, ſcilicet, (occaſione verborum Euangelij: *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?*) ac cęteris eius laudibus, differendum.

Tres eximiæ Virginis prerogatiuę, quod mater Dei, quod virgo Virginum, & quod Regina cœli, & terrę, c.8. n.57

Beata Virgo tam ad proceres, quàm ad humiles ſermonem fecit, in illo Cantico, *Magnificat anima mea Dominum*, ibid. n.26

Collibus, ac montibus excelſis ſimilis dicitur, ibid. n.320. 321. & 332

Cur Deus ad tantam meritorum celſitudinem Marię montem euexerit? & quid nobis pręſtet tam excelſus mons, & collis? ibid. n.329

Beata Virgo montis inſtar excelſi, hereſum, ac errorum omnium fluctus omnes prohibet, ibid. n.330

Qualiter in ſummis; & excelſis verticibus dicatur ſtare? ibid. n.13

Quomodo in mediis ſemitis, ſeu biuiis? ibid. n. 14

Quare iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus dicatur loqui? ibid. n.15

Regina, Patrona, & Aduocata omnium, ibid.

Superbiam, & arrogantiam ſemper deteſtata eſt, ibid. n.52. & ſeq.

Chriſtus Dominus multis argumentis humilitatem Beatæ Virginis commendauit, ibid. n.53. & ſeq.

Plura de laudibus illis vide in feſto Natiuitatis, & Aſſumptionis.

## In feſto S. Mariæ Magdalenæ.

*Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, vt manducaret cum illo.* Luc. 7.

Introducit Euangelium peccatricem euangelicam, inſigne ſpeculum omnium verè, & integrè pœnitentium, quæ ſummum dolorem, & odium peccatorum, tanto lacrymarum imbre fuſo, publicè declarat, & ſummum deinde amorem erga Chriſtum tot fidis officiis, domi, foris, ante, & poſt reſurrectionem comprobat, nobis præbens ſalubre exemplum, De qua materia, videlicet de pœnitentia, vide quæ annotata ſunt feria 5. poſt Dom. Paſſionis, hic verò, vnde pij motus in homine conſurgant, & de fœneratore, de quo fit mentio in Euangelio, pauca annotabimus.

Poſtquam homo cum Deo inierit gratiam, paſſiones appetitus ſenſitiui, rationi ſeſe dedunt, capite 16. num. 26

Gratiæ ſubſequentis munus eſt, viam bonæ, & honeſtæ operationis exequendæ ſternere, ibid. num. 32. & ſeq.

In exercendis bonis operibus, non eſt fidendum humanis viribus, ſed Diuinis auxiliis, c. 3. n. 22

Quantum valeat humana prudentia cum gratia abeſt, ibid. n. 25

Nihil ſibi homo ex bonis quæ agit arrogare debet, ſed cuncta gratiæ Dei adſcribere, ibidem, n. 32.

Cur gratia ceruo aſſimiletur, ſeu accommodetur? c. 5. n. 119

Gratia deperdita difficilè inuenitur, & vbi quærenda ſit? c. 8. n. 444. 445

Cætera quæ huc conducere poſſunt, vide Dominica in Quinquageſima. Et feria 6. poſt Dom. 1. Quinquageſimæ.

Inter fœnus & funus vix aliquid intereſt, vnde fœnerator mortem ſibi adferre dicitur, c. 15. n. 118. c. 21. num. 37

Paruum lucrum iuſtè quæſitum, vberius eſt, quàm magnum aliquod iniuſtè partum, ibid. n. 30

Dulcior ac ſuauior eſt panis, ſine ſtimulo conſcientiæ, quàm copioſiſſima fercula ex malè partis, cap. 17. num. 4

Melior eſt tenuis cenſus, ſine lite acceptus, quàm fortunæ immenſæ cum remorſu conſcientiæ, ibidem, num. 5

Diuitiæ dolo, & fraudibus non ſunt quærendę, quia fraudulenti nunquam bonis partis fruentur, c. 1. num. 224

Vbi dolus, ibi dolor, c. 12. n. 97

Vide plura Dominica 13. poſt Trinit.

## In feſto S. Iacobi Apoſtoli.

*Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi.* Matth. 20.

Inter Apoſtolos D. Iacobus primus perſecutionem pro Chriſto paſſus, primus mortis calicem pro illo bibit, vt charitatem erga Chriſtum ſuam comprobaret, & dexteram illam quam olim mater ſtultè petiit, per tribulationes, & ſanguinem adeptus eſt: De fortitudine itaque in tolerandis malis, & de dextera aliquid ponemus.

Fortitudo Chriſtiana in tolerandis malis poſita eſt, c. 5. n. 132

Non ineptè ad patientiam, & tolerantiam fidelium ſeruiet illud ſcripturæ; *Omnis emptor dicit, malum eſt*, c. 20. n. 48

Huc quadrat fabula de Hercule, & Antheone, c. 24. n. 67

Tempore perſecutionis non ſtatim vita perdenda ſine cauſa, ſed latebræ petendæ, donec perſecutio deſæuiat, c. 28. n. 139. & ſeq.

Vita hæc mortalis, & terrena conuerſatio, ſi cum cœleſti conferatur, propter aſſiduos labores, & ærumnas, infernus appellatur, capite 15. numero 102

Virga quid ſignificat in ſcriptura? cap. 2[illegible] n. 40. & ſeq.

Vir pius Deum turris ac munimenti loco habet: in hac turri, quæ eſt Deus ipſe ſiue illius inuocatio & imploratio, iuſti liberi ſunt non vincti, inde educuntur ad gloriam, non ad ſupplicium, cap. 18. n. 40. & 42

Quomodo ſublatis impiis, probi in tranquilitate, & ſumma omnium abundantia manebunt? c. 1. n. 297. & 298

Deus exteriùs vexat iuſtos, interiùs verò ſecretæ conſolationis abundantia, id compenſat, c. 12. n. 102. & 103

Bonis hominibus fortuna nunquam aduerſatur, c. 1. n. 300

Cur ex fine magis, & non ex principio, opus bonum, vel malum, cognoſcatur? cap. 14. n. 54. & ſeq.

Perſeuerantia eſt totius boni repoſitorium, & filia vnica ſummi Regis, qui hanc duxerit, beatitudinem nomine dotis accipit, capite 2. numero 61

Cætera quæ huc quadrare poſſunt de tribulatione, vide Dominica 3. poſt Epiphan. & Dom. in Quinquageſima. Et feria 5. poſt Dom. 1. Quadrageſimæ.

Quid ſignificetur declinare ad dexteram, & quid ad ſiniſtram? c. 4. n. 224

Via dextra eligenda eſt, ibid. n. 229

Cur virtuti dextra via adſcribatur, vitiis verò ſiniſtra? ibid. n. 233. & ſeq.

Cur locus dexter dicatur nobilior? capite 3. numero 116

## In feſto ſanctiſſimi Patriarchæ Dominici, inſtitutoris Ordinis Prædicatorum.

*Vos eſtis ſal terræ.*

Glorioſiſſimus Patriarcha Dominicus flagrans ingenti amore, ſicut non poterat ſatiari cœleſti illa ac ineffabili dulcedine, ita nec pugna aduerſus eos, qui Ieſum oderant, ſed mirabili ardore, & zelo, tum erga impios, tum falſos aſſertatores, vt illos confunderet, & ad Chriſtum adduceret, ſua meritò imitanda humilitate, ſimul ſal in condiendis animabus, ſe conſummendum obtulit, & ſicut lucerna in candelabro poſita ad depellendas tenebras ſe infatigabilem, & inuincibilem Athletam oſtendit: Dicendum igitur, quomodo iuſtus, vt ſe exemplar aliis præbeat, ſicut verbo non deeſt, ſic ad omnia mala patienter toleranda ſe exponit.

Doctrina piorum comparatur theſauro, & puritati aquæ in profundo manentis, capite 20. numero 19. & 39

Sicut fontis limpidiſſimi, ita hominis iuſti conditio & proprietas, c. 25. n. 156. & ſeq.

Iuſtus quilibet ſicut fons perennis in publicam vtilitatem fluit, ibid. n. 155

Qui ex amore docet, & prædicat, efficaciorem vim, habet ad ſuadendum, c. 16. n. 96

Qua ratione via Domini, iuſti animum confirmet, ac corroboret? c. 10. n. 318. & 319.

Memoria iuſti non ſolùm cum laudibus, ſed cum encomiis celebratur, & quomodo iſta duo differunt, ibid. n. 111.

Qualis ſit fama iuſtorum ibid.

Quomodo iuſtus ſapientiam ore ſuo dicatur parturire, ibid. n. 325.

Cur iuſtus ſapientiam ſtillatim promere, & non potiùs vbertim effundere dicatur, ibid. n. 328.

Iuſtus externa quæque mala, lætus, & hilaris excipit, c. 12. n. 101.

Iuſtus ſua gloria, & ſplendore vincit omnes. ibid. n. 113.

Per lucernam multa ſignificantur, doctrina, conſilium, gratia, iuſtitia, fama, & ſimilia, quæ omnia poſſunt applicari ad vitam S. Dominici, cap. 13. n. 32. & ſeq.

Et quomodo ſit vtendum illa ne extinguatur, ibid.

Plura quæ huc inſeruire poſſunt, de Doctore, Magiſtro, & diſcipulis, vide Dom. 2. Aduentus, & Dom. 1. poſt. Epiph. & Dom. in Sexageſima, & feria 3. poſt Dom. 2. poſt. Paſcha, & in feſto Thomæ Aquinatis. Et de iuſtis, vide Dom. 3. Aduentus, & Dom. infra Octa. Natiuitatis, & Dom. 5. poſt Epiph. & in die Cinerum, & in die Aſcenſionis, & in feſto S. Ioannis Baptiſtæ.

## In feſto S. Laurentij.

*Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.* Ioan. 12.

Inuicti Martyris, & liberaliſſimi eleemoſynarij feſtum celebrans Eccleſia, qui antequam ſeipſum in ſacrificium Deo offerret, theſauros Eccleſiæ ſibi concreditos diſperſit deditque pauperibus, ſeminans nimirum temporalia, vt abundè cum ſanctis metat æterna ad imitationem illius nos inducit, vt ex bonis à Deo omnipotenti nobis concreditis liberales erga pauperes ſimus, & carnem noſtram cum vitiis, & concupiſcentiis crucifigamus, ſi conſortes gloriæ eius fieri velimus.

## In feſto Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

*Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam.* Luc. 10.

Celebrans Eccleſia ritu ſolemni felicem tranſitum Deiparæ Virginis, quæ corpore, & animo in cælos euecta, ſummam poſt Chriſtum filium gloriam, & dignitatem eſt conſecuta; conſolatur fideles illiuſque pios cultores, quia præmiſerunt aduocatam, deſtinarunt matrem, & matrem Deo gratam, quorum cauſam agit in cœlis, vt miſericordem Deum inueniant in terris; confundit Hereſiarcham Iouinianum cæteroſque illius ſequaces, qui aſſerunt æquale præmium, gloriam, omnes quoſcumque conſecuturos in cœlis pro meritis ſuis, ſicut æqualem pœnam pro demeritis, comprimit illorum impudentia labia, & temeraria, dum ſacratiſſimam Virginem aſſumptam non ad cœlos tantum, nec in quocunque choro Angelorum collocatam, ſed ſupra Cherubin, & Seraphin exaltatam credit, aſſerit, & docet, Imperatricemque, Reginam, & Patronam agnoſcit, de cuius imperio, & Patrocinio quædam ponemus, ſecundò de vita contemplatiua, & actiua.

Triplex egreſſus Beatæ Virginis excogitatur, num. 447. & ſeq.

Diuerſa poteſtas imperii B. Virgini ab imperio Chriſti, c. 8. n. 138.

Quam latè pateat Beatæ Virginis imperium, ibid. n. 133. A. B.

Chriſtus Dominus ob diuinitatis, & humanitatis ſocietatem in eadem hypoſtaſi, à patria ſuæ matris poteſtate non erat exemptus, ibid. numero 142. & ſequent.

Beata Virgo iure materno, poteſtate quadam Regia ſupra Chriſtum gaudebat, ita vt non ſolum ſponte Beatæ Virgini paruit, ſed ex quodam debito. ibid. n. 145. & 146.

Beata Virgo Regina ac Domina ab omnibus appellatur, ibid. n. 113. & 114.

Cur Regina cœli appelletur, ibid. n. 116. & ſeq.

Angelorum ac dæmonum Regina & Domina dicitur, ibid. n. 113, & 114. n. 139. & ſeq.

Quo iure Beata Virgo adepta fuerit imperium ſpirituale ſuper animas aliorum, ibid. n. 134.

Quomodo habuit Politicum, & ciuile, ibid. n. 135.

Quomodo omnes creaturæ per virginem emendatæ, & ſuæ naturæ reſtitutæ ſunt ibid. n. 1 7.

Vnde tantum imperium adepta fuerit, & quænam cauſa proxima, & germana tantæ poteſtatis, qua Beata Virgo pollet, ibid. n. 115. & ſeq. & 139.

Deus Virginem omnibus creaturis præfecit, ac Reginam cœli, & terræ conſtituit, quod regimen proprium ac verum fuiſſe, ex materna dignitate deducitur, ibid. n. 122. 123. & 132.

Patrona omnium, ſed præcipuè congregationum ac Sodalitatum appellatur, ibid. n. 38.

Quem fructum qui ſe illi deuouerunt, reportant, ibid. per tot.

Tanto amore diligit diligentes ſe, vt in bonorum omnium communionem ab illa aſciſcantur, ibid. n. 153 & ſeq.

Beata Virgo ipſiſſima charitas vocatur, ibidem num. 154.

Tanquam mater paruulos, ad ſe venientes recipit, ac eos educat, ibid. n. 156. & ſeq.

Animas ſibi ſtudioſas ocyus, id eſt ab adoleſcentia ſua, ſeu pueritia excitat, c. 31. n. 85. & 89.

Quanta bona temporalia amatoribus ſuis conferat, c. 8. n 163.

Quidquid gratiarum, & beneficiorum nobis Deus impendit, hoc totum per Marianas manus ad nos deriuatur, ibid. n. 164. & ſeq. & c 31. n. 118.

Cur nihil boni ſanctorum preces nobis obtinere poſſunt, niſi Mariæ impetratio accedat, c. 8. n. 170.

Similitudine lunæ cum ſole oſtenditur, nihil boni etiam à Chriſto in nos defluere, quod Virgine intercedente non capiamus, ibid. n. 191. & 192.

Beata Virgo non ſolum generaliter pro omnibus, ſed etiam pro quolibet ſigillatim preces effundit, ac omnia bona impetrat, ibid. n. 109.

Cuilibet ſecundum ſtatum ſuum, & conditionem erogat dona, ibid. n. 176.

Omnes noſtras actiones, conſilia, neceſſitates, & diſcrimina ſigillatim nouit. ibid. n. 178. & ſeq.

Miſericordiæ, & liberalitatis erga pauperes, mater, ac parens nuncupatur, c. 31. n. 117.

Contra B. V. peccant, qui ipſius opem aſſiduò non implorant, c. 8. n. 456.

Cur nihil boni poſſumus poſſidere, nec peccata effugere, niſi ope Mariæ Virginis, ibid. n. 457. & ſeq.

Non ſolùm Chriſtum, ſed etiam matrem eius Mariam, per morum, & vitæ imitationem induere debemus; & quàm glorioſas, & decoras veſtes libera-

liter ſuis largitur, cap. 31. num. 123. 124. & 125.
Vita actiua & contemplatiua, per linum & lanam ſignificatur, & optimè B. V. accommodatur, ibid. n. 73.
Viri actiui ſimul, & contemplatiui dicuntur ambidextri, c. 1. n. 63.
Contemplatio, & actio, vocantur duo animæ oculi, duæ alæ, terra cum mari, ibid.
Vita actiua vberiores fructus recipit, quàm contemplatiua, c. 14. n. 20.
Plura de laudibus B. Virginis, vide in feſto Natiuitatis, & Viſitationis.

## In feſto S. Bartholomæi.

*Exijt Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Luc. 6.

Ieſus æterni Patris filius eiuſdem poteſtatis cum Patre in nihilo diminutus, etiam homo factus, vt aliquid obtineat, non ob deffectum poteſtatis, ſed ad exemplum nobis, vt in omnibus actionibus noſtris, per orationem ad Deum recurramus, & nomen eius inuocemus, in oratione Dei pernoctat; Idem nos docet Beatus Bartholomæus, qui centum & viginti vicibus in nocte, totidem in die (vt melioris notæ Hiſtorici referunt) genua flectebat, ad Deum fundens ſuas orationes: Exemplo cuius de Oratione quæ annotauimus, vide Dominica infra Octa. Natiuitatis.

## In feſto Natiuitatis Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

*Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham.* Matth. 1.

Iam aduenit puriſſima, & lucidiſſima aurora ſolem iuſtitiæ nobis paritura Beatiſſima Deipara Virgo, cuius præſentia omnes orbis terrarum incolas recreat, qui ante illius aduentum, tanquam in obſcuriſſima nocte detenti, doloribus intrinſecis excruciati, à die Natiuitatis mundiſſimæ Virginis deponunt querelas, quas olim Cœlos obteſtantes, cum lacrymis faciebant, aſſumunt lætitiam, quia naſcitur Virgo promiſſa, ſerpentis annoſi caput contritura, poteſtatemque illius per filium ſuum in nihilum redactura: De cuius prædeſtinatione, & præcognitione Primo; Secundò de glorioſa Natiuitate; Tertiò quomodo exactoris illius iniquiſſimi, qui quoſcumque crudeliter in ſuo Dominio detinebat, caput contriuit; ac de alijs illius laudibus, notandum.

Quomodo Beata Virgo dicatur initium viarum Domini. c. 8. n. 259.
Cur Deus mundum conditurus, in Mariam inſpexit, ac primam mente concepit, ibid. num. 260. & ſeq.
Quomodo Virgo Maria dicatur, quaſi vrgere Deum ad ſui creationem, ibid. n. 317.
Beatiſſima Virgo dicitur adeſſe creationi omnium rerum, quia nimirum, Deus creando res, omnes perfectiones, quas in ipſis viderat cogitabat eaſdem conferre Beatæ Virgini, ibid. n. 349. & ſeq.
Omnes creaturæ quodammodo erant in Beata Virgine, imo nobiliori modo, quàm ſint in ſeipſis, ibidem numero 380. & 381.
Quare omnes creaturæ magis in Virgine Maria, quàm in ſeipſis Deo placebant, ibid. n. 415.
Sæcula certabant de ortu Beatæ Virginis, ibidem num. 297.
Multa ſæculorum tempora, Deus eluſit figuris, Beatam Virginem adumbrantibus, ibid. n. 418.
Triplex ingreſſus numeratur Beatæ Virginis, ibid. n. 438.
Cur perſpectiuæ comparetur, ibid. n. 299.
Quare appelletur ductus gratiæ, ibid. num. 450. & ſeq.
Cur dicatur aquæ ductus, ibid. n. 363.
Mare nuncupatur, quia eius perfectiones in ipſa reperiuntur, ib. n. 371.
Quomodo perfectionibus aëris Beatam Virginem Deus donauit, ibid. n. 358. & ſeq.
Beata Virgo terræ comparatur, & fluuius ſeu torrens gratiarum dicitur, ibid. 331. & 332.
Cardinibus cœli præfertur, & quomodo virtutibus cardinalibus excelluerit, ib. 333.
In quo mens B. V. præemineat cælo, c. 8. n 382.
Quomodo Virgo Maria ſeptem in ſeipſa planetas, eorumque vires, & influxus eminentiſſimè claudit, & in nos quotidie influit, ib. n. 435. & ſeq.
Euangelicas virtutes opere exercuit, ac omnibus exemplum præbuit, ib. n. 278. & 279.
Nullum fidelius, aut certius diſciplinæ exemplar poſt Chriſtum, quàm Virgo ſanctiſſima, c. 8. n. 429.
Poſt Dei viſionem, nullas maiores delitias habet Beata Virgo, quàm opem ferre hominibus, ibid. n. 420.
Parens ac nutrix hominum appellatur, ibidem num. 393. & ſeq.
Peccatorum parens nominari gaudet, ibidem n. 345.
Quotidianis orationibus, & obſequiis colenda eſt, ib. n. 435.
Non precibus ſolùm, ſed morum, ac virtutum imitatione, obſequium reddendum eſt B. Virgini ib. n. 427. & 428.
Nihil facilius inuentu Beata Virgine, ibidem numero 446.
Plura de laudibus illius vide in feſto Viſitationis, & Aſſumptionis.

## In feſto S. Michaëlis Archangeli.

*Quis putas maior eſt in Regno Cælorum?* Matth. 18.

Conueniens Euangelium hodiernæ feſtiuitati recitatur, generatim enim loquitur de Angelis, quod videant faciem Patris in cælis, & quod ſint tutores, ac cuſtodes noſtri, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Vnde ſi velimus illis ſimiles fieri, admonet Euangeliſta, vt puram, caſtam, integramque vitam ſeruemus, ambitionem fugiamus, ſectemur humilitatem, & nemini ſimus ſcandalo, verentes ne veniat illud ſuper nos: *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum*; De humilitate igitur vide feria 5. poſt Cineres, & de ſuperbia Dominica prima Quadrageſimæ. Et feria 4. poſt Dominicam Paſſionis, & Dominica 9. poſt Trinit. De ſcandalo verò, & pœna peccati conſequenter notabimus.

Cur in ſcandalizantes magno ſupplicio animaduertendum ſit, c. 3. n. 182.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Virtus, ab illis, qui ſcandala aliis afferunt, odioſa redditur, ibid.n.183.

Scandalizans ruinam molitur eius, cui ſcandalum parat, ibid.n.184.

Qui ſcandalizatur tota vita eius peruertitur, atque confunditur, ib.n.185.

Deus in illos inopinanter mortem immittit, qui aliis ſcandalo aliquando fuerunt, cap. 22. num. 118. & ſeqq.

Ruina his certiùs imminet, qui Diuinam iram aliis culpis laceſſunt, ib.n.81.

Cum Deus ſolus ſit maximus rerum omnium formator, ac conditor, eius eſt peccata vlciſci, & iuſtas de transgreſſoribus pœnas expoſcere, c.26 n.76.

## In feſto SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ.

### *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem* Ioan. 15.

Celebratur feſtum SS. Apoſtolorum, qui vocationem ſuam, & Eccleſiam ſanctam ardenti Charitatis igne flagrantes, plurimùm illuſtrarunt, ſeque & aduerſa omnia, in Chriſti charitate deuicerunt: Quorum exemplo, de Chriſtiana perfectione hic diſſerendum. Vide Dominica 6. poſt Trinit.

## In feſto omnium Sanctorum.

### *Videns Ieſus turbas aſcendit in montem.* Matth. 5.

Credimus Eccleſiam eſſe duplicem, triumphantem, & militantem, vtrobique ſunt Sancti, & Beati, ſed illic regnantes in patria; hic militantes, & in via, ſeu tranſitu peregrinantes: Octo beatitudines Saluator enumerat, ex quibus primam, de paupertate ſelegimus, & aliqua notabimus; præmiſſo priùs, quomodo cœlum ſit venale.

Quomodo cælum dicatur venale, & quod ſit pretium, c.3.n.94.&ſeq.

Cælum Empireum ſedes Dei, & Beatorum dicitur, c.8 n.334.

Paupertas comparatur curſui bono, & malo, c.6. n.74.

Nihil liberius libera paupertate, immunis eſt enim ab omnibus afflictionibus, & angoribus, quibus dites premuntur, & obruuntur, c.10.verſ.22.n.275.

Quid cauſæ quod Chriſtus, his qui paupertatem amplexi ſunt, ſedes ad iudicandum pollicetur in die iudicii? ibid.verſ.4.n.19.

Cur Deus pauperes diuitibus præfert, c. 14 n. 86. & ſeq.

Nulla expreſſior Dei imago, quàm mendicus, c.14. n.134.

Pauperes qui ſponte paupertatem elegerunt, eam Dei ſufficientiam imitantur, per quam ſibi ipſi ſatis eſt, & nullo indiget, ibid.n.135.

Quænam ſit differentia inter pauperem ſua conditione contentum, & eum qui paupertatem ægrè fert, c.15.n.64.&n.83.&ſeq.

Nullus verè Beatus in hoc mundo dicitur, niſi pauper ſua conditione contentus, c.15.n 68.

Deus plerumque ex beneuolentia amicis paupertatem immitit, ibid.n.81.

Cætera de paupertate vide feria 2. poſt Dom. I. Quadrageſimæ. Et feria 5. poſt Dom. ſecundam Quadrageſimæ.

## In feſto S. Martini.

### *Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit.* Luc. 11.

Laudatur D. Martinus, tum à dignitate ſacerdotali, qua ſummo cum Eccleſiæ fructu Epiſcopus functus eſt, tum à vitæ ſanctitate, qua à pueritia inſigniter excelluit, lumen lucernaque hominibus extitit, omnes ſuas actiones oculo mentis, id eſt, intentione recta illuſtrans, & cohoneſtans, ad Dei Omnipotentis laudem, & honorem, Fidei propagationem, fideliumque ſalutem, dirigendo: Et licet in Euangelio oculus myſticus ſit, nos de oculo corporali pauca ponemus: ſi verò ab exemplo huius liberaliſſimi viri, de liberalitate, & eleemoſynarum largitione aliquid velis inferre, vide in die Epiphaniæ. Et Dominica in Septuageſima, & feria 6. poſt Cineres. Et feria 2. poſt Dom. I. Quadrageſimæ, & in feſto S. Paſchæ, & Dom. 7. & 18 poſt Trinit.

Oculi multùm moderandi atque regendi ſunt, c.4. n.211.

Quid ſignificet nutus oculorum, & quibus tribuatur, c.6.n.101.&ſeq.

Oculi ſublimes ſunt deſpectores, & Deo ingrati, ib. n.120.

Extollentia oculorum ſæpe faſtum, & temerariam confidentiam ſignificat, c.21.n.20.&ſeq.

Cur oculi in oculos intuentes, luxuriam excitare ſoleant, c.6.n.157.

Oculi interiorum affectionum externi indices, & quaſi gnomones, c.10.n.149.

Nictantes oculi multa ſignificant, ibid.150.

Aliquando ſignificant laſciuiam, aliquando irriſionem, aliquando ſtultitiam, aliquando ſuperbiam, aliquando adulationem ſeu aſſentationem, & fraudulentiam, n.151.&p.885.n.154.&p.886.n.155.&ſeq. &p.890.n.116.dicto.c.10.verſ.10.n.151.&ſeqq.

Oculi attoniti admirationis, ſtuporis, & diſtractionis indices, c.16.n.120.

## In feſto S. Catharinæ Virginis, & Martyris.

### *Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus,* Matth. 25.

Inter alias Virgines, quas ſancta Eccleſia colit, & fidelibus imitandas proponit, ſancta Catharina multùm excelluit; nimirum genere, doctrina caſtitate, zelo fidei, inuictæ mentis fortitudine, & in ſponſum Chriſtum ardentis perpetuæque charitatis ardore; fuit ſapiens, & inter iſtas, quas Euangelium commemorat, meritò numeranda; Vigilans, oleo charitatis inſtructa, & cæleſtibus nuptiis digna, vt Chriſto ſponſo ſuo, pudicitiam conſecratam, & caſtitatem dicatam, intactam ſeruaret, ſe & omnia ſua contempſit: Notandum ergo, quid ſit nobilitas, & pudicitiæ, virginitatiſque commendatio.

Quid ſit nobilitas mundi, & in quo conſiſtat, c.12. n.41.

Ad veram nobilitatem ſeruandam, contemptus

ſeruorum, veſtium, & aliorum huiuſmodi ſuadetur, ibid.n.42.&ſeq.

Præcipua nobilitas eſt vita honeſta, cap. 28. verſ. 5. num.35.

Sapientia, doctrina, virtus, vera eſt nobilitas, c.14. n.102.

Verecundia peccatum aufert, cap. 18. num. 10. & 17.

Pudicitia in muliere quàm grata, ibid.n.86.

Caſtitas præ cæteris virtutibus, auxilio ſpeciali Dei indiget, c.20.verſ.9.n.34.

Duæ rationes dantur Virginibus, propter quas non ſuperbire, ſed ſe admittere debent, ibid.

Virginitatis, pudicitiæ, caſtimoniæ præmium, virtus, laus, c.22.

Virginitas quare præfertur matrimonio, ibid.

Imitandus eſt Chriſtus in modo, quo ſeipſum præparauit in Euchariſtia, c.23.n.26.&ſeqq.

*FINIS.*